

PRACTICARVM
QVAESTIONVM
AD FAMIGERATVM
T E X T U M


I. Hac edictali C. de secund. nupt.

S E M I C E N T V R I A,

In qua non minus nouæ , quām grauissimæ Decisiones Iudicentibus,
Causarumq; Patronis, perquām vtiles , atque adeo necessariæ,
Et hactenus non perpeniæ , Nunc primum enucleantur.

A V C T O R E
IOAN. BAPTISTA HODIERNA
IVRISCONS. NEAPOLITANO.

Acceserunt locupletissimi Indices, alter Questionum, Rerum alter singularum.



Ex Typographia, & sūptib. Lazari Scorigij. M. D C. XXXVI

ILLVSTRISSIMO VIRO,
Amplissimoque Patritio
D. HECTORI CAPICIO
LATRO
REGIO CONSILIARIO,&c.



Ioan. Baptista Hodierna I.C.



EGALES hasce lucubrationes, tibi vni (Illusterrime Senator) nuncupare decreui, siue gentis tuæ splendorem, siue personæ dignitatem, siue tua in me, atque adeo in vniuersam Rempub merita perpendam. Quis enim tot peruetustæ familiæ tuæ præclaros viros summæque ditionis Proceres ignoret? quos inter Parisius ille, Marinus, ac Petrus Latri sub Sueuis Principibus, alter Sardiniæ Imperialis Vicarius, Cæteri inter Regni Regulos memoranrur, Itemque Ioannes, & Floridassus Latri sub Andegauensibus, ac Dyrrhachinis Regibus, alter Equitum, Peditumque Dux, alter Neapolitani Regni Marescallus, eiusdemque Prorex; Denique (cæteris omissis) Antonius, ac Iunior Petrus sub Aragoneis Regibus supremi ordinis à latere Senatores. Si ad personæ tuæ dignitatem, & amplitudinem respiciam, quis profundam Civilis sapientiæ facultatem, quis morum candorem, suavitatem, grauitatem, totiusque vitæ integratatem, quis prudentiam, solertiam, consilium, frugalitatem, iustitiam, æquitatem, omnigenamque dexteritatem, potissimum verò cum in omnes, tum maximè in patriam, vniuersumque Regnum reddendis iuribus indefessam vigilantiam, Religionem, charitatem non colat, & re-

† 3 colat,

colat, quis ut vñ quam sat̄ digno elogio prosequatur? vt meritò orbis
ditioni, & Reipub. saluti natum te omnes, qui semel norint vno ore fa-
teantur. Tandem ea in me beneficiorum, favorumque largitate
præstas, vt eos difficile sit numerare, impossibile pro eis debitas per-
soluere grates. Supereft vt munusculum tibi offini ex parte debitum
læta fronte excipias. Vale Patriorum decus, amicorum præsidium,
Reip. ornamentum. Neap. Kal. Ianuar. 1636.

Imprimatur.

Felix Tamburellus Vicarius Generalis.

Ioseph Giannettasius Canonicus Deput.

D.Thomas Aquinas Cler.Regul.Deput.

**Magnif.V.I.D.Franciscus De Petris videat,
& referat.**

Rouitus Reg.

Prouisum per S.Excel.Neap.die 23.Octob.1634.

De Amico.

Illustrissime,& Excellentissime Princeps

*Quæstiones ad l.Hac edictali C.de secun.nupt.Ioannis Bapt.Hodierna etate tyronis,
peritia veterani in legali palestra Iurisconsulti , nihil sanè Regali iurisdictioni, aut
bonis moribus sapiunt aduersum ; quin potius ea sunt , quæ non minus scholasti-
cis, quam forensibus commilitonibus de iustitiæ veritate decertantibus magno cedent
emolumento. Supereft Princeps Excellentissime, ut Opus , Te iubente , ceu iustitiæ
vindice ad omnium lucem quamprimum aspiciat lucem. Neap.Kal.Jannar.1635.*

Excellentia Tuz

Addictissimus

Franciscus De Petris.

Vita supradicta relatione. Imprimatur.

Rouitus Reg.

FRANCISCVS DE PETRIS I.C. CLARISS.

Ad Auctorem.

SEmper agis solers, Hodierna ac edere passim
Tot properas opera; Craftina sint alijs.

IDE M IN DETRACTOREM.

LIuide fac citò, carpe nota monumenta Hodierna,
Postridie medius nanque crepabis iners.

HIERONYMI GENVINI I.C. NEAPOLITANI
Academici Ocioſi.

De Auctore ad Lectorem.

Ioannes Baptista Hodierna Jurisconsultus.

Anagramma purum.

Sane nitidus Iafoni, Bartolo par est hic vnuſ.

SAne nitidus Iafoni, atque Bartolo
Par est hic vnuſ Legibus;
Hodiernus Hodierna est Iason: & nouus,
Est, & hodiernus Bartolus:
Hoc Lector Auctoris tibi inuersa indicant,
Et nomina, & volumina.

A D L E C T O R E S.



QNDVM penè exactum quadriennium est, cùm Opusculum celeberrimi Iurisconsulti Ioannis Petri Surdi Decisionibus additum, velut lucubrationum mearum rudimentum in lucem edidi, ad vosque Lectores humanissimi, protinus direxi. Quod etsi tenellus adhuc fætus, utpote qui nondum firmos valeret figere gressus; ad vos tamen contendere; vestrumque subire conspectum non erubuit. Atque benignè huic fata audacia arrisere. Vestra enim humanitate factum, vt, cum sibila vereretur plausibus exciperetur. Ut autem solaris virtus, Telluris viscera fæcundans fructibus editis saporem, edendis vigorem pariter conciliat; sic studia tunc vestra, & partum ipsum souere, & meum ad noua concipienda, ingenium refecere. Itaque, vt ignis ex ignaris, chalybeaque corruptus, non plus chalybi excusso, quām excutienti iugaris debetur; sic quidem factum istum, non magis ingeniola meo erecto, quām vestris erigentibus encomijs, acceptum referri velim. Ad vos igitur ut vestrum potius quām meum Opus dirigo; quæque in illud libera benignitatis studia fuere, in hoc debita æquitatis extabunt officia, in alienigenam, illa, in indignam hæc collata conspicientur. Valete.



INDEX QVAESTIONVM.

Quæstio I.

NVM donatio facta ab altero ex coniugibus filiis natis ex secundo matrimonio, subiaceat dispositioni leg. hac edictali C. de secund. nupt.

Quæstio II.

An donatio facta filiis nascituris ex secundo matrimonio, patre pro eis stipulante, veniat sub dispositione l. hac edictali; Et quid si prohibitus sit patri & susfructus. Quæstio III.

Virum ex prohibitione à matre facta in donatis filiis secundi matrimonij, ne patri queratur & susfructus, intelligatur quoque prohibita commoditas, Et sic dici possit talem donationem in fraude l. hac edictali non esse factam.

Quæstio IV.

Si ex donatione facta filiis secundi matrimonij & susfructus queratur patri, an ille solus veniat ex dispositione dictæ l. hac edictali retrahendus; an vero una cum rata proprietatis.

Quæstio V.

Numquid pactum factum cum secundo viro de lucranda dote, existentibus filiis ex primo matrimonio, dicatur in fraudem legis hac edictali.

Quæstio VI.

An statutum deferens dotem secundo viro, censeatur dispositioni l. hac edictali derogare, Et quid quoad legitimam.

Quæstio VII.

Num filij equaliter cum Vitrico, vel Noverco instituti, debeant ante legitimam detrahere, Et reliquum dividere.

Quæstio VIII.

Vtrum portio Vitrici, vel Nouerce esse debeat iuxta relictum factum vni ex liberis primi matrimonij, licet sit minus legitima, nulla habita ratione supplementi.

Quæstio IX.

Numquid mater dotando filiam secundi matrimonij, id in fraudem l. hac edictali fecisse censeatur ad intellectum l. fin. C. de dor. promiss. Et explicatur tex. in l. fin. Et Auth. si quamulier C. ad Velleian.

Quæstio X.

Vtrum dos à matre constituta pro monachanda filia secundi matrimonij subiaceat dispositioni l. hac edictali.

Quæstio XI.

Renunciatio filie patri pro se, Et hereditibus facta, an in beneficium omnium masculorum tam primi, quam secundi matrimonij cedat, Et sic patris hereditatem augeat; Et an generalis renunciatio beneficii l. hac edictali includat.

Quæstio XII.

Statutum exclusum fæminarum propter existentiam masculorum, an verificeatur in masculis secundi matrimonij, Et num fæmina à statuto exclusa à beneficio l. hac edictali excludantur.

Quæstio XIII.

Numquid dispositio l. hac edictali verificetur in Monacho, vel Moniali.

Quæstio XIV.

An dispositio l. hac edictali in filiis ad triremes condemnatis locum habeat.

Quæstio XV.

Vtrum filius in perpetuum ad triremes damnatus, deinde à Principe restitutus, possit parentum dispositiones, uti contra dispositionem l. hac edictali factas reuocare.

Quæstio XVI.

Num dispositio l. hac edictali in emancipatis locum habeat.

Quæstio XVII.

An dispositio l. hac edictali filium naturalem

ralem comprehendat.

Quæstio XVIII.

Numquid filius, & heres absque beneficio inventarii possit dispositionem contra formam l. hac edictali factam impugnare.

Quæstio XIX.

Numquid filius, & legatarius possit dispositionem contra formam l. hac edictali factam infringere; & quid si prohibitus sit ne aliud peteret, & simpliciter agnoverit legatum.

Quæstio XX.

Concubina, & Amasius num comprendantur in dispositione l. hac edictali.

Quæstio XXI.

Num maritus consentiendo secundis nuptijs uxoris, & ei aliquid in eo casu relinquendo censeatur pena, nemam l. feminæ, sed l. hac edictali remisissæ, etiam respectu illius relictæ, & quid consentientibus filijs in secundis nuptijs.

Quæstio XXII.

Numquid portio à statuto, vel consuetudine filijs delata, veniat in collatione, in materia l. hac edictali.

Quæstio XXIII.

Dos data primo viro, num secundo censematur constituta in materia l. hac edictali, stante statuto, quod vir lucretur medietatem dotis.

Quæstio XXIV.

Utrum confessio dotis receptæ subiaceat dispositioni l. hac edictali.

Quæstio XXV.

Donatio remuneratoria ab uxore secundo viro facta, num subiaceat dispositioni l. hac edictali.

Quæstio XXVI.

Numquid pater augendo dote filia secundo nubenti possit pacisci cum secundo viro de lucrando augmentum in praividicium

filiorum primi matrimonij; adeo ut tale pactum non videatur initum in fraudem l. hac edictali ex Surdo in cōs. 255 vol. 2.

Quæstio XXVII.

Numquid dispositio l. hac edictali locum habeat, ubi dos applicaretur viro ob uxoris adulterium.

Quæstio XXVIII.

Institutio secundo coniugi facta, cum one re, ut alteri restituat, num dicatur in fraudem l. hac edictali, & quid de substitutione.

Quæstio XXIX.

Dispositio l. hac edictali an mutet institutionis titulum.

Quæstio XXX.

Relictum ultra formam l. hac edictali, an sit una cum fructibus restituendū.

Quæstio XXXI.

Legatum vesusfructus non veniat sub dispositione l. hac edictali.

Quæstio XXXII.

Aestimatio viri hominis facta iuxta l. hereditatem ff. ad l. Falcidiā, numquid irriteret, si plus, vel minus quam fuerit estimatum quis viueret.

Quæstio XXXIII.

Dispositio l. hereditatum ff. ad l. Falcidiā, num procedat si quis deceperit ante estimationem.

Quæstio XXXIV.

Numquid instituto vitrico, & post eius morte substituto filio primi matrimonij fieri debeat diuisio hereditatis, ac si nihil filio relictū fuisset, an vero tantū habere debeat viericus, quantum dicta substitutio cōi estimatione importaret.

Quæstio XXXV.

Num parens in praividicium filiorum primi matrimonij possit ius querendū remittere, & non acquirere, ad hoc, ut secun-

secunda coniux illud acquirat, & ha-
beat maximè si ei eßet substituta.

Quæstio XXXVI.

Donatio reciproca inter virum, & uxo-
rem, an & quando subiciatur disposi-
tioni l.hac edictali.

Et an donatio facta à viro rustico, &
diuite uxori nobili, & pauperi dicatur
simplex, vel ob causam.

Quæstio XXXVII.

Legatum certa quantitatis à coniuge in ar-
bitrium secundi viri relictum, ut illud
pro eius anima distribuat, an & quan-
do subiaceat dispositioni l.hac edictali.

Quæstio XXXVIII.

Portio auocata à secundo coniuge ex dispo-
sitione l.hac edictali, nūquid equaliter
veniat diuidenda inter ipsum vitri-
cum, & filios primi matrimonij.

Quæstio XXXIX.

Portio auocata à secundo coniuge dispo-
sitione l.hac edictali, an equaliter diui-
denda erit tam inter filios primi matri-
monij, quam secundi.

Et an illud plus, quod à filiis primi ma-
trimonij auocatur, veniat in calculo
pro detrahenda legitima filiorum secun-
di matrimonij.

Quæstio XL.

Portio à tertio coniuge auocata, nū diuiden-
da erit inter ipsos filios, quibus minus
fuit relictum; an equaliter inter pri-
mi, & secundi matrimonij filios.

Quæstio XLI.

Num in lucro l.hac edictali filiis fratribus
cum patre concurrant.

Quæstio XLII.

Numquid actio ad revocabulum illud plus
quod contra formam l.hac edictali vi-
trico, vel nouerca fuerit relictum, com-
petat sibi illi, qui minus habuit, an
oetia minibus alijs, & unicuique ipso-
rum.

Quæstio XLIII.

Numquid ex primo matrimonio filij con-
tra parentis donantis heredes, an potius
adversus vitricum, vel nouercam do-
nacionem agere possint pro restituzione
mobilium, vel pecunia donata, & con-
sumpta, ubi eadem quantitas eis reli-
cta non fuerit.

Quæstio XLIV.

Vitricus, vel nouerca num possit relictū
ab altero ex coniuge non acquirere, &
sic repudiare in præiudicium filiorum
primi matrimonij.

Quæstio XLV.

Nūquid lucrum ex dispositione l. hac edi-
ctali proueniens, possit filius in præiu-
dicio creditorum repudiare.

Quæstio XLVI.

Numquid lucrum l.hac edictali transmit-
atur.

Quæstio XLVII.

Ad hoc, ut dispositio in secundum coniu-
gem collata in fraudem l. hac edictali
iudicetur, quod tempus inspiciendum
sit, ipsius dispositionis, an mortis.

Quæstio XLVIII.

Numquid credores binubi, posteriores do-
natione secunda coniugi contra formam
l. hac edictali facta preferantur filiis
primi matrimonij in illo pluri.

Quæstio XLIX.

Num filius consentiens dispositioni, in be-
neficium secundi coniugis videatur lu-
crum l.hac edictali remisisse, si disposi-
tio sit contra formam illius legis.

Quæstio L.

Fraus l.hac edictali num consideretur, ubi
testator iussit stari simplici verbo no-
uerca super redditione computorum, &
quid si dixerit, quod stetur eius iura-
mento,

F I N I S.

PRACTICAE
QVÆSTIONES
Ad interpretationem L. hac edictali
C. de secund. nupt.

IO. BAPTISTÆ HODIERNA I. C. NEAPOLITANI.



ARGUMENTVM:

Numquid donatio facta ab altero ex coniugibus filijs natis ex secundo
matrimonio subiaceat dispositioni L.hac edictali
C.de secund. nupt.

S V M M A R I V M.

- 1 Dispositio l. bac edictali C. de secundis nupt. non militat in donatione facta filijs secundi matrimonij.
Contrarium num.6. Sed distingue num.17.
- 2 Parenz relicta legitima filijs primi matrimonij, potest reliquum disponere in filios secundi.
- 3 Filius secundi matrimonij non debet esse senioris conditionis, quam quilibet extraneus.
- 4 Dispositio l.bac edictali locum habet in donatione filiis secundi matrimonij; si tamen sit filius ex primo minus legitima relatum, sed contrarium num.5.
- 5 Ex donatis filio, censetur patris persona contemplata.
- 6 Dispositio l. bac edictali ad quid introducta.
- 7 S. fin. autb. de nups. procedit ubi pater esset mortuus.
- 8 Quod lex non dicit, nec nos dicere debemus.
- 9 Tresaur. in decis. 170. num. 12. confutatur & num. 16.
- 10 Verbum rogo in testamento prolatum, necessarium inducit fideicommissum.
- 11 S. fin. autb. de nups. declaratur.
- 12 Verbum Horare potius consilium, quam

necessitatem inducit.

- 15 Concil. Trident. scff. 25. cap. 10. declaratur.
- 18 Mater secundo nubendo censetur filios primi matrimonij excoriare.
- 19 Donatio à matre filijs secundi matrimonij facta viuente patre, censetur in fraudem l.bac edictali.
- 20 Secus à patre & si uiuat mater nu.
- 21 Pater optimum pro filio capit consilium.
- 22 Pater præsumitur magis diligere filios, siue primi, siue secundi matrimonij, quam propriam uxorem.
- 23 Mater binuba non potest ex ingratitudinis causa donationem per prius filijs primi matrimonij factam reuocare.
- 24 Limita in patre nu.
- 25 Dispositio l.bac edictali ne dum in patre, & matre procedit, sed in filijs quoque secundi matrimonij.
- 26 Sed intellige num.49. & 53. cum seq.
- 27 Eadem ratio præsumptionis, que militat in matre binuba erga filios primi matrimonij militat in patre binubo. Sed contrarium num.58.
- 27 Dispositio l. bac edictali non tantum realem considerat acquisitionem, sed coniugum contemplationem, sed contrarium nu. 53. & seq. & 62.

A 28 Da.

- 28 Datum viro filie, censetur datum contemplatione ipsius filie.
- 29 Pater arrogator modum potest filio arrogato impuberis substituere in quarta illi debita super bonis arrogatoris, sed etiam in his, que arrogatus acquisiuit ex beneficio arrogatoris.
- 30 Donatio facta filio ex secundo matrimonio, non censetur patris contemplatione facta, ubi in filio donatario merita, & conjectura considerantur. sed contrarium n. 86.
- 31 Donatio facta filio secundi matrimonij, non censetur facta contemplatione patris, ubi filius esset studiosus.
- 32 Item ubi esset facta odio filiorum primi matrimonij ob eorum malos mores.
- 34 Item ubi coniuges essent inter eos parum affecti.
- 35 Item ubi filii primi matrimonij essent diuites, & ex secundo filii pauperes.
- 36 Item ubi parent volueret filios ex secundo matrimonio equisualere cum filiis ex primo.
- 37 Item ubi ex primo matrimonio non essent nisi femina, & ex secundo masculi.
- 38 Item ubi ex primo matrimonio non esset nisi femina, qua ad matrimonium habilis non esset, veluti si esset caca.
- 39 Item ubi vitriosus esset mortuus.
- 40 Limita ubi parent ex causa præteritionis sibi facte ab uno ex filiis primi matrimonij, filios secundi instituisset.
- 41 Item limita ubi donatio esset facta ne dum filiis nassis, sed nascituris.
- 42 Item ubi pater in donatione intercuneret, absque tamen prohibitione ususfructus, vel si fuisset relatus gubernator.
- 43 Item ubi daretur filio infantis. Sed contrarium n. 44.
- 44 Mater binuba effecta vidua tutelam filiorum primi matrimonij non recuperat.
- 45 Bald. in l. cum oportet n. 4. C. de bonisq. liber. declaratur.
- 46 Prohibere liberis hominibus liberam dispositionem bonorum suorum est virtus legis.
- 47 Legitima non debetur nisi de bonis, qua tempore mortis reperiuntur.
- 48 Extensio de casu ad casum non fit in matre exorbitanti, etiam ex identitate rationis.
- 49 Prohibitio à lege inducta ne mulier in vita de dote disponeret, non est ad fauorem filiorum, sed fauorem publico, ne remaneat indotata.
- 50 Donatio propter nuptias est conservativa dotis, & non ad lucrum, secus ex pacto, vel consuetudine n. 51.
- 52 L. hac editali non prohibet dispositionem dotis, vel donationis propter nuptias, nisi quatenus dispositio fieret inter ipsos coniuges.
- 53 L. hac editali, & S. optime auch. de nupt. procedunt in dispositione, que fit inter ipsos coniuges binubos.
- 54 Fraus l. hac editali consideratur ubi datur alicui extraneæ personæ, sed tamè coniugibus binubis acquiretur.
- 55 Ususfructus acquiritur patri ex vi patriæ potestatis.
- 56 Donatio à matre filia in potestate constituta facta non vales.
- 57 Dispositio l. hac editali & S. optime generaliter non militat in filiis secundi matrimonij, sed in casu matrimoniis, & fraudis.
- 58 L. 4. ff. de inoff. testam. declaratur.
- 59 Ratio, que à lege exprimitur si alia deseruit, porrigitur, non per modum extensionis, sed interpretationis.
Sed declarata n. 60.
- 61 Correctio legis non datur, nisi expresse dicatur, etiam ex identitate rationis.
- 63 Fraus non inducitur absque acquisitione.
- 64 Mulier prohibita viro donare, prohibetur id etiam per inter medium personam facere.
- 65 Coniunctio sanguinis fraudis suspicionem non inducit & n. 81.
- 66 Datum patri, ut filia daret, profectitum non dicitur.
- 67 Donatio viro ab uxore facta, ut communis filio restituatur, valida censetur.
- 68 Dispositio l. mulier qua in princ. ff. ad T. rebelli non est per l. hac editali correcta.
- 69 Datum filio patris contemplatione, donatio censetur, ubi illi prohibitum non sit acquiri.

70 Per-

- 70 Persona representata, & cuius maius commodum est attenditur, tam in ultimis voluntatibus, quam in contractibus, & non persona representans.
- 71 Contemplatio ex acquisitione arguitur.
- 72 Donatio in filios secundi matrimonij collata non dicitur in fraudem l. bac dictali, ubi patri prohibitus vsusfructus.
- 73 Et hoc pro causa afferatur.
Sed contrarium n. 74.
Intellige in filiis non natis, & ubi ex pacto ex patris stipulatione eis acquiritur. n. 75.
- 76 Fraus ex d. l. bac dictali considerata, arguitur etiam ubi probiberetur patri vsusfructus, ratione commoditatis.
- 77 Mater potest in filios secundi matrimonij despōnere, ubi illi effētū emancipati.
- 78 Nepoti ex filio spurio donari non probiberetur ubi patri nihil queritur.
- 79 Donatum filio, in dubio non censetur datum contemplatione patris & n. 84. & 89.
- 80 Tex. in l. sed si plures s. in arrogatio ff. de vul. & pupill. declaratur.
- 82 In dubio fraus non presumitur & n. 78. nisi demonstretur.
- 83 Text. in l. prefectitia ff. de iur. dotium; & tex. in l. dote dedit ff. de collat. bonor. declarantur.
- 84 Item tex. l. auus nepsi ff. de iur. dot. declaratur.
- 85 Donata uxori à consanguineis viri non acquiruntur vires, ubi uxor effētū aque consanguinea.
- 87 Filius eo ipso quod talis est dicitur mereri.
- 90 Vsusfructus patri prohibitus esse censetur ubi dos filio ipsius contemplatione data apparebit.
- 91 Vsusfructus patri tacite probiberi non posseb.
- Sed contrarium n. 92.
Sed intellige n. 93.

Q V A E S T I O I.

EX l. bac dictali sancitum est, coniugi transeunti ad secundā vota, non licere vlo titulo in secundum coniugem transferre, plusquam reliquerit yni ex filiis primi matrimonij; adeo ut si secus di-

sponat, irrita sit dispositio, & pluris illius & qua inter liberos fiat distributio, & hoc omni circumscriptione adempta, vt etiā habetur in §. optime auth. de nupt.

His suppositis: Quero numquid dispositio huius legis locum habeat in donatione facta filijs secundi matrimonij?

Pro cuius dilucida solutione duæ discussiendæ sunt oppositæ sententiaz, affirmativa altera, altera negativa.

I Pro negativa steterunt Bald. in d. l. bac dictali nu. 19. & in l. 1. num. 4. C. de inoffic. dot. ac in auth. unde si parens num. 2. C. de inoffic. testam. & in consil. 11. nu. 2. volum. 3. consil. 22. num. 1. volum. 5. & inter consil. Paul. de Castr. 264. volum. 1. Alex. ad Bart. in l. bac dictali vers. Item Adde, Angel. consil. 285. nu. 2. Abb. consil. 117. nu. 1. & 2. p. 2. Alciat. consil. 227. nu. 1. vol. 6. Curt. iun. consil. 79. Ruin. consil. 56. num. 9. lib. 3. Dec. consil. 246. Paris. consil. 92. col. pen. vol. 3. Capra consil. 51. Decian. consil. 35. sub num. 24. lib. 1. Bertran. consil. 73. lib. 2. Aym. consil. 193. nu. 10. vers. ad tertium questum, Gabriel consil. 13. sub num. 30. lib. 2. de veriori Surd. consil. 94. nu. 68. & seq. & consil. 255. nu. 14. lib. 2. de magis communis, & vera de Pont. consil. 35. nu. 28. subdens ita fuisse iudicatum; eam què veriorem, & receptiorem dicit Rous. ad scholia, Bald. consil. 22. lib. 5. Caualca. de tutor. & curat. nu. 90. Durant. de art. test. tit. de legat. caut. 65. nu. 2. Alex. Trentacing. lib. 3. var. resol. tit. de matrimon. resolut. 4. num. 34. vers. in prius casu concludunt DD. fol. 347. Cancer. lib. 3. var. resolut. cap. 2. nu. 197. vers. an autem mater, Mantica de taciit. & ambig. lib. 12. sit. 33. nu. 9. Costa de port. rat. quest. 85. nu. 9. & 11. Argel. de acq. possess. quest. 3. art. 18. num. 1005. Facbin. lib. 3. controvers. cap. 66. Gayll. lib. 2. obseru. 82. num. 9. & hanc veriorem profitetur, Boer. decis. 200. nu. 4. & 5. Et ita pluries tenuisse Rotam testatur Gratian. tom. 2. discept. for. cap. 219. nu. 32. & sequitur Ludo. uis. in decis. 173. nu. 2. & decis. 443. num. 1. ubi hanc veriorem, & receptiorem, esse afferitur, sic etiam eademmet Rot. in decis. 432. nu. 7. p. 1. in nouiss. Put. dec. 1. lib. 2. Farinac. decis. 121. par. 3. nu. 2. Franc. Marc. dec. 27. p. 2. & Vinc. de Franch. dec. 583. n. 2.

A 2

Et

- 2 Et moueatur ex text. in S. fin. Autb. de nupt. vbi viderur sufficere, quod filiis primi matrimonij legitima relinquatur; prout illum ita ponderant Bald. in consil. 164. in princ. lib. 1. & Bertr. in consil. 186. nu. 2. lib. 3. Quod et iam sumitur ex text. l. si totas, ibi ex quocumque matrimonio C. de inoff. donat. & ex S. unico Autb. de imm. donat. & ex Authente. unde s. paronis C. de inoffic. testam. Iuncta declaratione ad eos Odoffred. Bald. Castr. & Vasq. in roper. illius leg. num. 12. qui intelligunt verba generalia illorum text. ad filios primi, vel secundi matrimonii: Quinimmo casus iste non solum per d.l. hac editali, & S. optimè non est prohibitus, sed permisus, dum presupponitur in eis satis esse, filiis legitimam dari, vel relinquita tamen, vt quarta pars, ex legibus eis debita, nullo modo minuatur: remanente libera facultate in residuo disponendi in extraneos, vel alias filios, etiam secundi matrimonij, non tamen in beneficium secundi viri, vel secundæ coniugis; vt declarat Napodan. in confuetud. Neapolit. si constante, in verbo diminuitur num. 28. fol. 268. in nouiss. & Bertr. in d. l. hac editali S. ita tamen nu. 15. 3 cum seq. Alias filij secundi matrimonij essent deterioris conditionis, quam quilibet extraneus, cui omnia præter legitimā relinquiri possunt, ex Crauett. consil. 241. nu. 1. Roland. conf. 62. num. 25. lib. 1. Quicquid 4 esset si minus legitima filiis primi matrimonij relictum esset, cum dispositio facta in beneficium filiorum secundi matrimonij; nullius roboris esset, vt censerunt, Castr. in consil. 150. p. 2. quem sequitur Alex. Trentacing. lib. 3. var. resol. tit. de matrimon. resol. 5. fol. 348. vers. dictum suis supra Rimini. iun. conf. 241. nu. 51. conf. 771. num. 39. & consil. 428. num. 7. cum alijs per Mastrill. in decis. 175. num. 28. par. 2. Quāuis ego impræsentiarum huic opinioni 5 non adhereo, per text. in l. omnino C. de inoffic. testam. vbi licet natus legitima relictum sit, tamen testamentum non infirmatur ex eo, quod suppletio sit ipso iure; & faciunt ea, quæ dixi in questione nona.
- 6 Altera, & contraria est opinio, scilicet,

vt d. l. hac editali procedat in hoc quoque casu; in quam sententiā deuenerunt Bertr. Odoffr. & alij in d. l. hac editali, Bald. consil. 161. num. 2. lib. 1. Ruin. consil. 112. Riccard. de Salic. & Ioan. de Alberg. inter consil. Paul. de Castr. 261. & 263. vol. 1. idem Castr. in consil. 149. & consil. 150. par. 2. Corn. consil. 82. lib. 3. Surd. consil. 250. nu. 20. Alex. Raudens. var. resol. cap. 55. Molfes. ad consuet. Neap. de success. ex testam. quest. 11. nu. 3. Mantic. de tac. & ambig. lib. 12. tit. 33. num. 9. in fin. Boer. in decis. 201. circa mod. vers. & secundum Mastrill. decisione 175. numero 25. par. secunda Vinc. de Franch. decis. 435. & Thesaur. decisione 170. Innisi ijs verbis d. l. hac editali, ibi, omni circumscriptione, & cetera dicentes, nullam esse personā magis coniunctam, & cum qua possit 7 induci suspicio fraudis, quā in filio l. pen. S. 1. ff. de bon. libert. & propterea in donatione eis facta, censetur potius eorum parentis persona contemplata, & sic nulla cum causa d. l. hac editali non fuit, nisi ad tollendam iniquitatem coniugum, 8 quæ in filios primi matrimonij obsecundos coniuges inferri præsumitur l. qua tutores C. de administr. tutor. l. 4. ff. de inoff. testam.

9 Nec obstat dixerunt d. S. fin. Autb. de nupt. cū ille procedat, vbi pater esset mortuus, vt inquit Castr. in d. consil. 150. col. 3. in fin. quem sequitur Thesaur. in decis. 170. num. 12. & Surd. d. consil. 250. a. num. 26. & 29. in fin. ac Mastrill. d. decis. 174. num. 26. & ad stipulatorem Mantic. de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 33. nu. 10. Nam quando superiuineret, dispositio illius S. cessaret; præsumeretur enim datum contemplatione patris, & sic in fraudem.

Quamvis hæc ponderatio non sit amplecenda, cum d. S. fin. hoc non dicat, & propterea nec nos dicere debemus, nec illa placuit Rotz inquit Ludouij. in dec. 443 num. 1. in fin. tantum enim horatur mulier ad æqualitatem inter filios utriusque matrimonij seruandam; & sic id in eius arbitrio, & voluntatem confertur si vellet; vt subtiliter explicat Glos. in l. cum ejus vers. vt a matre C. de secund. nupt. quod si nollet facere, filiis legitimam reliqui præ-

præcepit. Quod cum recte perpendisset Castrenſ. noluit in ea opinione residere, sed ad distinctiones deuenire; quærendo, num contemplatione patris, an filiorum datum, vel relictum sit.

31 Licet Thesaur. in d. decis. num. 12. velet probare, quod mulier ex illa hortatione videatur in necessitate cōstituta ad cōqualitatem seruandam, & sic vterius respon-

32 det d. S. fin. adducendo exemplum verbo rogo in testamento prolati, per quod inducitur necessarium fideicommissum.

33 Cuius consideratio sufficeri non potest, quoniam si Imperator ad id matrem astringere voluisse, utique expressissimis alijs verbis, quam illis, quibus locutus fuit circa cōequalitatem predictam: scilicet hortantes potius, quam sancientes dicimus,

34 quæ verba potius prolata videtur modo consilij, quæ nullam necessitatem cōstituunt l. cum pater S. mandos filie mea ff. de leg. 2. ubi Bart. l. fideicommissa S. ita ff. de leg. 3. cap. nam concupiscentia, ubi Andr. de constis. Ad quod facit declaratio Sacrae Congregat. ad Concil. Trident. in sess. 25.

35 cap. 10. ubi & simoniales per d. S. C. admoneantur, ut saltem semel singulis mensibus confessionem peccatorum faciant, & sacrosanctam Eucharistiam suscipiant: tamen fuit dictum, simoniales ad hoc non cogi sub peccato mortali; ex eo quod verbum illud (*admonentur*) denotat consiliū.

Nec mouet argumentum à Thesauro desumptum, de verbo rogo, scilicet illud 36 necessarium fideicommissum inducere; si quidem hoc est, quo ad extrinsecā dispositionem, nam illa significatio verbi, quæ olim in intrinseca significatione necessitatem non inducebat, hodie fuit per Octavian. Augustū alterata ad necessariū fideicommissum, vt constat ex §. 1. instit. de fideicom. heredit.

Verū hæ sententiæ distinctionis beneficio secum bene conuenire posse vindentur, ut scilicet prima locum habeat in 37 patre; secunda verò in matre. Atque diversitatis ratio ea est, quod contra matrem secundo nubentem sit præsumptio, 38 quod plerumque pro nouis maritis, non

solum res filiorum, sed ipsos filios primi matrimonij excoriaret, ad text. l. quæ tutor res C. de administr. tuto. vt de notabili exēplo testatur Molfes. ad Consuet. cap. p. 3. q. 11. nu. 9. scilicet matrem pro nouo ducento, viro duos filios necesse, qui cum tamdiu facinore percepto, hymenæos tā detestabiles exhorruisset, ipsa terrore præculsa, fugā arripuit, atque in profundum mari turbata perijt.

39 Secundò, quia maxima est auctoritas virtutis uxorem, unde cadit illa subornationis suspicio.

Tertiò, vt res donatæ in totum patrem querantur, præsupponendo uti profectias, vel factem si pponendo illas aduentias, earum usus fructus.

20 At nulla ex iis militat in patre donante; cum matri nihil de rebus donatis per eum filii querantur; nec in proprietate, nec in usufructu nec de patre scriptum reperitur, quod de matre dicitur; non enim in viro inordinatus affectus consideratur, sed bene, quod optimum pro fi-

21 liis capiat consilium l. nec in ea ff. de adulto. Imò pater magis præsumitur filios, siue 22 primi, siue secundi matrimonij diligere, quam propriam uxorem, argum. l. cum acutissimi, & l. cum Papinianus. C. de fideicommiss. vt voluerunt Aretin. in l. moribus num. 12. ff. de vulgar. & pupillar. ac consil. 167. col. 2. Cravell. consil. 141. num. 7. Petr. pecl. de testam. coniug. lib. 5. cap. 2. num. q. quos omnes recentier Cauato. de usufruct. mulier. rel. 3. r. 33. circa fin. Sic quoque Menoch consil. 187. nu. 15. & sc. q. uotum. 2. Mart. de success. leg. 1. p. 3. q. 5. art. 1. nu. 3. & q. 2. 5. art. 1. num. 2. 3. & q. 4. p. 3. art. 3. nu. 3. Imò plus diligit filios, quam te ipsum l. ffi. quod met. cauf.

Hinc notabiliter voluit Glos. in S. mater, vers. nisi tamen, & ibi Bart. & Angel. Awh. de nupt. gl. & DD. in awh. quod mater C. de revocand. donat. quod licet mater binuba; 23 exceptis tribus casibus, de quibus in di- etis iuribus, non possit causa ingratitudinis revocare donationem per prius factā filii primi matrimonij, ex eo quod lex præsumit revocationem malicioram ex causa secundarum nuptiarum, & est sex.

expressus in l. his solis 7. C. de reuocand. do-
24 *nat. tamen pater binibus possit in eisdem*
cäsibus reuocare; nam inquiunt ibi glo.
& DD. non est verisimile, quod uir mu-
ter voluntatem propter vxorem, sicut
vxor propter virum.

Et quamvis contra hanc opinionem
25 *multa consurgere possint argumenta, ex*
quibus dici possit, eam non esse veram;
Quorum primum est, dispositionem d. l.
bac edictali non tantum procedere in
matre, & in patre, sed & in filiis secundi
matrimonij iuxta traditionem DD. vt su-
pra notataam, & deducitur ex eademmet
l. bac edictali; dum prohibet vxori, con-
fesse in virum titulo dotis plusquam da-
tur vni ex filiis primi matrimonij; & pro-
hibet viro conferre in vxorem titulo do-
nationis propter nuptias; & tamen certum
est, quod tam dos post mortem vxoris,
quam donatio propter nuptias post mor-
tem viri, debetur filiis ex illo matrimo-
nio susceptis. Licet durante vita coniugis
supersticis, eidem applicetur ususfructus,
qui coniuges propterea ex d. prohibitio-
ne remanent ab utraq; exclusi, quatenus
dos, aut donatio propter nuptias in secun-
do matrimonio excedat portionem vnius
ex filiis primi matrimonii; ergo filii secun-
di matrimonii sunt inclusi in dispositione
d. l. bac edictali.

Prq cuius comprobacione sectantes
hanc partem affirmatiuam dicunt, eorum
opinionem clarius probari in d. S. optimè
Auth. de nup. dum per d. l. bac edictali, erat
statutum, vt totum plus illud, quod fuisse
collatum in secundum coniugem, appli-
caretur foliis filiis primi matrimonii; iuxta
glo, interlineare ibi, in verbo, Per supradi-
ctas. Iustinianus corrigendo seu declaran-
do d. l. bac edictali per l. quoniam. prateritæ
C. eod. statuit, vt illud plus equaliter appli-
caretur filiis utriusque matrimonii. Sed
postea idem Iustinianus mutato consilio
in d. S. optimè suam legem correxit, & il-
lam reducendo ad primæuana dispositio-
nem l. bac edictali starat, quod nil de illo
pluri applicetur filiis secundi matrimo-
nii, sed totum cederet filiis primi matrimo-
nii; & in vers. namque ex secundis nu-

pijs, & Deinde subdit immediatè. Nulla
machinatione, neque per suppositas personas,
neque per aliquam aliam causam interponi
valente. Ex quibus patet, quod Iustinianus
per verba specifica prohibet omnem ma-
chinationem, per quam posset acquiri fi-
liis secundi matrimonii id, quod coniugi
binibus intendit donare secundo coniugi
ultra portionem vnius ex filiis primi
matrimonii. Ergo prohibitio d. iurium
comprehendit etiam personas filiorum
secundi matrimonii, quando dispositio
fit in fraudem, & machinationem tam pie
provisionis à lege inuentæ pro filiis pri-
mi matrimonii.

Tertium argumentum est, quod ea
demmet presumptio, quæ est in matre,
26 *vt d. l. qua tutores. Consideretur quoque*
in patre, ex l. 4. ff. de inoffic. testam. dum ibi
dicitur nouercalibus delinimentis, & casti-
gationibus corrupti parentes, ad malignè se
gerendum erga liberos. Ergo ratio illata pro
negatia opinione cessare videtur; scili-
cet leges prædictas principaliter atten-
disse presumptam excommunicationem ma-
tris binubæ in suos filios primi matri-
monii, cum eademmet presumatur in
patre.

Quartum argumentum est; quod ra-
tio fundamentalis, vt supra ponderata,
scilicet, quod dispositio d. l. bac edictali
sit fundata in prohibendo acquisitione
à coniuge collatam in secundum
coniugem, quæ tunc consideratur,
27 *vbi mater disponit in beneficium fi-*
liorum secundi matrimonii, per quos
acquiritur patri saltem ususfructus; non
sit vera; cum d. l. bac edictali non tan-
tum considerat realem acquisitionem,
sed ipsam coniugum contemplationem;
vnde non existentibus coiecturis, ex qui-
bus elici possit mentem coniugis donan-
tis contemplatas fuisse proprias filiorum
secundi matrimonii personas, quod ego
casu censetur contemplata persona
tris, quamvis illi sit prohibitus ususfruc-
etus, ex eo, quod contemplatio fraudis,
suspitionem inducit, cum cœfatur datu
patri, & brevi manu ab eo filiis ad texti. in
l. donationes S. species ff. de donat. vbi datum &
viro

viro filiæ, contemplatione ipsius filiæ, censetur ipsi filiæ donatum, & ab ea traditum viro; prout sumitur ex tex. vbi communiter Doctores in l. sed s̄ plures S. sed in arrogato ff. de vulg. & pupill. vbi permititur patri arrogatori substituere filio arrogato impuberi in quarta illi debita super bonis arrogatoris, ex constitutione Diui Pij, etiā in his, quæ arrogatus 29 acquisiuit ex beneficio arrogatoris, vt puta si arrogatoris amicus, vel cognatus ei aliquid reliquit; sic quoque in l. profectitia ff. de iur. dot. vbi dōs data contéplatione patris, profectitia esse dicitur.

Et propterea DD.ad dilucidandam veritatem, querunt an in filiis donatariis 30 fint coniecturæ, & merita, ex quibus argui possit non esse contemplatas personas matris, vel patris, vt post multos tradunt Add. ad Dec. in conf. 246. in prima addit. circa med. quos sequitur Vincent. de Fräcb. in decif. 435. sub nu. 3. Sic etiam Bart. in l. Gallus S. quid si is ff. de liber. & postbum. Peregr. de iur. ff. lib. 3. sit. 18. nu. 48. circa finem; vt puta vbi filius esset festiuus, & dilectus matri, cum eo casu non dicatur facta donatio in gratiam patris, sed ipsius filij; & sic cessaret dispositio d.l.hac edictali, ut ex d. S. ultim. aust. de nupt. Mastrill. decif. 175. nu. 27.

31 Item vbi filius esset studiosus, vel quādo donatio fieret odio filiorum primi 32 matrimonij, ob eorum malos mores, & versationes; & sic non zelo secundi viri, vt censuit Senatus teste Thesaur. iun. in addit. ad suum genitorem in dicta dedis. 170. 33 lit. D. Quidquid esset, vbi mater ex causa præteritionis sibi factæ ab uno ex filiis primi matrimonii, filios secundi matrimonii instituisset, cum in fraudem d. l. hac edictali esse censuit Senatus apud Thesaur. in d. decif. 170. sub nu. 28.

34 Item quando maritus, vel mulier essent inter eos parum affecti; & aliquis eorum donaret filiis secundi matrimonii; vt tenuit Rota apud Ludovis. in decif. 443. nu. 8.

35 Item vbi filii primi matrimonii essent diuites; filii vero secundi pauperes, ea 36 enim casu censeretur matrem voluisse illos æqualare cum filiis primi matrimonii;

nii; & sic non diceretur in fraudem, maxime vbi parens expresse hac de causa donare, vel legare dixisset, vt decreuit S.R.C. sub die 13. Maii 1634. referente Domino meo Regio Consiliario Eruditissimo viro Andrea Marchesio in causa Belloniae Errichelle, & Francisci Episcopi.

37 Item vbi ex primo matrimonio non essent nisi foemina, & ex secundo masculi, nam eo casu cessare videtur suspicio per d. l. considerata, ex eo quod censetur id esse factum, vt familiæ nomen, & agnatio conseruaretur, vt probat Alex. Raud. in consil. 35. nu. 8. lib. 1. & Cassan. in consil. 53. num. 87. & post eos Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. glof. 8. p. 5. nu. 11. & seq.

38 Itē ubi ex primo matrimonio nō adesset nisi foemina, quæ ad matrimonium habilis nō esset, puta si esset cœca, siue monocula, ut hac de causa pro filiis secundi matrimonii determinasse S. R. C. in causa Portię Pignone cum Beatrice Pignone sub die 28. Februarii 1628. penes Mondellum: retulit mihi Dominus meus Hector Capiccius Latro vir Patritius, ac Regius Cōfiliarius, doctrina, ac religione longe clarissimus, de qua etiam Dec. meminit D. Tasson. meritissimus Iudex in pragmatica de antefat. vers. quinto, observatione prima, alleg. 20.

39 Item ubi vitricus esset mortuus, ut cōcludit Mantic. de tacit. & ambig. lib. 12. sit. 33. nu. 10. Gratian. 10. 2. discept. forens. c. 219. n. 33. Cost. de port. rat. q. 85. n. 15. Surd. conf. 250. nu. 26. & 29. Mastrill. d. dec. n. 26. In quam quoque opinionem, licet sub dubio deuenit Thesaur. in d. decif. nu. 26. in fin. & 12. & 32. quamvis ibidein vers. nisi respondeatur, dicat, hoc casu ēt procedere d. l. hac edictali; ex eo quod illa lex non solum fuit facta odio mariti, sed fauore filiorum primi matrimonii, ob iniuriam eis illicitam, & in odium intemperantia, & in honestatis ipsius matris ad text. d. l. lex quæ tutores S. lex enim; & ideo sit, vt tutela per matris transitum ad secunda uota amissa; non recuperetur ea effecta uidua, ut decisam retulit Surd. in decif. 106. ubi latè ego in Addit. quæ Thesaur. opinio uidetur

po-

potius verbalis cum sit contra proprium casum legis.

- 41 Quicquid esset ubi donatio fieret filiis natis, & nascituris; cum eo casu potius amore coniugali, quam intuitu filiationis facta presumatur, ut decisum refert *Mafbrill. in decis. 175.* licet in illo casu multa interuenerint, scilicet, quod pater interuenerat in actu, & ei non fuerat prohibitus vñsfructus, & quod fuerat relietus gubernator, & exequitor, & ei remissa omnis facultas disponendi; & reseruatio à matre facta in tali donatione, non sufficiebat pro legitima filiorum primi matrimonii.
- 42 Item ubi daretur filio infanti cum eo casu, ex quo infans non potest mereri, nec demereri, censetur in fraudem, vt patris persona contemplata, ut inquit idem *Mafbrill. in d. decis. num. 27.* & ad hoc inter alios allegatur *Bald. in l. cum oparet 44 nu. 2. C. de bon. quæ lib.* Sed hoc esset contra *Bart. in l. qui filiabus nn. 3. ff. de leg. 1. dicentē*, quod ex eo, quod est filius, dicitur mereri, cum ex filiatione oriatur affectio,
- 45 quæ sufficit ad merendam donationem, nec *Bald.* contradicit huic opinioni, imo loquitur in diuerso casu, scilicet non in patre, vel matre donante, sed in extraneo, ob quod subdit, quod datum filio dicitur datum patris contemplatione, ubi non filii, sed patris merita interuenerunt, prout etiam sentit *Afflct. in decis. 393. num. subdens tali casu bona donata dici profectitia, quæ absque decreto ab eo alienari possunt.*

His tamen non obstantibus, puto non esse recedendum à supradicta negativa opinione, pro qua vrgens stringit argumentum, scilicet prohibere liberis hominibus liberam dispositionem bonorum suorum, est virtus legis, *l. legis virtus ff. de legib. ibi, imperare, vetare*, vix reperitur vetitum parentibus testantibus, disponere usque ad certam portionem pro legitima filiorum; in vita non inter coniuges binubos habentes filios ex primo matrimonio, est prohibita dispositio ultra illam quantitatem, de qua disponeret in vnum ex filiis primi matrimonii, tam per actus inter viuos, quam in ultima voluntate,

vt l. bac editali C. de secund. nupt. Innouata per Iustinianum in S. optime Auth. de nupt. Quibus legibus est magis restricta dispositio hominis liberi, dum vix reperiebatur restricta in actibus ultimæ voluntatis in beneficium filiorum usque ad legitimam: nam in vita disponebant ad libitu, cum legitima non deberetur, nisi de bonis, quæ tempore mortis reperitur pater habere *l. queritur C. de in offic. seftam. Auth. nouissima vers. ex deficentis C. cod. in dictis autem legibus inter coniuges binubos, reperitur prohibita etiam per actus inter viuos; ergo dispositio d. l. bac editali ut exorbitans, arctat enim dispositionem hominis liberi de bonis suis; quod est de iure gentium; non est extendenda, sed coarctanda ad casum, de quo loquitur;*

47 nam in materia exorbitanti non sit extensio, etiam ex identitate rationis, *l. hucero S. de viro ff. solut. matrimon. l. 1. in fin. ff. de constit. princ. glos. in clem. auditor de rescripte. Durant. de art. test. tit. 2. caus. 2. Afflct. decis. 21. Ann. alleg. 1. nu. 22.* Cum igitur d. l. bac editali non loquatur de filiis; non est extendenda à Doctoribus, sed ab eo, qui habet potestatem condendç.

Et propterea argumenta à contrariis tradita non obstant: nam quoad primum negando assumptum, dico, quod si loquimur de dote, cum sit proprium patrimonium mulieris, in vita non reperitur prohibita disponere, nisi à lege Iulia, ne remaneat indotata, *S. l. insit. quib. alien. lic. vel non.* & sic prohibicio hæc non est fauore filiorum primi matrimonii, sed fauore publico *l. 1. ff. sol. matrimon.* In morte prohibetur disponere de legitima tantum filiorum, ut *S. fin. autben. de nupt.* Respectu autem donationis propter nuptias, prohibicio dispositio similiter non est ex d. l. bac editali, in beneficium filiorum primi matrimonii: sed ex ratione extrinseca; nam si loquimur de iure communi, 50 donatio hæc est conservativa dotis non ad lucrum *l. fin. S. sancimus C. de donat. ante nupt.* S. est & aliud ubi glos. in verbo consequentur insit. de donat. *Auth. dos data, & ibi notat glos. in verbo meretur vers. responde, ut securior sit in dote C. de donat. anti. nups. & propt.*

propt. nupt. Bald. int. si constante posse princ. vers. quid operetur ista donatio ff. sol. matr. Becc. consil. 43. num. 12. Hondad. consil. 48. num. 11. lib. 1. Corn. consil. 256. nu. 31. lib. 1. Menoch. consil. 33. nu. 24. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 20. tit. 3. num. 2. Aym. consil. 85. num. 4. Gratian. tom. 1. discept. cap. 53. nu. 9. & 19. ex pacto autem, & consuetudine est
 51 ad lucrum mulieris quoad visumfructum in vita, & post mortem filiorum ut hereditum patris, quia dominium illius est in patrimonio mariti; secundum opinionem usus receptam apud Vinc. de Franch. in decis. 106. est igitur prohibita dispositio vxori, quia non est in domino illius, est prohibita dispositio marito, qui illam donationem fecit, quia vertitur interesse vxoris, cui facta est. Igitur prohibitio dispositionis dotis, & donationis propter nuptias, non est à lege hac edictali, nisi quantum fieret dispositio inter ipsos coniuges: in aliis autem casibus prohibitio, & acquisitio filii obuenit ex aliis causis, ut supra dictum est. Sat est igitur quoad nostram questionem, prohibitionem d.l. hac edictali non comprehendere filios, dum ad literam loquitur inter coniuges; & cum sit prohibitio exorbitans, non est extendenda d.l. si vero S. de viro ff. solut. matrim.

Cessat quoque secundum argumentū, ex eo, quod illud nō est generale ad questionem propositam, sed particulare in certo casu; aliud est enim num sit parentibus binubis prohibitum donare, vel disponere in filios secundi matrimonii; sive inter viros, sive in ultima voluntate; & hec est questio nostra, & nullibi reperitur prohibitum, nam d.l. hac edictali, & d. S.
 53 optime loquuntur ad litteram in dispositione, quae fit inter ipsos coniuges binubos. Aliud est autem, data prohibitio per d. leges inter ipsos coniuges, ut inuicem non disponant, nisi pro ea portione, quae continget vni ex filiis primi matrimonii, & super hac dispositionem prohibita in dictis legibus, Iustinianus prohibuit machinationem per suppositas personas; idest, qua machinatione fieret fraus dictis legibus: sic enim necel-

sariò dicendum est, nam super dispositio ne prohibita ab illis legibus, est prohibita machinatio per suppositas personas à Iustiniano; sed prohibita dispositio illarū legum ad litteram est, quando coniuges binubi disponerent in beneficium vnius ex ipsis, ergo prohibita machinatio per suppositas personas super dispositione predicta est, quando dispositio fieret non
 54 in coniuges, sed in aliam personam, acquiretur autem coniugibus binubis. Hæc machinatio non potest excogitari, nisi quando vxor binuba donaret filii secundi matrimonij; nam tunc ex dispositione
 55 iuris, ex vi patriæ potestatis, acquireretur patri ususfructus l. cum oportet C. de bonis q; liber. & hoc modo fieret fraus dictis legibus, prout in individuo exemplificavit fraudem suppositionis personæ, glos. in d. S. optimè, in verbo per suppositas, scilicet si donatum rediret ad secundum coniugem prohibitum; & est casus in l. 3. S. secundum bac ff. de donat. inter vir. & vxor. ubi ait
 56 I.C. his uerbis: secundum bac si mater filio; qui in patris potestate est donet, nullius momenti erit donatio; quia patri queritur, sed si in castra eius filio dederit, videtur valere,
 57 quia filio queritur: At eo casu, quo pater donaret filii secundi matrimonij, cessaret dicta machinatio, & fraus legibus praedictis; quia nihil acquireretur uxori binubę, quia non habet filios in potestate. Igitur cum machinatio hæc non respiciat utrosque coniuges binubos, sicut dispositio dictarum legum utrosq; respiciebat; non tendit argumentum hoc ad nostram questionem. Scilicet, ut sicut per leges praedictas est prohibita dispositio inter coniuges binubos, ita quoque, sic prohibita in filios secundi matrimonii; quod à nulla lege reperitur dispositum. Immo & in causa supra posito machinationis, & fraudis aduersus dictas leges: pone casum, quod mater binuba donaret filii secundi matrimonii, cū expressa prohibitione, quæd patrī nō acquiratur ususfructus, nec cōmoditas ususfructus; nō nē tūc dicit exclusa oīs machinatio, & fraus aduersus dictas leges; & tunc quero à DD. aduersæ partis an nē est prohibita hæc donatio & à qua lege?

lege: certe nulla potest afferri lex per modum argumenti, nec etiam quia prohibere liberis hominibus, quod non disponat de bonis suis ad libitum, est virtus legis l. *legis virtus. ff. de legib.* non vis Doctorū. Igitur filij secūdi matrimonij sunt inclusi in dispositione dictarum legum, in certo casu machinationis, & fraudis ad dictas leges: non generaliter, vt non fiat dispositio in eos, sicut generaliter est prohibitum à dictis legibus inter ipsos coniuges.

58 Nec obstat tertium argumentum desumptum ex l. 4. *ff. de inoff. testam.* sed potius attendendus est *tex. hic cū præcedēti l. 3.* nam optime stringunt pro nostra opinione negatiua, dum in l. 3. dicitur, in officiosum allegari testamētum, cum se præteritos, vel exhæredatos allegant filij, quod plerūque accidit, cum falsō parentes instimulati, liberos suos, vel exhæredant, vel prætereunt. Sequitur *tex. in l. 4.* dans rationē huius instimulationis contra filios, dicens nouercalibus delinimētis, & instigationibus ad id induci. Ergo, leges hoc abhorrent, scilicet filios primi matrimonij exhæredari, vel præteriri, non autem parentes inæqualiter se habere cum filijs: id enim in §. fin. *Auth. de nupt.* relinquitur in arbitrio parentum. Hortantur tamen ibi parentes, ad æquitatem seruandā. Ergo leges non prohibuerunt inter filios inæqualitatem, sed tantum præteritionem, vel exhæredationem & sic dispositio d. l. 4. *ff. de inoff. test.* militat in casu suo, scilicet exhæredationis, vel præteritionis filiorum primi matrimonij; non autem vbi solam legitimam haberent, ad quam mater obligatur d. §. final. *auth. de nupt.* vt in puncto etiam declarat *Thesaur. filius in l. addit. ad decis.*

170. *circa princ.* & propterea nō est facienda extensio de casu ad casum, illa enim reiicitur l. *fideiussores magistratus.* §. pro Aurelio, vbi glos. in verbo *usuras ff. de fideiuss.* Bald. in cap. 4. in princ. in verbo pone, quod empiteuta sit. qual. olim. dom. pro feud. priuet.

Et licet possit responderi, quod eademmet ratio, quæ militat in d. l. 4. debet militare,

vbi mater, vel pater donaret filijs secundi matrimonij, cum præsumatur eodem modo ex nouercalibus delinimētis patrē, marremue inductam ad donandum, & sic ad inæqualiter dispondendum inter filios utriusque matrimonij, vbi enim ratio, quæ à lege exprimitur, late etiā significatio ne alij deseruit, tunc porrigitur, licet non 59 per modum extensionis, sed interpretationis intellectuꝝ, & sic comprehensio nis ad text. in l. his solis C. de reuocand. donat. *Auth. vt y qui oblig. se prohib. hab. res minor. in princ. gl. in clementin. I. de elect. I. as. in l. quamuis n. 6. & seq. de fideicom.* vbi inquit hoc habere locum etiam in correctorijs; & sequitur in l. in eum n. 3. & 4. *ff. de in ius voc.* & in *Auth. quas actiones nu. 17. & seq. C. de sacrosanct. eccl. late Mantic. de tacit. & ambig. lib. I 3. tit. 42. nu. 13.*

60 Tamen hoc procederet, vbi casus intellectuè comprehēsus non esset per aliā legem prouisus, at vbi est per aliam legem prouisus, prout est hic (cūm per d. §. fin. *auth. de nupt.* expressè permittatur, matri posse relicta legitima filijs primi matrimonij, totum residuum dare filijs secundi matrimonij) tunc comprehensio cessat; esset enim dare correctionem, quæ numquam datur, nisi expressè dicatur, l. *principius.* C. de appell. §. cum igitur, vers. nec qualibet est lex. *Auth. de non eligend. secund. 61 nub.* Nec dicuntur correctæ leges, etiam ex identitate rationis, inquit *tex. in l. I. C. de inoff. dot.* cum oporteat, quod expressè corriganter; & dicitur expressè lex per aliam corrigi, quando est ei directò contraria, vt notat *Isern. in constit. Regn. appellationum tempora, in princ.*

62 Nec refragatur denique ultimum argumentum, quod lex hac edictali non tam considerat acquisitionem, quam ipsam contemplationem, ex qua fraudis suscipio oritur, cūm censeatur datum patri, & ab eo brevi manu filiis per iura in dicto argumento allata. Siquidem respondetur hoc specificè determinari per glos. in d. §. optimi, vers. per suppositiones, & vers. aliam scilicet fraudem non induci absque acquisitione, & sic datum filijs secundi matrimonij in fraudem legis datum esse non vide tur,

- ter, inquit ibi *Glyf.* si aliquo modo id ad patrem nō sit reuersurum; & est casus expressus in l. 3. S. secundum ff. de donat. inter vir. & vxor. vbi donatum à matre filio in potestate, non valet; quia patri queritur: quidquid esset, si eunti filio ad castra mater dederit, cum eo casu, ex quo castrense peculium diceretur, & ipsi filio, & non patri quereretur, valeret donatio, per quē tex. sic in specie firmavit *Menoch.* de arbitrar. lib. 2. cas. 459. num. 30. vers. Octauus est casus, & num. 31. dicens, quod vbi mulier 64 prohibetur viro suo donare, nec etiam potest id facere per interpositam personām, quia immediatē ei queritur, & sic respectu prohibiti requiritur acquisitio, alias, ea cessante, nulla fraus considerari potest. Quæ opinio comprobari potest ex tex. in l. 6 per impressionem, C. quod met. caus. vbi probatur, quod ad hoc, vt venditio per impressionem facta irritetur, non sufficit interpositam personam interuenire. sed quod in effectu officiali acquiratur; ibi s. qui, vel coniugis, vel amici nominibus abutentur; prædam tamen sibi acquirant; quod etiam tradit ibi *Alex.* num. 4. & sic requiritur realis acquisitio.
65. Et comprobatur ex tex. sing. in l. fin. ff. de bīs quib. ut indign. vbi I.C. ait, quod ex institutione socero facta à genero, tempore quo eius vxor incapax erat, non oritur taciti suspicio fideicommissi, & rationem reddit idem I.C. quia illa ratio paternæ affectionis, suspicionem taciti fideicommissi non inducit, & sic simplex ratio conjunctionis sanguinis non inducit suspicionem fraudis, vt ibi tradit Barto. ex illo tex. ad hoc, vt locus sit fisco, sed oportet in personam incapacis dies cedere; ergo nō sufficit sola sanguinis coniunctio absque acquisitione, à qua arguitur contemplatio.
66. Quæ conclusio expressè probatur ex d.l. profectissia, pro contraria opinione allegata, in vers. forte; vbi si esset datum patri, vt filii daret; non diceretur profectissium, sic quoque habetur in l. *Sulpitius.* ff. de donat. inter vir. & uxor. vbi si vxor donet marito, vt communī filio restituat, validam esse illam donationem, responderet 67 ibi I.C. si constet maritum adhibitum,

fuisse; vt nudū ministrum, veluti si ex eius dispositione appareret nihil eam voluisse ex dicta donatione acquiri marito; alias donatio esset inualida; cum magis filiorū, quam maritali amore donatio facta censetur, ergo requiritur effectualis acquisitionis.

Hinc dixit Bald. in d.l. bac edictali num. 24. vers. pone; quod extitit filij; quod si pater plus reliquit secundæ vxori, quam filiis primæ, cum onere tamen restituendi filiis secundi matrimonii; tunc mortua vxore legatum erit integrè restituendum substitutis, si tamen filij primæ vxoris nō sint fraudati sua legitima, ex tex. in l. mulier quæ, in princ. ff. ad Trebell. vbi sustineri (respondebat I.C.) relictum viro factum, cum 68 onere illud restituendi filiis; qui tex. non est per d.l. bac edictali correctus, vt aiunt ibi Angel. Imol. Castr. & Alex. in princ. Bertran. in d.l. bac edictali in princ. num. 56. ex eo, quod dicitur potius custos, quam hæres.

69. Et quod tunc dicatur contemplatione patris relictum; quando non fuit illi prohibitum acquiri, firmarunt Castr. in d. conf. 150. col. fin. vers. in casu autem nostro. vol. 2. Bald. conf. 161. num. 1. in fin. vol. 1. Surdus conf. 250. num. 33. vers. præterea relictum; idem de aliment. tit. 1. quest. 12. num. 14. ex mente Bart. in l. Gallus. S. quod si is. ff. de lib. & posthum. quem etiam sequuti sunt Cratus. conf. 184. num. 1. Couarr. de spons. par. 2. cap. 8. S. 5. num. 1. Paleot. de noth. & jpur. cap. 53. num. 3. qui communem, & veram testatur, Menoch. lib. 3. de presump. presump. 28. nu. 6.

70. Pro cuius comprobatione, sing. est tex. in l. fideicommissa. S. interdum. ff. de legat. 3. vbi inquit I.C. quod fideicommissum factum à testatore, respiciens commodum fratri, facit illum fideicommissariū; quāvis non nominatum in testamento; per quem tex. sic firmiter concludunt DD. quod in contractibus, & quibuscumque dispositionibus numquam attēditur persona, quæ in eis nominatur, & in quā verba conseruatur, & quæ illum actum facit, & cui aliquid conceditur; sed persona representata, quæ habet commodum, & in-

- commodum negotij gesti , tamquam in eo contemplata ; ob quam cōtemplationem omnes actiones , tam actiuae , quam passiuæ in ipsam diriguntur , non secus , ac si cum ea omnia gesta fuissent , *Ias. in l. & cui legetur num. 3. ff. de leg. 1. Dec. conf. 407. num. 9. Mantic. de coniect. ultimar. volunt. lib. 8. tit. 4. nu. 7. & seq. Mandoll. conf. 404. num. 4. cum seq. lib. 3. & conf. 658. num. 6. Aym. Crauet. conf. 91. num. 6. & 11. Mon- ter. decis. 36. num. 4. cum seq. Surd. conf. 140. num. 16. lib. 1. & decis. 291. num. 3.* Igitur 71 contemplatio ex acquisitione arguitur ; & sic arguendo à contrario sensu , tunc contemplatio non præsumitur , vbi non est acquisitionis , & consequenter donatio facta filiis secundi matrimonii cum ex- pressa prohibitione , vt nihil queratur pa- tri , non dicitur facta in fraudem vti con- templata persona patris , qui in tali casu vti extraneus haberetur .
- 72 Et propterea DD. dixerunt , quod vbi patri prohibitus est vñsfructus ; quod eo casu donatio facta filiis secundi matrimo- nij non censemur in fraudem d. l. hac edi- ctali facta ; vt concludenter tenuerunt Caſtrenſ. in d. conf. 150. num. 2. Bertr. in d. l. bac edictali nu. 19. & conf. 19. nu. 4. vol. 3.
- 73 & hanc esse cautelam , ad hoc , vt dona- tiones prædictæ non subiçiantur disposi- tioni d. l. bac edictali , docet Durant. de art. testand. tit. de legat. caut. 6. 1. nu. 2. sic etiam Marc. decis. 27. lib. 2. Dec. conf. 246. & 170. num. 12. Ruin. conf. 112. num. 7. lib. 1. Coſt. de port. rat. quæſt. 85. num. 4. 5. & 14. Surd. dictio conf. 250. num. 26. Rim. iun. conf. 771. num. 39.
- 74 Et licet nonnulli contrarium sentiant , vt latè post Thesaur. in d. decis. 170. & Mantic. de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 33. num. 10. & seq. ac Grat. som. 2. discept. for. 75 cap. 219. Tamen illi loquuntur , vbi filij non essent nati , & vbi ex pacto , & stipula- tione patris eis acquiratur , vt latè dicam in seq. q.
- 76 Quāuis quoad me dicta opinio , quod , vbi esset prohibitus vñsfructus , cessaret dispositio d. l. bac edictali , non est tutta , re- spectu commoditatis , quæ apud patrem remaneret , vt dicam in seq. quæſt.

- 77 Et ad hoc facit illa cōmunis DD. sen- tentia , quòd etiam mater valet disponere in filiis secundi matrimonii , quando ipsi essent emancipati , vt latissimè defendit Crauet. iu conf. 40. uum. 11. vbi ad hoc citat Franc. de Alberg. & alios , qui tenentes vi- gere dispositionem l. bac edictali in matre disponente in filiis secundi matrimonij illud limitant , quando filij essent emaci- pati ; ex quo dum non sunt in patris pote- state , sicque non prouenit ex dispositio- ne vtilitas patris ; non militat illius prohi- bitio ; & idem & alios citans , voluit Van- dal. lib. 1. var. resol. q. 17.
- 78 Similiter pro comprobatione facit cō- munis quoque , ac recepta DD. sententia , quòd licet filio spurio , nec donari , nec relinqui possit ; tamen potest relinqui , & donari nepoti ex filio spurio , quando cau- tum est , quod patri nihil queratur : ita Bart. in conf. 118. & in d. l. Gallus. S. quod se is. num 1. & 2. ff. de liber. & postbum. quem communiter sequuti sunt ibi Caſtr. Ias. & alij. quos cumulat , & communem testatur Aym. Crauet. in conf. 184. subdens hoc non habere difficultatē ; quos omnes , & alios innumeros etiam recenset Peregr. de iur. fisc. lib. 3. tit. 18. nmm. 46. Coſt. de port. rat. q. 112. num. 4. & seq. Menoch. conf. 5 11. num. 11. vol. 6. Veg. conf. 62. nu. 3. Pascal. de vir. patr. potest. par. 2. cap. 1. num. 48. circa med. Fachin. lib. 5. controu. cap. 97. Surd. de alimē. tit. 1. q. 12. num. 14. Ioseph. Ludouic. decis. Pe- ruf. 18. num. 3. de communi , & magis com- muni testatur Alex. Trenzacing. lib. 1. var. resol. tit. de noth. & spur. resol. 1. n. 22. vers. secunda conclusio. Lup. de illegitimi. & natur. comm. 1. S. 5. num. 158. vers. declaratur ni- hilominus hec communis sententia , & demū ita per S. Conf. decisum testatur Vinc. de Franch. in decis. 27. nu. 7. vers. quod possunt institui cum distinctione , de qua Bart. ibi . Nec videtur obstare tex. in d. S. species nam i bi duo interuenerunt ; primum sci- licet , quòd expressè fuit datum nomine filiæ , secundū , quod ibi filia erat præfens , quæ præsentia , vt dicit ibi Glos. in vers. no- 79 mine , hoc operatur , scilicet acceptationē donationis , sed vbi sumus in dubio , secus , vt tradit Bart. in l. 1. C. de nat. liber. & in d. S. quid

§. quid si is in fin. & sequitur Vinc. de Fræb.
incit. dec. 27. in fin. ex eo, quod presumitur,
quis elegisse viam, per quam delictum euadat
dat l. merito ff. pro socio.

80 Minus quoque militat d. S. arrogato, nā ille bene procedit in casu suo, nā, si quid ab amicis, & cognatis fuerit arrogato datum profectitium iudicari debet, vti contemplatione patris arrogantis datum; hoc erat, quia amicus, vel cognatus arrogantis non erat amicus, vel cognatus arrogantis, & sic nulla ex parte arrogantis concurrebat causa ad merendam donationem; at vbi tam pater, quam filius sunt ambo coniuncti, prout in hoc casu, argumentum cessare videtur, cum sola coniunctionis ratio non sufficiat ad iudicandam donationem esse factam contemplatione patris; vt optimè probat text. in l. fin. & ibi Bart. ff. de his quib. ut indign. & l. auus nepti ff. de iur. dot. nisi concurreret alia coniectura; vt in specie Curt. iun. consil. 6. num. 7. & 19. Alciat. respons. 71. num. 5. & Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 459. num. 28. dicentes donatum coniunctæ personæ non dici in fraudem; ex eo, quod donatarius esset coniunctus, nisi alia præsumpta fraudis concurredet coniectura; cum in dubio omnis suspicio fraudis cesseret, nisi ex aduerso demonstretur, ita Bald. in consil. 249. num. 6. lib. 1. consil. 140. num. 1. in fin. lib. 2. & ita procedit text. in d. l. profectitia ff. de iur. dot. in

82 contrarium allegatus, vbi ideo datum ab auo nepti dicitur profectitium; quia ibi exprimitur, quod auus erat donatus; & ita intelligi debet d. S. si arrogato in fin. ibi, vel beneficio eius; nam glos. ibi allegat d. l. profectitia in princ. vbi id, quod supra dictum est exprimitur, scilicet quod erat donatus patri; vnde talis circumstantia.

84 omnino probari debet, ad hoc, vt datum contemplatione patris iudicari debeat vti profectitium, vt explicat Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 21. num. 24. & nouissime D. Horat. Montan. in tract. de regalib. fol. 205. sub num. 34. Nec huic opinioni aduersatur text. l. dotem dedit ff. de collat. bonor. quæ videtur oppositum determinare, quod per d. l. auus neptis, est dispositum, siquidem d. l. auus neptis loquitur in auo

materno, qui non tenebatur neptem dare, & propterea iudicatur donatio ad uenititia; sed d. l. dotem dedit loquitur in auo paterno, qui transfert dotem, pro qua pater obligatus est propter filium, vt declarauit in addit. meis ad Surd. in decis. 118. n. 5.

Et ita quoque est dicendum de donatis vxori à consanguineis viri, scilicet illa nō 85 acquiri viro, quotiescumque vxor esset æquè consanguinea, vt dixi in dicta addit. ad Surd. d. num. 5. Ultra quod contra opinionem Bart. in d. S. arrogato est probabilius, & verior opinio, vt ibi probauit quam amplexum est Sacrum Conc. teste Ann. in sing. 157. & sequuta fuit Rot. Roman. apud Farin. in decis. 148. & infiniti alij per me in d. decis. 118. allegati.

86 Et denique non mouet, quod DD. querant coniecturas, ex quibus argui possit, cuius nam contemplatione datum, vel donatum sit; filiorum ne secundi matrimonij, an potius eorum patris; & sic ex eorum dictis videatur inferri, coniecturas istas necessarias esse respectu filiorum secundi matrimonij.

Siquidem respondetur DD. predictos id non dixisse ad finem, vt absque illis iudicaretur donatio in fraudem legis hac edictali; nam eo ipso quod est filius dicitur

87 mereri, nisi probetur de demeritis, vt in specie tradit Bart. in l. qui filiabus nu. 3. ff. de leg. 1. per text. in l. omnimodo §. 1. C. d. inoff. sebast. cum fraudis suspicio non præsumatur, nisi ex aduerso demonstretur

Bald. in consil. 249. nu. 6. lib. 1. & d. consil. 140. Alex. consil. 51. in fin. lib. 2. & Plot. omnino vident. consil. 168. num. 25. inter consil. vlt. vol.

89 regulariter enim datum, vel relictum filio, non patris, sed sui ipsius contemplatione relictum videtur, l. fin. in fin. vbi etiam glos. & ibi communiter DD. C. de usufr. Bart. in l. h. filio familias la 2. nu. 2. de donat. caus. mort. & in l. cum aliquis num. 3. vbi Bald. Castr. & Alex. C. de iur. delib. Surd. decis. 322. num. 46. Peregr. decis. Patauin. 102. nu. 3. Castr. de usufr. cap. 63. num. 6. Sed solum, quod aliqua earum existente, res sit præcipua, & clara, & sic absque vlla controversia.

Item etiam responderi potest cum Paul. de Castr. in consil. 150. par. 2. in fine,

B di-

dicente, quod vbi constat filij contemplatione ei datū, vel relictum fuisse, eo casu, licet prohibitus non sit patri vſusfructus, quod tacitè ei cōseatur adēptus; in quam quoq; opinione in specie deuenit *Ruin.* in d. conf. 112. & post eū *Rot. apud Ludusuis.* iu dec. 443. n. 5. & sic cōiecturē illæ à DD. req. sitq; deseruiunt ad finē, ut ex eis possit argui, an sit tacitè patri prohibitus vſusfructus, vbi tamen à matre fieret dispositio.

91 Et licet hæc opinio non sit omnino tutta per text. in *Auth. excipitur C. de bonis qua liber.* vbi videtur expressam requiri prohibitionem, vt per eum firmat *Alex. in l. cum filio num. 24. in fin. ff. de leg. 1.*

92 Tamen veritas ipsa est, quod non solū expresse, sed etiam tacitè; scilicet si constet quoquo modo ex coniecturis de tacita disponentis voluntate nolle patri vſusfructum acquiri, prout expressè *I.C. voluit* in l. si vſusfructus s. si ita iuncta glos. ff. quando dies leg. ced. vbi habetur, si testator legauerit filio familias, & mandauerit ei solui, quod ex hoc videtur voluisse patri nihil acquiri, ac si nominatim expressisset; ob quod dicit ibi glos. quod nec vſusfructus patri acquiritur, & hanc opinionem vti veriorem sequuntur inter moderniores, *Soccin. Rip. Bauer. Crauett. Paris. Ruin.* ceterique scribentes in d. l. cum filio familias, quos omnes colligunt *Boer. decis. 193. n. 2. Valasq. consult. 108. num. 34. Suarez in l. quoniam in prioribus limit. 1. num. 10. Surd. de alimento tit. 2. q. 15. num. 24. & seq. vbi allegat *Cuman. Soein. Bald. nouell.* & alios, sic etiam in consil. 116. num. 11. 12. 23. 38. & seq. *Alex. Trenacing. lib. 1. var. resol. tit. de pecul. resol. 4. num. 4.* & post infinitos *Giurb.**

93 in consuet. *Meßan. cap. 7. glos. 3. par. 1. n. 21.* Dummodo verba talia sint, ex quibus nihil aliud, quam perceptionis vſusfructus prohibitio deduci possit *Surd. d. consil. 116 num. 12.* & post alios idem *Giurb. nu. 22.* nam *Auth. excipitur*, & alia in corpore unde sumitur, quæ volunt licere testatori prohibere acquisitionem vſusfructus patri, corrigendo ius antiquum, non negant, quin istud fieri possit tacite, & ex coniecturata mente testatoris, quæ elicitur ex verbis testamenti; & ratio est secundum *Crauett. in d. l. cum filio familias num. 50.*

quod vſusfructus ademptio à lege pro forma non requiratur; & ideo sufficiat, q; quocumque modo colligitur ex voluntate, per text. in l. certum ff. si certum pet.

ARGUMENTVM

Nū donatio facta filijs nascituris ex secundo matrimonio, patre pro eis stipulante subiaceat dispositioni l. hac edictali; & quid si prohibitus sit vſusfructus patri.

SVMMARIVM

- 1 *Datum filijs nascituris, censetur datum contemplatione parentis.*
- 2 *Parens magis diligere censetur filios natos, quam nascituros.*
- 3 *Affectio in non natis, non presumitur.*
- 4 *Donatio collata filijs nascituris in capitulis matrimonialibus, secundo pro eis stipulante coniuge, subiacet dispositioni l. hac edictali, contrarium num. 5. prima opinio ve- rior nu. 9. & 33.*
- 5 *Parens potest in filios diuersi matrimonij inaequaliter disponere. intellige nu. 18.*
- 6 *Lex probibens dispositionem in secundum coniugem, non tamen illius ministerium prohibetur, vt non queratur filijs ex eo cō- iugio nascituris.*
- 7 *Donatio ob causam, vt matrimonium contrahatur, absque qua non esset contractum, non subiicitur dispositioni l. hac edictali. Intellige nu. 33.*
- 8 *Filius quicquid beneficio patris habet profectum esse dicitur.*
- 9 *Dare viro, vel alio, cui vir dare voluerit paria sunt.*
- 10 *Donatum patri dicitur, vbi datur filio ex facto illius.*
- 11 *Datum sponsæ à consanguineis sponsi ante illius traductionem ad domum viri sponsæ acquiritur.*
- 12 *Datum ab aeo nepti nasciturae filij contemplatione datum censetur, & in eius legitimam imputatur.*
- 13 *Legatum consobrino mariti factum, vti in fraudē l. hac edit. nō valet. Intellige n. 16.*
- 14 *Quisquis est rei sua moderator, & arbitrer.*
- 15 *Donatio non valet vbi donatarius non efficit in rerum natura. Sed contrarium num. 20.*

In-

Intellige numero 21.

- 19 *Donatio ecclesie non dum constructa non valet.*
- 20 *Spes quando sustinet stipulationem.*
- 21 *Quod est nullum, nullum, nec proximum, nec remotum producit effectum.*
- 22 *S. fin. Auth. de nups. declaratur, & nu. 24.*
- 23 *Extraneus potest valide pro filiis nascituris stipulari, & de ratione nu. 27. & seq.*
- 24 *Fraus facile inter virum & uxorem praesumitur.*
- 25 *Extraneus stipulans pro alio non censetur animo donandi pacisci.*
- 26 *Pater stipulans pro filiis, presumitur donare & quando num. 40.*
- 27 *Pater stipulans pro filiis, censetur uti harenibus stipulasse.*
- 28 *Crauett. consil. 193. nu. 11. confutatur.*
- 29 *Crauett. consil. 193. num. 11. confutatur.*
- 30 *L. Sulpitius ff. de donat. inter vir. & ux. declaratur.*
- 31 *Pater per eius adscriptionem filio in potestate factam in aduentiis, quando usufructu priuat.*
- 32 *Vincent. de Franch. in decis. 583. declaratur.*
- 33 *Donatum inter viuos, si testamento legetur, quando nouam dispositionem, vel confirmationem continet.*
- 34 *Fraus ex d.l. bac edictali considerata, magis presumitur in donatione inter viuos, quam in legato, vel in alia ultima voluntatis dispositione.*
- 35 *Dispositio l. bac edictali, an locum habeat in donatis filio ex secundo matrimonio cum probatione ne usufructus queratur patri, recensentur opiniones num. 39. 40. & seq. ac 43.*
- 36 *Aetus presumitur gestus, ut melius de iure valere possit.*
- 37 *Prohibitio sola usufructus patri facta, non facit cessare fraudem per l. bac edictali consideratam.*
- 38 *Donatio facta filiis nascituris absque patris stipulatione quando in fraudem l. bac edictali iudicetur; recensentur opiniones, & num. 48.*
- 39 *Donatio facta filio contemplatione certi matrimonij reuocari non potest, nec a filio retrocedi possit.*
- 40 *Inter donationem contemplatione certi, &*

incerti matrimonij constituitur differencia.

- 41 *Bart. in l. qui filiabus ff. de leg. 1. declaratur.*
- 42 *Donatio facta filiis natis, & nascituris an in fraudem l. bac edictali iudicetur.*
- 43 *Datum filio sub commemoratione patris, vel patriae potestatis, censetur dasum contemplatione patris.*

Q V A E S T I O I I .

- 44 *E*t si in praecedenti quæstione diximus donationem factam filiis secundi matrimonij non subiacere dispositioni, l. bac edictali: hoc tamen non videtur procedere, quando filii non essent nati; quoniam eo casu contemplata videretur persona patris, vel matris, ex eo quia adhuc non progeniti ad text. in l. sed si plures S. in arrogato, ff. de vulg. & pupill. l. qui filiabus ff. de leg. 1. & tradidi ego ipse in addit. ad Surd. in decis. 322. num. 6. cum inuerisimi e
- 45 *sit patrem, vel matrem voluisse filios primi matrimonij excludere, quos magis presumitur dilexisse, quam nascituros, in quibus sicut non potest intelligi aliquod demeritum, ita non potest aliquod*
- 46 *meritum excogitari, & consequenter nec odium, nec affectio singularis presumitur d.l. qui filiabus, & l. si quis in suo S. legis C. de inoffic. testam.*

Verum pro resolutione huius quæstionis, plures casus distinguendi sunt. Primus est, quando dispositio confertur in filios nascituros, eo tempore, quo matrimonium contrahitur, & sic in capitulis matrimonialibus, secundo pro eis stipulante coniuge, & in hoc casu duæ accesserunt opiniones; Quarum prima est, hoc valide fieri non posse, sed dispositionem d.l. bac edictali obstat, vt docuerunt Præc. de Albergot. consil. 261. Io. de Lignan. consil. 263. Richard. de Salic. consil. 264. Ruin. consil. 112. lib. 1. Corn. consil. 82. lib. 3. Laderch. consil. 147. num. 1. Gall. de except. ex testam. sit. 4. except. 1. par. 2. nu. 41. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glos. 9. par. 5. sub num. 197 Camill. de Curt. inter cons. Camill. de Medic. 163. num. 4. Gratian. tom. 4. discept. forens. cap. 219. num. 34. Manic. de tacit. & ambig. sit. 33. sub num. 9. usque ad num. 11. 12.

¶ 43 Lib. 12. Alex. Trentinq. lib. 3. var. re
sol. tit. de matrim. resol. ff. sub n. 34. vers. 2. ca
sus Crauest. consil. 193. n. 11. & consil. 40.
in fin. Raudens. var. resol. cap. 55. nu. 8. Mol
fes. ad Consuet. Neap. par. 3. tit. de success. ex
testam. q. 11. num. 4. Rimini. iun. conf. 241.
n. 40. & cōs. 243. & 771. Mastrill. dec. 175.
num. 14. vbi hanc magis veram, magis cō
munem, & magis æquam appellat Boer.
decis. 201. Vincent. de Franch. decis. 435. in
1. dubio vbi sic per S. C. decisum testatur,
sic quoque iudicatum refert Vnu. in decis.
396. num. 8. Rota apud Ludouis. decis. 173.
num. 5. & decis. 433. & apud Farinac. decis.
121. par. 2. in ultim. impress. Magon. decis.
Flor. 207. nu. 7. Thesaur. decis. 170.

5 Altera & contraria est opinio, scilicet
dispositionem d.l. bac editali hunc casum
non comprehendere, tenuerunt Bald. in
l. 1. num. 5. C. de inoff. dot. & d. l. bac editali
& cons. 11. num. 2. lib. 3. consil. 22. num. 1.
lib. 5. consil. 26. & 264. lib. 1. & cons. 245.
num. 1. inter consil. Castr. idem Castr. consil.
150. lib. 2. Salic. in d.l. bac editali q. 8. n. 7.
Facbin. lib. 3. controvrs. cap. 66. circa fin.
Surd. consil. 94. num. 69. & consil. 255. nu. 14.
Gayll. lib. 2. obseruat. 82. sub num. 9. Pbanuc.
de iur. dot. q. 5. num. 47. Bero. consil. 40. sub
num. 14. lib. 2. Caffan. in Consuet. Burgund.
rubric. 6. S. 1. nu. 8. Cancer. lib. 3. var. resolut.
cap. 15. num. 344. Regens de Pont. consil. 35.
nu. 28. lib. 1. & Vinc. de Franch. decis. 583.
Ex ratione, quia cum vigore text. d.S. fin.
aut. de nupt. & text. auth. unde si parens,
6 permisum sit inéqualiter parentibus in
filios diuersi matrimonij disponere; licet
lex prohibeat disponere in secundum
coniugem, non tamen illius ministerium
prohibetur, vt queratur filii ex eo con
iugio nascituris, si enim pro nascituris fi
liis extraneus reciperet, valeret utique,
cur non idem in patre recipiente, per text.
sing. in l. Supp. ff. de donat. inter vir. &
vxor. quem post Bald. ponderat Facbin.
loc. citato; non enim inspicitur pofon
ministri stipulantis, sed eius, cui queritur
in effectu l. S. sed si legatum ff. si quis alter.
soft. probib.

Secunda quoque pro hac opinione ratio
esse potest, nam cum dispositio l. bac edi

ctali locum non habeat in largitate ob
causam facta, certe nō potest procedere
8 in hoc casu, in quo donatio hēc non ex
mera liberalitate processisse videtur, quā
ob causam, vt cum tali viro nubere po
tuisset, absque qua matrimonium non es
set contractum, quod videtur esse de
mente, glossa in dicta lege bac editali
versiculo dividī in verbo nota; vbi de
clarat dispositionem d. l. quando fecisset
pactum cum secundo viro de lucranda
dote, & non vbi largitas in filiis secundi
matrimonij conferretur, & hac ratione
motus opinionem istam sequutus fuit
Cancer. d. cap. 15. num. 344. quod reassum
psit à cap. 2. tit. de inuent. num. 197. dicens
simile hæreditamentum ab vxore filiis
nascituris in pactis dotalibus factis, non
irritari ex dispositione d. l. bac editali, ex
eo quod non modo in eorum beneficiū,
quam in suum proprium commodum fa
ctum esse censetur, sine quo aliter nube
re non potuisset, subdens sic Senatum de
clarasse, licet cogitandum reliquerit Fon
tanel. ex dictis per Thesaur. & Vincent. de
Franch. in tract. de paci. nupt. et claus. 4. gl. 9.
p. 5. nu. 197. in ff. vers. reperio. claus. 5. glo. 8.
par. 4. nu. 6. ubi indistincte contrarium te
net.

9 Prima tamen opinio mihi veriore esse
videtur, à qua non recedendum esse cé
sēo; siquidem certissimum est, quod quic
10 quid habet filius beneficio patris, profe
ctum esse dicitur, ita Bart. per illum
tex. in l. sed si plures S. in arrogato ff. de vulg.
quod est verum secundum eum, quando
pater fuit causa proxima acquisitionis,
prout esse dicitur, vbi conceditur filio,
quod non fuisset concessum nisi per pa
trem, quo casu non modo persona filij,
quam ipsius secundi coniugis contem
plata esse videtur, vt in specie Ruin. consil.
113. num. 8. vers. nec obstat, & Mantic. de
satis. & ambig. d. lib. 12. tit. 33. num. 10.
11 cum paria sint dare viro, vel alij, cui vir
voluerit l. soluta S. solutum ff. de pign. action.
videtur enim patri donatum, cum datur
filio ex facto patris l. 3. S. final. in fin. & l. si
12 prorsus S. generaliter ff. de donat. inter vir. et
vxor. at cum hoc in casu filij id ex facto

patris acquirant non potest negari quin à patre acquirere dicantur.

Confirmatur hoc ex traditis in materia d. l. sed si plures S. in arrogato, dum con-

- 13 cludunt se à vnamiter DD. quod bona donata sponsæ à consanguineis sponsi ante illius traductionem ad domum viri acquiratur sponsæ irreuocabiliter, quæ tanquam donata contemplatione sponsi acquiruntur sponsæ, cui censentur donata, & brevi manu à sponso tradita sponsæ, vt reassumit Aluare. de coniecl. meus. defunct. lib. 3. cap. 1. nu. 12. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. sit. 21. num. 21. & 25. de Pont. de potest. Proreg. sit. 10. S. 1. num. 9. cum sequ. Molfes. ad consuet. Neap. p. 3. q. 1. num. 4. cū seq. & queß. 22. nu. 2. Gratian. tom. 1. discep. cap. 189. nu. 1. cum alijs per me in addit. ad Surd. in decis. 118. num. 3.

Comprobantur prædicta ex communione illa, ac recepta DD. sententia, quod datum per auum nepti nascituræ, potius filij contemplatione, & in eius legitimam imputatur, quam neptis, in qua nulla affectio esse poterat d. l. qui filiabur, ut communiter tradidere DD. allegati per Merlin. de legitim. lib. 2. sit. 2. q. 8. num. 33. & 40. & per me in cit. decis. Surd. 322. & latius in decis. 169. Ob quod Papon. lib. 15. sit. 1. de nupt. arest. 11. inquit, quod legatum factum consobrino mariti non valet, tamquam in fraudem l. bac edictali, subdens sic iudicatum fuisse, vt etiam decilum refert Fontanell. de pacit. nupt. claus. 5. glof. 8. p. 4. num. 11. in fin. quod ante eos tradiderunt Odofred. Oldrad. & alij in d. l. bac edictali, quos sequitur Rimini. iun. in consil. 243. num. 28. & seq. Quod verum puto vbi nulla adesset causa ob quam donatione fieri possit, vel vbi aliquo modo excogitari possit, donatum, vel legatum, consobrino, amico viri, vel alio simili, posse cum tempore ad virum peruenire, vel ex eo aliquod commodum sentire, ut tradit Lancell. Gall. ad consuet. Alex. in verbo legare num. 24. vers. at vbi constat fol. 144. cum sola sanguinis coniunctio fraudis suspicionem non inducat l. fin. ff. de his quib. vt indig. alias enim esset telle re liberam potestatem disponedi de eius

bonis ad libitum, & sic contra omne ius, 17 cum in mare quis bona sua ejcere possit, unusquisque enim est rei suæ moderator & arbitrarius l. in re mandata C. mandat.

- 18 Moueor secundo, quia donationem factam liberis nascituris in contractu matrimonij nō puto valere, quia donatarius esse debet in rerū natura, & est impossibile ante nativitatem liberorum: post vero magis impossibile: quia statim nati essent in potestate, quibus per patrem donari non potest l. donationes C. de donat. inter vir. & uxor. l. 1. & 2. C. de inoff. donat. & sic donatio liberis futuris non valet antequam nascantur, quia non sunt donatarij in rerum natura, & multo minus post, quia impedit patria potestas. Et quod donatio filio nascituro nō valeat, probatur in l. absenti vbi DD. ff. de donat. & tradit Io. Fabr. in l. 1. C. de sacr. sanct. eccl. & probatur in cap. Abbatis extra de re iudic. vbi donatum ecclesiæ nondum constructe non valet, donatio enim personam verain, & certam habere debet d. l. absenti cum in stipulationibus inspic i debeat tēpus stipulationis interpositæ l. filius ff. de verbor. obligat.

- 20 Nec mouet, quod & si filij in rerum natura non sint, tamen ex quo sperantur, illa spes sustineat stipulationē, l. interdum l. vbi autem S. illud l. stipulatio ista S. si quis insulam ff. de verbor. oblig. & S. & si quis insit. de inutil. stipul.

- 22 Siquidem iura prædicta loquuntur de spe respectu rei in stipulatione deductæ. Et quicquid etiam teneat respectu spei, quæ versatur circa personas, Purpurat. consil. 153. id tamen procedit in stipulatione notarij, & in donatione facta ab alio quam à patre, ut latè post Bellamer. in consil. 17. col. pen. responderet Surd. in dec. 322. num. 3.

Moueortertio ex ratione, quam ponit Riccard. de Salic. in supracit. consil. scilicet, ex quò, pactum hoc inter personas prohibitas, quamvis titulo dotis per d. l. bac edictali, nullum, & inualidum declaratur, & pro non facto, & non scripto ibi habetur, non potest pater ex pacto nullo, & inualido donationem pro filijs recipere;

22 quoniam vbi quod nullum est, nullum nec proximum, nec remotum producit effectum l. non dubium C. de leg. l. ius gentium §. generaliter ff. de paci. dot. & sic vbi non est substantia non potest esse accidens, nec qualitas Leius qui in prouincia insin. ff. & cert. petat.

Nec militant pro contraria opinione adducta; siquidem quoad primum circa 23 d. S. fin. auth. de nupt. respondetur; vt disponi quidem valide possit inéqualiter in secundi matrimonij filios, tamen immedia- te in eos disponatur, atque directe, secus autem vbi patens alter à coniuge pro eis acquirat, tunc non filiorum, sed ipsius contemplatione factum præsumitur, ita in pū-
cto concludunt Alciat. in l. si post contra-
ctum sub num. 52. ff. de donat. Petr. de Vergn.
in addit. ad Bart. in authent. unde si parens Addent. ad Dec. in consil. 246. Decian. conf.
35. num. 24. lib. 1. Beltrand. conf. 37. nu. 15.
lib. 2. Beltrand. consil. 37. num. 15. lib. 2. &
consil. 186. num. 2. lib. 3. Crauett. consil. 40.
num. 11. Rip. respons. 190. num. 9. Petr. Pech.
de testam. coniug. lib. 2. cap. 7. Dilect. de
art. test. tit. 6. caus. 65. per tot. Capr. conf. 51.
num. 1. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 12.
tit. 33. sub num. 10. Ruin. conf. 112. num. 8.
lib. 1. & consil. 58. num. 9. lib. 3. Laderch.
consil. 147. num. 1. Mastrill. decif. 175. nu.
20. Farinac decif. 121. num. 2. lib. 4. vbi di-
cit hoc habitum fuisse pro absoluto. Can-
cer. lib. 3. var. ref. cap. 15. nu. 339. Tbesaur.
iun. ad eius genitorem in decif. 170. in 3. ad.
dit. Vinc. de Franch. in decif. 435. sub nu. 3.
secutus Ruin. d. consil. 112. Trentacing. lib.
3. var. ref. resolut. 5. sub nu. 34. fol. 348. vers.
secundo casu.

24 Item d. S. fin. procedit in filiis natis, & non nascituri, vt appareat ex d. text.

25 Quoad secundum respondetur quo-
que nam & si extraneus possit valide pro
filiis stipulari: & valida erit donatio, ta-
men hoc erit quia nulla fraus inter extra-
neum, & mulierem consideratur; at vbi id
ageretur cum eius viro, esset secus, nam
inter virum, & vxorem fraus facile præsu-
bitur l. qui testamentum ff. de probat. l. cum
quis decebens S. titia ff. de leg. 3. l. 1. & 3. C.
de bon. que liber. & ratio differentia ea est

27 se potest. In extraneo, quia nihil ei quæ-
ritur, in patre vero quia usus structus ad eū
spectat, l. cum oportet C. de bonisq. liber. Ultra
quod si filii postmodum præmorarentur,
etiam proprietas ei quæreretur Auth. de-
functo ad Tertull. Item in extraneo, quia
quando ipse pro filiis paciscitur, vel sti-
pulatur id profectum nullo modo dici
potest, l. sed si plures S. in arrogato. & S. 1.
inst. per quas pers. nob. acquir. & in patre,
secus quia id vti à patre profectum recte
profectum intelligitur d. iuribus, & l.
cum oportet in princ. C. de bonisq. liber.

In extraneo quia in dubio non præsu-
mitur pacisci, vel stipulari animo donandi
l. cum de indebito ff. de probat. l. pen. ff. de neg.
ges. Sed pater filiis donare præsumitur,
Bart. in l. que dotis ff. solut. matrim. & Ruin.
in consil. 112. num. 8. vers. multum refert.
In patre, quia stipulans pro filiis censetur
stipulasse vti hæredibus, vt diffuse Surd.
in decif. 322. Molses. conf. 2. & Tbesaur. lib.
4 qq. forens. quæst. 2. cum utilius sit patri,
quod stipulatio intelligatur facta vti hæ-
redibus quam vti filiis, quod absque du-
bio id procedere videtur (inquit Surd.
num. 42.) quando filii non essent nati, sed
nascituri extra dictis per Fortun. in l. gal-
lus S. quidem recte num. 59. cum seq. ff. de
lib. & postb. Ger. Moz. consil. 1. num. 83.

Nec obstat Crauett. distinctio Crauett.
inquam in consil. 193. num. 11. quod aut
filii secundi matrimonij non nascuntur, &
eo casu nulla erit donatio, aut nascuntur,
& ratificant, & eo casu valeret, cum eis
acquiratur illa donatio à patre stipulata,
ea ratione, quod sicut mater potest im-
mediate plus relinquere filiis secundi ma-
trimonij, ita censetur quoque, quod hoc
facere posset mediante persona patris
ex d. l. Sulpitius

Siquidem attenta ratione Riccard. de
Salic. superius relata, ex quo ab initio ista
donatio, nulla, & inutilida, & pro non scri-
pta, & non facta habetur, non potest ali-
quo tempore conualidari, cum enim ex
tunc non posset subsisti, quia ab initio ius
resistit sic etiam non potest postmodum
conualidari, deficiunt enim extrema re-
tractionis, ad tradita per Bart. & DD.

dicitur si quis pro captore ff. de rufacap.

Item & secundo respondetur, quia ex contractu prædicto per indirectum videatur patri vsumfructum acquiri, quod per d.l. bac edictali in specie consideratum fuit, in verbis illis, *omni circumscriptione interposta, & non aut glof. in d.l. bac edictali, ibi, si aliquo modo ad patrem non sit reuersum.*

Nec militat *sexi. in d.l. Sulpitius*, siquidem ille procedit vbi id non ex facto patris filijs acquiratur; vel quando pater nihil ex illa largitate acquireret, at cum hoc in casu filij, persona patris mediante acquirunt, certe non potest in dubium reuocari, quin à patre pro eis stipulante, & non à matre donatio profecta sit d. S. in arrogato.

Minus obstat, quod donatio hæc potius ex causa necessaria, quam voluntaria censeatur, & propterea uti talis non debet dispositioni d. l. bac edictali subiacere; nam respondetur, quod hoc non ita absolute procedit, sed vbi mulier absque donatione condignum virum habere non potuerit, vt dicam in questione particulari, at lecus si esset respectu illius viri, tunc enim talis donatio in capitulis matrimonialibus filijs nascituris facta, sub prætextu, quod vir aliter non contraxisset, non suffinetur, tanquam in fraudem, vt in punto censuerunt Giurb. ad Consuet. Meffan. cap. 8. glof. 1. sub num. 1. & Cutell. de donat. contéplat. matrim. discurs. 3. p. 5. n. 3. f. 506. vbi quâplurimos alias coaceruat. & sequitur Matic. de tacit. & ambig. d. sit. 33. n. 10.

33 Nec DD. omnes, qui pro contraria opinione allegantur hoc dicunt, nam incipiendo à Bald. qui fuit auctor huius contrariæ opinionis, & ipse quoque audita determinatione Ricchard. de Salic. in allegato consil. suum postea mutavit consilium, ut in consil. 161. lib. 1. Nec ipse Bald. in d.l. 1. nu. 5. fundatur in bona ratione, dicit enim ipse, quod hoc pactum vallet ex eo, quia pater ut nudus minister interuenit absque alia vsumfructus acquisitione, tanquam illius incapax, qui cum ipsa proprietate consideratur. Hoc etiam verum non est, nam ut dicit Bart. in

in l. eum impuberem S. 1. ff. de fals. ad quem locum se remittit in d. l. 1. C. de inoff. dot. quod per adscriptionem patris filio in protestate factam in aduentitijs vsumfructus non queritur filio, nisi pater in adscribendo dixerit, ita quod ipsi patri non queratur vsumfructus, quò non dicto patri queritur, cuius opinionis etiam fuit Rimini. iun. in conf. 241. num. 43. Rejecta opinione Bald. vt etiam tradita in consil. 243. nu. 43. vol. 3.

Paul. de Castr. in cit. consil. 150. lib. 2. in fine contrarium firmat, scilicet donationem prædictam nullam esse ex acquisitione vsumfructus marito ob quod ipsius persona, & non filiorum contemplata, censetur respondendo multis contrarijs, & signanter d. l. Sulpitius, vbi sufficit ad hoc, vt actus sit nullus, quod aliquid incapacit acquiratur, & sic sex. ille procedit vbi cum effectu nihil ad virum aliquo modo pertinere possit.

Eodemque modo respondet *Fabrin. lib. 3. contr. cap. 66. in fin. scilicet vbi ex illo ministerio nihil commodi vir haberet, aliás esset color quæsus, qui per d.l. expresse prohibitus est, ibi omni circumscriptione interposta.*

Salicet. in d.l. bac edictali q. 8. numer. 7. nihil concludit, ait enim in fin. Hec dixi ut dem materiam latius speculandi, non ut aliquam partem pro nunc approbem, uel reprobem.

Surd. d. consil. 94. num. 69. hoc non dicit, solum enim inquit, quod dos data primo viro non censetur secundo constituta, vbi statutum lucrum dotis viro deferret, ex ex eo, quia obstareret text. d.l. bac edictali; secus vbi statutum deferret filiis secundi matrimonij; nam cum mater possit relicta tamen legitima filijs primi matrimonij omnia sua bona filijs secundi donare, ex S. pen. Auth. de nupt. cessat fraus, & dispositio d.l. bac edictali.

Idem Surd. in consil. 55. num. 14. loquitur vbi pater augeret dotem filiæ, & illud augmentum ex pacto patris ad eius generum perueniret, quod in hoc cessaret dispositio d.l. bac edictali, quia id à patre in augmentatione ab ipso profecto factum es-

se

se videtur, & non ab eius filia, & sic uxore; potest enim quicumque in dote ab eo data ponere legem, quam vult, l. in remandata C. mandat. licet de veritate huius casus dicam in quest. particulari) Surd. inquam in d. nu. 14. licet tangat questionem ut supra positam, scilicet, quod in donatione facta filiis nascituris patre pro eis stipulante, sustineatur, ex eo quod non attenditur persona patris stipulantis, sed filiorum, pro quibus fuit stipulatum; attamen ipse hanc opinionem non firmat, subdit enim, & quicquid sit, cessat in praesenti casu omnis amaritudo, ex quo filiis non acquiritur ex facto matris, sed aui; verba autem illa quicquid sit, suspendunt ea quae supra posita sunt, & sic non firmat illam opinionem.

Gayll. in d. obseruat. 82. numero 10. fundat eius opinionem in consilio Decy 246. qui Dec. in hoc vti falsum asserens reprobatur, vt testantur ibi Addent. & Vinc. de Franch. in d. decis. 435.

Cancer. in d. cap. 15. num. 344. hoc pro absoluto non firmat, nisi in quantum mulier ipsa absque dicto pacto aliter numerere non posset, & sic supponitur respectu mulieris necessaria causa, cuius dictum verum puto vbi absque dicto pacto mulier condignum virum habere non potuisse, vt dicam in quest. particul. aliter eius opinio esset contra dispositionem d. l. bac edictali, ultra quod eius opinio satis dubia est apud Fontanell. de fact. nupt. claus. 4. glos. 9. p. 5. num. 197. in fine vers. reperio, ex traditis per Vincent. de Franch. & Thesaur. ut diximus.

Nec est facienda yis in opinione Regentis de Pont. quia ipse fundatur in opinione Bald. in d. l. num. 19. & in consil. Dec. 246. qui in hoc impugnantur, & reprobantur, tanquam per indirectam fraudem id admittentes, quod est contra d. l. dispositionem, prout sic declarat Boer. ab ipso de Pont. allegatus in decis. 200. qui licet admittat opinionem istam tamen subdit hoc esse vbi recta via, & non in fraudem fieret, quae fraus consideratur, vbi ex illa donatione commodum pater pro filiis stipulatus sentiret, vt alias diximus.

Caffan. in consuet. Burg. d. rubr. 6. §. 1. n. 8. opinionem quoque suam fundat ex d. cōf. Decy 246. quod ab omnibus reprobatur.

Pbanuc. de lucr. dot. glof. 5. num. 47. nihil concludit, solum enim refert cautelam ad. Des. in d. consil. traditam, quam ait à plerisque, quos ipse refert improbari, suam autem non profert sententiam.

35 Vincent. de Franch. in d. decis. 583. loquitur in diuerso casu, imo facit pro nostra opinione, scilicet, quod & si in capitulis matrimonialibus facta fuerat donatio filiis ex secundo matrimonio nascituris, tam quia illa fuerat in morte donantis confirmata, tēpore quo iam erāt nati filij, noluit S. Cons. illis donata conferre titulo donationis in capitulis factæ, sed titulo legati, vt in specie his verbis notauit idē Vinc. de Franch. in d. decis. sub num. 2. dicens fuit pro maiori parte conclusum dictos duca-tos quindecim mille deberi virtute dicti legati. Quæ verba nihil aliud concludunt, nisi quod donatio ab initio nulla fuit: Cū in iure vera sit conclusio, quod si donatū inter viuos legetur in testamento, & dubitatur, an sit noua dispositio, & valeat

36 iure legati, an tantum præcedentis donationis confirmatio; tunc ea adhibetur distinctione, quod aut actus à principio fuit validus, & valida erit donatio, & si morte confirmando, cum importet confirmationem, & non legatum, si vero donatio ab initio fuit nulla, & tunc valet vti legatum, & in ultima voluntate dispositum, ita communiter DD. in l. si quando 112. ff. de leg. 1. vbi Bart. nu. 30. Caffr. num. 5. cum seq. Angel. sub nu. 2. Cuman. num. 3. est text. in l. donationes 25. C. de donat. inter vir. & uxor. Igitur dum S. Cōf. respexit tempus legati, & sic tempus, quo filij iam erant nati, quibus absque patris ministerio immediate legari potest d. §. fin. Auth. de nupt. non est facienda extensio casus d. decis. ad donationem in capitulis factam, quæ tamquam facta amore futuri coniugis, nulla habita fuit.

Estque alia responsio, quod magis suscipiatur de fraude in donatione facta inter viuos, quam in ultima voluntate: Et hoc

hoc non quia d.l.hac edictali locum non habeat in utroque casu, cum utrumque tempus respiciat, ibi. Si vero plus, quam statutum est, aliquid nouerit vel vitrico, relictum, vel donatum, aut datum fuerit & cetera. Sed quia ex donatione in contraria facta patre pro filiis stipulante lex suscipitur de fraude propter interpositam personam, prout inter utrumque casum rationem differentiae tradit Aym.Crauett. in consil. 40. in fin. Alex. & alijs apud Regent. de Pont. in consil. 35. num. 27. vol. I. licet aliqui confundant utrumque casum, ut bene aduertit Gabriel. commun. conclus. tit. de secund. nupt. conclus. 4. num. 57. in med. vers. licet confundant utrumque casum, & in vers. seq. quā quoq; rationis diuersitatē in specie admittit Argel. de acquir. possess. q. 3. art. 18. ant. num. 1006. & eam sequuta fuit Rot. apud Ludouis. in decis. 173. num. 5. & apud Farinac. in decis. 121. num. 2 par. 2. sic demum Lup. de donation. inter virum & uxorem in rubr. §. 30. num. 9. vers. secus tamen cum num. seq. & ante eos Bald. in l. si is qui col. fin. vers. quero hic ff. de vulg. & pupill. substit.

Secundus casus est, vbi patri prohibitus sit utusfructus, & in hoc quoque plures afferunt DD. opiniones, quarum prima est, quod cum patri nihil queratur cessat dispositio d. l. hac edictali, quae non in 38 alio est fundata nisi in commodo coniugum, & sic in eo, quod alter coniux plus quam unus ex primo matrimonio filius habere potuisset, at vbi haec suspicio cesseret dum patet nihil haberet, videretur in casu praedicto dispositionem d. l. hac edictali non militare, vt indistincte concludit Laderch. in cit. conf. 147. col. 3. vers. prima est, & sentit Fachin. lib. 3. controv. cap. 66. in fin.

Secunda opinio est, quod hoc tūc necessariū esset quando pater à matre pro filiis secundi matrimonij acquireret, ex interposita illa patris persona, ob quam constat templatio ipsius argueretur ita in specie tenent Crauett. in consil. 193. num. 11. & latius Ruin. in conf. 112. ex notaris per Bart. in l. Gallus §. quid si tantum ff. de liber. & posthum. quos etiam sequitur Alexand.

Trentacing. in lib. 3. var. resol. res. 5. fol. 347. in fin. vers. primus est col. 2.

Tertia, & contraria est opinio, scilicet, quod ad hoc, vt donatio praedicta non valeat, sufficiat patrem pro filiis stipulasse addito, vel non addito pacto, quod viro 40 ususfructus non queratur, cum pactum hoc nihil ad rem faciat, est enim ratio, nā id quod filius habet, profectum dicitur, siquidem quando pater solum pro filio stipulatur certum est non animo donandi id fecisse, sed in peculium concedendi ita probat text. & ibi Bart. in l. fin. ff. de pecul. leg. animus enim donandi tunc accipi debet vbi pater stipulaas pro filio, passus sit rem tradi filio l. 2. & 3. C. si quis alter. vel sib. & l. si filia C. famil. hercisc. quae ita debent intelligi secundum Bart. qui ita declarat in l. quae dotis ff. sol. matrim. vers. quero ulterius. Igitur quod operatur traditio facta filio permittente patre ad presumendum animum donandi, multo magis debet operari pactum, quod ususfructus non queratur patri, sed sit filii; cum ergo stipulatur pater pro filio animo donandi, & sic capiat filius ex causa donationis, de necessitate infertur quod quicquid habet filius ex huiusmodi pacto dicitur esse profectum, & per consequens censetur prius queritum patri, & per patrem donatum filiis, vt in puncto Corn. cōf. 82. num. 3. vers. nam pro certo volum. 3. & apertius Ruin. conf. 112. num. 5. & 8. vol. I. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 33. sub num. 10. vers. quod locum habet Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. glas. 8. p. 5. nu. 10. ac Gratian. tom. 2. discept. forens. cap. 219. num. 35.

Quarta, & yltima est opinio, scilicet prohibitionem minime necessariam esse, ex quo etiam si dictum non fuerit, ex natura rei censetur patri ususfructus prohibitus ad hoc vt valeat actus, & omnis censes fraudis suspicio, & circumscriptio, ita Bald. in l. 1. sub num. 7. vers. item non obstat C. de inoff. dot. Castr. consil. 150. in fin. lib. 2. in 3. casu Bald. sequutus Dilect. de art. se stād. tit. 6. caus. 65. sub num. 2. vbi solum dicit, efficacius fieri prohibitionē ususfructus, nō quod necessarium Mastrill. hoc idem sent.



sentit in d. decif. 175. nu. 21. ibi, eo magis, & sic argumentatiuè.

42 Et rationes huius vltimæ opinionis ex sunt. Prima, quia actus præsumitur gestus, vt melius de iure valere possit l. si duo vbi Bald. ff. de acquiren. bared. latè Menoch. lib. 6. præsum. 5. & 6. per tot. Secunda, quia secundum Bal. in l. 1. n. 7. C. de ionff. dot. cū pater nō sit capax, vſusfructus accrescit proprietati in beneficium filij.

43 Ego vero in hoc casu, vt meam proferam sententiam, dicerem non esse redendum à tertia opinione, tum ex ratione Riccard. de Salic. superius relata, scilicet, ex quo pactum hoc inter personas prohibitas nullnm, & inualidum, ex dispositione d. l. hac editali declaratur, & pro non scripto habetur, non potest donatio prædicta ex nullo, & inualido pacto suū sortire effectum, nec eam pater pro filiis recipere, nam vbi nullum est, nullum, producit effectum vulgatis iuribus.

44 Tum etiam, quia ex ista sola vſusfructus prohibitione non cessat fraus, & color quæsitus ab ipsa l. hac editali, cum patri prohibita non censeatur commoditas, ob quam ipsius persona, & non filij (eo magis non nati) contemplata præsumitur, vt latius dicam in seq. quest.

45 Tertius casus est, quando non ex patre, nec ex stipulatione patris, sed immediatè filiis nascituris donatur, & in hoc casu plures alij casus distinguendi sunt.

Primus est an donatio conferatur in filios nascituros, nulla tamen contemplata certa persona, cum qua matrimonium contrahendum sit. Secundo, an donatur filiis nascituris ex matrimonio cum certa persona contrahendo contemplatione illius matrimonij. Tertius est; an si post matrimonium contractum largiatur in filios ex eodem matrimonio nascituros.

Quoad primum videtur indubitabilis hæc quæstio, vt scilicet in eo non militet dispositio d. l. hac editali, ex eo, quod cū cesset persona secundi coniugis, cum incerta sit, cessat quoque contemplatio, ex qua omnis fraudis suspicio per interpositam personam oritur, vt in specie nouissimè reassumpsit D. Regens Rouitus in-

decif. 12. num. 16. subdens, sc. in S.C. hunc casum pro indubitato fuisse reputatum.

In secundo vero casu, secus dicendum videtur, quia nulla cauſa respectu filiorum adesse potest non solum meritorum, immo filiationis, cum in non natis nulla esse possit, l. qui filiabus ff. de legat. 1. ob quod omnis affectio retorquetur ad secundum coniugem, vnde totum eius contemplatione gestum esse videtur, vt latè Fortun. in l. Gallus S. quidam recte de liber. & posthum. num. 43. cum sequi. Surdus decif. 322. num. 48. & sequen. & clarius in decif. 324. sub num. 8. vers. tertio responderetur, sic etiam fundat Bardell. conf. 4. nu. 54. & seq. ac Malin. de rit. nup. lib. 3. par. 1. sect. 1. quest. 10. num. 38. sic etiam in specie ante eos Aretin. in l. apud Iulianum, S. si quis alicui in fin. ff. de legat. 1. dicens, quod videtur à patre profectum id, pro quo pater nihil refudit, quando ex forma donationis, vel alio legitimo modo appareret quod patris contemplatione facta sit donatione.

46 Hinc dixerunt DD. quod donatio facta filio contemplatione certi matrimonij reuocari non potest, imo nec à filio retrocedi, vel retrodonari possit, ex eo, quia talis donatio non modo utilitatem ipsius filij, quam ipsorum coniugum respiciat ex traditis per Gui. Pap. decif. 145. num. 2. Natt. conf. 115. num. 2. Roland. à Vall. conf. 44. num. 20. & seq. & conf. 70. num. 3. & 4. volum. 4. Vincen. de Franch. decif. 205. Monter. decif. 10. num. 11. cum seq. vbi ponit differentiam inter donatum contemplatione certi matrimonij, & incerti matrimonij, cum in primo casu dicat non posse per filium retrodonationem fieri, si

47 secundo vero sic, ex eo quia istæ donationes pars, & portio censentur esse ipsius contractus matrimonij, in quo fiunt, & cum toto ipso contractu confunduntur, cum huiusmodi donationes, vt inquit Rol. in d. conf. 70. nu. 3, videatur esse causa finalis matrimonij, & sic valent tanquam pactum conditionatum, cum absq; eis aliter non suislet contractum, vt latè Oldr. in conf. 5. & Alex. conf. 4. vol. 1. Guttier. lib. 2. pp. qq. quest. 65. Fontanell. de patr. nupt.

nupt. claus. 3. glof. 1. num. 13. cum pluribus seq. & Gratiā. tom. 2. discept. foreus. c. 297. num. 1. cum sequen. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. sit. 4. num. 12. cum seq. Thesaur. lib. 4. qq. forens. quæst. 2.

48 Quoad vero tertium idem dicendum est, scilicet patris personam contemplatam esse, cum ex cohabitatione coniugum maior insurgat amor, & sic presumptio, quod alter alteri blandimentis fuerit induitus ad supponendum personam filiorum nasciturorum in fraudem legis, ut tradit etiam D. Regens Rouit. in d. decis. 12. sub nu. 18.

Quartus casus est, ubi esset facta largitas filio in utero existenti, tunc enim non censeretur persona patris contemplata, sed ipsius filij, cum in posthumo cadat ratio filiationis, & sic causa affectionis, ut pulchrè explicat Barto. in d. I. qui filiabus, num. 3.

49 Nec obstat, quod nec meritum, nec demeritum cadat in posthumo, argum. d. l. si quis in suo, C. de inoff. testam. nam hoc erit in posthumo alieno, & non in posthumo suo, ut explicat Bero. quæst. famil. 127. num. 3. ubi inquit ita eum intelligere Bart. in d. l. qui filiabus, ea ratione, ut supra tradita; quia si in posthumo cadit filiatione; ergo affectio, cum sola filiatione sit causa affectionis; l. scripto in fin. C. vnd. liber. l. isti quidem in fin. quod met. caus. vnde eo ipso, quod est filius (subdit ibi Bart. in d. num. 3.) dicitur mereri, nisi de demeritis probetur.

50 Quintus casus est, ubi donatur filiis natus, & nascituris ex illo matrimonio, eo enim casu in fraudem I. hac edictali iudicaretur, ut ex Mastrill. in decis. 175. & ratio ea esse potest, nam & si regulariter datum filio censeatur potius sui ipsius contemplatione, & non patris datum, tamen id fallit, ubi est datum sub commemoratione patris, vel patriæ potestatis; quia tunc patris contemplatione, & non filii datum videtur, l. filiofamilias, ubi DD. ff. de condit. & demonstr. Bart. in d. l. filiofamilias, la. secunda, sic etiam Surd. in decis. 322. num. 47. & seq. subdens hanc opinionem multo magis procedere, quæ-

do datur filiis nondum natis, & ita incognitis, quia ad eos non potest applicari dilectio.

ARGUMENTVM.

Numquid ex prohibitione à matre facta in donatis filiis secundi matrimonij, ne patri quæratur ususfructus, intelligatur quoque prohibita commoditas; & sic dici possit talem donationem in fraudem I. hac edictali non esse factam.

S V M M A R I V M.

- 1 Patriæ potestatis effectus qui sint?
- 2 Prohibito patri ususfructu, an dicatur prohibita commoditas, & administratio, & num. 3.
- 3 Sed contrarium nu. 4. 6. 13. & 24. Affertur cautela num. 7. Sed distingue an à lege, vel ab homine prohibitus sit ususfructus, num. 9.
- 4 Sed intellige nu. 17. Amplia etiam ubi tali esset filio relictus ususfructus. nu. 27.
- 5 Administratio bonorum Aduentitorum filij spectat ad patrem, ratione patriæ potestatis.
- 6 Pater ratione commoditatis, quam habet in bonis filij, erit legitimus administrator.
- 7 Alienatio prohibita est filio, ubi commoditas spectaret ad patrem.
- 8 Pater non dicitur legitimus administrator, ubi prohibitio ususfructus esset facta ob maiorem utilitatem filij.
- 9 L. fin. §. fin autem in secunda etate declaratur.
- 10 Pater quando censeatur usumfructum remisisse irrevocabiliter.
- 11 Patri duplex ius queritur in bonis filij, scilicet, ususfructus, & commoditatis.
- 12 Pater grauatus per fideicommissum filio hereditatem restituere, non modo proprietatem, quam usumfructum restituere tenetur, retenta tamen sibi commoditate.
- 13 Dif-

- 16 *Differentia inter commoditatem, & ipsum usumfructum constituitur.*
- 18 *Pater licet in bonis feudalibus emphyteuticas, & Ecclesiasticis filij nullum habeat usumfructum, tamen eorum retinet commoditatem.*
- 19 *Commoditas, que patri in bonis filij queritur, vendi, hypothecari, & in alium transferri potest.*
- 20 *Ususfructus emolumentum consistit in usu pecuniarum, qui medio tempore durat.*
- 21 *Pater habet commoditatem in bonis filij cum onere vendendi, & fruendi arbitrio boni vi- ri, praevia tamen cautione.*
- 22 *Sed intellige quoad ipsum usumfructum, non autem quoad usum illius ususfructus.*
- 23 *Quoad estimationem fructuum, quodnam tempus inspici debeat consumptio- nis, an vero perceptionis.*
- 24 *Tex. in Authen. matr. vel. au. in princ. decla- ratur.*
- 25 *Glos. in Auth. excipitur, C. de bonis que lib. explicatur.*
- 26 *Doctoris dictum intelligi debet secundum legem, quam allegat.*
- 27 *Patri debetur commoditas, ubi solus ususfructus relinquitur filio, & nu. 39. & 40. Sed contrarium nu. 28.*
- Intellige nu. 35.*
- 29 *Seruitus seruitutis dari non potest.*
- 30 *Ususfructus filio relatus, illo decedente etiam durat; donec vixerit pater.*
- 31 *Duo insolidum possidere non possunt.*
- 32 *Filius viuente patre grauato, alienationes ab eo factas reuocare possunt.*
- 33 *Grauatus restituere aliquam rem intelligi- tur una cum fructibus.*
- 34 *Verbum, restituere, denotat restitutionem rei cum fructibus.*
- 36 *Glos. in Auth. excipitur, in nono casu expli- catur.*
- 37 *Commoditas patris, an morte filij extingua- tur.*
- 28 *Qualitas effe non potest ubi cessat substan- tia.*
- 40 *Dispositio l. cum oportet, & l. fin. C. de bonis que liber. non procedit ubi solus filio re- linquitur ususfructus.*

Q V A E S T I O III.

I Am supra dictum fuit, donationem à matre factam in beneficium filiorum secundi matrimonij, non subiacere dispositioni l. bac editali, quotiescunque patri nihil ex ea queri possit; quod à DD. fuit consideratum procedere, ubi prohibitus esset ususfructus. Modo querimus an hoc sufficiat, ita ut ex illius prohibitione, prohibita quoque videatur commoditas patri debita, an vero de ea specialis requiratur prohibitio; sine qua dici posset donatio in fraudem d. l. bac editali.

1 Verissima est iuris conclusio, inter alios patriæ potestatis effectus, quod pater in bonis aduentitijs filiorum non solum legitimus erit administrator, sed etiam q. ususfructus ei plenè applicetur, vt probatur in l. cum oportet. C. de bonis quoq. liber. & explicat Glos. in §. 1. inst. de patr. potest. exceptis tamen nonnullis casibus enunciatis per glos. in Auth. idem est, C. de bon. quo lib. inter quos enumeratur iste, de quo querimus, scilicet ubi esset prohibitus ususfructus, de quo specialis est casus in Auth. excipitur, C. eod.

2 Ex cuius prohibitione DD. satis inter se contendunt, num in tali casu prohibita quoque sit commoditas.

Cum nonnulli censuerint, non solum prohibitam esse administrationem ex eo, quod debetur ratione ipsius ususfructus, vt habetur in d. l. cum oportet, & expresse notauit Glos. in d. Auth. excipitur, & in l. 1. C. de bon. matern. Authen. vt licet matr. vel. au. in princ. & post eos B art. in l. lis nulla num. 1. ff. de iudic. & in l. fin. §. pupillus. ff. de verbor. obligat. Joseph. Ludouic. decis. 13. nu. 8. Vincen. de Franch. decis. 10. num. 6. Fabr. in suo Codic. tit. de bonis que lib. tit. 33. lib. 6. definit. 5. Mastril. decis. 82. num. 1. & 2. ubi ex Capic. in decis. 73. num. 10. inquit, quod in his, in quibus patri non queritur ususfructus; patris authoritas curatoris defecit non supplet.

3 Sed etiam commoditatem, ex tex. in d. Auth. vt lic. matr. vel. au. in princ. per quem ita determinarunt Rimini. iun. in §. 1. num. 196. & seq. Inst. per quas pers. nob. acq. Salic.

- Salic. in Auth. excipitur, C. de bonis quae liber.*
Rip. in L. cum filio famil. num. 71. licet ipse dubitet in vers. nisi forte, Molin. de primog. cap. 19. num. 33. vbi falsam reputat contrariam opinionem, & sequitur Gabr. conf. 18. Peregr. de fideicom. art. 45. num. 9. vers. limitatur, Gratian. tom. 2. discep. forens. cap. 365. num. 55. & decis. Marchiae 76. num. 21. Regens de Ponte consil. 19. num. 29. & conf. 31. num. 5. vol. 1. Faber in suo Codic. definit. 6. lib. 6. tit. 33. de bon. que lib. Surdus conf. 116. num. 73. Mastrill. decis. 82. num. 5. 6. & seq.
- 4 Alij verò in contrariam deuenerunt opinionem, scilicet patrem ex prohibitione vſusfructus, non solum non priuari legitima administratione, ex l. fin. §. fin autem, C. de bon. que lib. per quem ita in specie voluerunt Vinc. de Franch. in decis. 10. num. 8. Peregr. decis. Patau. 102. in princ. ac Fotanell. de patr. nup. claus. 4. gl. 7. p. 3. n. 28. & seq. licet hoc procedat si pater vellet; vt optimè declarat idem Vinc. de Franch. in d. decis. 10. num. 8. & 10. & sequitur Milan. decis. Sicul. 3. num. 97. lib. 2. ac Fabr. in suo Codic. d. tit. 33. definit. 11. cùm illam patr. ter habeat ratione patriæ potestatis, cuius effectum hunc esse inquit Glos. in §. 1. Institut. de patr. potest. & Asc. Clem. de patr. potest. effect. 12.
- 6 Immo nec commoditate, respectu cuius pater legitimus erit administrator, per sex. in l. plenum, §. si vſusfructus, & l. filio familias. ff. de vſu, & habitas. & videtur esse de mente Glos. in Auth. idem est, in fin. vers. si forte, C. de bon. que liber. prout in puncto firmarunt Angel. Aretin. in §. 1. Institut. per quas pers. nob. acquir. Bart. in l. fin. C. de vſusfr. Bald. in l. 1. num. 7. C. de bon. matern. vbi norandum hoc esse inquit Angel. in l. 1. §. item acquirimus. ff. de acquir. posse. Iaf. in l. cum filio fam. num. 157. & seq. ff. de leg. 1. & ante eum ibi Mol. & Alexan. sic etiam Paris. conf. 157. num. 5. vol. 4. Paul. de Caſtr. conf. 455. num. 7. par. 2. Bursat. consil. 133. num. 31. & seq. lib. 2. communem esse dicit Ruin. conf. 24. num. 8. vol. 5. Rēgens de Ponse conf. 19. num. 28. vol. 1. Loffred. conf. 10. Fab. de Anna conf. 51. num. 8. & seq. Surdus conf. 116. num. 13. & num. 74. vers. Secundo responderetur, Durant. de art. testand. lib. 6. caue. 13. num. 3. Caualc. de vſusfr. mulier. num. 182. cum seq. Molfes. ad consuet. Neap. in add. ad par. 4. quest. 2. num. 12. Alex. Trentacing. lib. 1. var. resol. tit. de pecul. resolute. 5. num. 14. vers. Ego à prima opinione non discederem, Mart. de success. legal. par. 4. q. 1. art. 3. num. 75. Boer. decis. 199. sub num. 8. idem Surd. decis. 142. num. 5. Milan. d. decis. 3. num. 72. cum seq. Gratian. decis. 76. num. 12. Peregrin. decis. Patauin. 102. & ita pro opinione Angel. Aretin. Regium Collatale Consilium tenuisse, testatur Vinc. de Franch. in decis. 161. num. 8. & decis. 10. num. 8.
- 7 vers. præterea, vbi dat cautelam, scilicet expressè prohibendam esse commoditatem, vbi quis illam patri acquireti nollet, ob quam commoditatem, inquit Paris. d. conf. 157. num. 5. vol. 4. filio prohibita est alienatio.
- 9 Multi denique ad distinctiones recurrerunt, quærentes, an à lege, vel ab homine prohibitus sit vſusfructus. Item an ex facto patris, veluti si in poenam ab eo auferatur. Cum in primo casu non censetur prohibita commoditas, in secundo verò, & tertio sic, prout tradunt DD. Pro prima opinione alleg. & signanter Peregr. de fideicommiss. d. art. 45. num. 9. circa fin. cum mitius agatur cum lege, quam cum homine, l. celus, ff. de arbitr. in quam quoq; sententiam deuenit in specie Gabriel conf. 118. num. 13. vol. 1. & Maſtrill. in cit. de 10. decis. 82. num. 6. subdens, id esse etiam, vbi prohibitio vſusfructus esset facta ob maiorem filij utilitatem, & commoditatem, per glos. in d. Auth. excipitur. Et ita intelligunt procedere d. §. fin. autem in secunda estate, scilicet vbi pater ex sua spontanea voluntate filio vſumfructum remittit, vel quando à lege esset prohibitus; secus vbi ab homine, cum eo casu tamquam suspicio interdicitur administratio, & commo-
 11 ditas, per d. Autben. ut lic. matr. vel au. Quamvis opinio illa quoad remissionem vſusfructus factam à patre procedat, vbi pater expressè remiserit vſumfructum, secus si tacite, veluti, quando passus esset filium vti frui dicto vſusfructu, cum eo causa remissus censeretur vſusfructus reuo-

Cabi.

cabiliter tamen, scilicet quo usque platerit patri, ut in specie per d.l.cum oportes S.fin autem concludit post glof. Castr. sibi & Boer. in decis. 196. quicquid aliter de eius dicto sentiat Caualc. de vusufruct. mulier. num. 185. & Surd. de Alim. tit. 9. queſt. 20. num. 22.

13 Verum quicquid sit de hac controvēria, ego discedere non putarem à secunda opinione, quod commoditas, prohibito vusufructu tantum, penes patrem remanere debeat, respectu cuius legitimus erit administrator, per iura in dicta secunda opinione allegata, & propterea donatio a coniuge filiis secundi matrimonij facta cum prohibitione solius vusufructus & non commoditatis in fraudem l. hac editā, iudicatur ex tex. in l. Sulpitius ff. de 14 donat. patri enim in bonis filiis duplex ius queritur, vusufructus, & commoditas, quod colligitur ex d. Aush. velic. matr. v:l au. in verbis illis, *Neque vsumfructum,*, neque quodlibet penitus habeat participium, & ex traditis per Bart. in l. cum filiofamil. sub num. 9. ff. de leg. 1. prout in specie notat Peregrin. in d. decis. Patauin. 102. num. 8. vers. Dico etiam; ex quibus uno sublato non infertur ad amissionem alterius, argum. quod dixit Bald. & Imol. per illum tex. in l. h non lex ff. de bāred. insit.

15 Hinc dixit Surd. in decis. 242. quod pater grauatus per fideicommissum filio hāreditatem restituere, teneatur non tantum proprietatem, verum vsumfructum restituere, retenta sibi commoditate, & sic vnu illorum fructuum, per dictam doctrinam Bart. in d.l. cum filio, vt etiam tradit in conf. 116. sub num. 74. vers. secundo responderetur.

16 Siquidem commoditas satī differr ab ipso vusufructu, illa enim cōsistit in vnu fructuum illius vusufructus, qui non habet amplius prohibitionem, sed efficiuntur bona aduentitia non subiecta alicui oneri, & sic filius habebit bona prædicta, & postea fructus illorum bonorum vti proprietatem aduentitiam, vt latè declarat Caſtr. in d. conf. 4 55. sub num. 7. par. 2. Caualc. de vusufr. mulier. relict. num. 184. Bald. in l. cum oportes col fin. in princ. C. de bon. queſt.

liber. ac in conf. 33. vol. 1. Rot. conf. 71. num. 64. vers. nam fructus vol. 2. Menob. consil. 1022. sub num. 16. volum. 2. (quamvis hoc intelligatur donec filius sit sui iuris, ve tradunt idem Caualc. ac Milanens. & alijs in dicta secunda opinione allegati) sicut dicimus in bonis feudalibus emphyteuticis, ac ecclesiasticis, ex quibus licet patri aliquis vusufructus non acquiratur, tamē 18 commoditas ab eo auferri non potest, vt tradunt Bald. in cap. 2. de fratr. de nou. benef. inuest. & in l. cum oportes col. fin. C. de bonis que liber. ac in l. 1. num. 6. C. qui bon. ced. poss. & in cap. que in ecclesiarum de constit. Ias. in l. cum filiofamil. num. 157. ff. de leg. 1. idem Bald. in d. conf. 33. vol. 1. Rot. conf. 71. num. 64. vers. nam vusufructus vol. 2. Fab. de Anna conf. 51. num. 8. Statil. Pacific. de Saluian. interd. inspect. 3. cap. 2. num. 804. Alex. Trentacing. lib. 1. var. resol. tit. de pecul. resol. 4. sub num. 14. vers. Ego à prima opinione non discederem, Caualc. de vusufruct.

19 d. num. 184. Quæ commoditas vendi, & alienari potest l. necessario S. fin. ff. de pericul. & comm. rei. necessitatis. S. 1. Inst. de vſie, & habitat. l. fin. C. de vusufruct. cum alijs cumulalibis per Fab. de Anna in d. conf. 51. num. 10. & per Couarr. lib. 1. var. resol. cap. 8. sub num. 7. Immo ipsa obligari, & hypothecari, ac etiam in alium transferri, inquit Bart. in l. h is qui vusufructus sub nro. 1. ff. de pignor. Salic. in l. 1. C. si pign. pignor. dat. sit. Negus. de pignor. par. 2. membr. 2. nu. 28. & 48. & in 3. membr. 2. par. num. 41. cum alijs par. Statil. Pacific. inspect. 3. cap. 2. num. 805. dicens, quod virtute dictæ obligationis, & hypothecæ Saluianum à creditore aduersos dictam commoditatē experiri poterit.

20 Hinc dixit Surd. in conf. 575. nn. 2. vol. 4. quod vxor vusufructuaria bonorum mariti, qui conducederat gabellam, seu vectigal potest exigere datium, sed in fine vusufructus, restituere debet quicquid exegerit, cum vusufructus emolumentum consistat in vnu pecuniarum, qui durauit hoc medio tempore, licet dictam commoditatē pater sub onere habere debeat.

21 vtendi, & fruendi arbitrio boni viri, ac illorum pretium, & æstimationem filio, eum

- 26 Cum sui iuris erit restituendi, praevia tam
men cautione, ut inquit Paul. de Castr. in
d. consil. 455. num. 7. Aretin. in d. S. I. sub nu.
5. insit. per quas pers. nob. acquir. ac Cauale,
post infinitos in citato loco num. 179. in fine,
& 182. Alexan. Trentacing. d. resol. 5. in fin.
Franç. Marc. decis. 837. par. 1. num. 2. in fin.
ac Capic. decis. 73. num. 10.
- 22 Quod tamen intellige quoad ipsum
vsumfructum, non autem quo ad ipsam
commoditatem, scilicet quoad fructus
fructum, cum illi spectent ad patrem
absque aliquo onere ratione patriæ potestatis,
ut dicunt Paul. de Castr. in d. consil.
& alij citati DD. ut supra; sic etiam Bar,
in d. l. cum filio famili. num. 9. ff. de leg. I.
- 23 Licet in hoc casu difficultas sit in decer-
nendo, quod tempus quoad aestimatio-
nem inspici debeat, tempus ne consum-
ptionis, an vero perceptionis, de qua
questione pertractat Menoch. de recuper.
posseff. remed. 15. num. 600. & ante eum
Bald. in l. 2. in fin. C. de fruct. & lit. expens. ac
Ivan. Anan. consil. 3. Rot. Roman. decis. 837,
par. 4. in nouiss.
- 24 Nec obstant in contrarium adducta;
si quidem eorum fundamenta deduceta-
sunt, ex Auth. ut lic. matr. vel au. in princip.
in quo tex. eum allegantes animaduertere
vellem, quod ibi non simpliciter dicitur,
quod pater non administret, quando filio
aliquid est relictum sub conditione, quod
pater non habeat in eo vsumfructum; sed
additur quodlibet participium; ibi: *Neque
vsumfructum, neque quodlibet penitus ba-
beat participium.* Quo casu omnes com-
muniter DD. conueniunt, prohibitam es-
se administrationem, & commoditatem,
licet tacite, ob illam generalitatem ver-
borum; & ita possunt conciliari contra-
riæ opiniones, & ita quoque est intelli-
genda glos. in Auth. excipitur. C. de bon. que
liber, dum ibi dicit prohibito vsumfructu, pa-
trem non esse legitimum administratorem;
quod dictum fundavit ex corpore ipsius
Auth. que desumpta est ex d. Auth. ut lic.
matr. vel au. Et propterea debet intelligi
iuxta dispositionem ipsius Authen. ut lic.
- 25 matr. vel auia. Doctoris enim dictum in-
telligi debet secundum legem, quam al-
- légat Bar. in l. non solum §. liberationis ff
de liberat. legat. At securi vbi simpliciter
prohibitum sit vsumfructus; cum eo casu
commoditas vti res diuersa, & separata
ab vsumfructu non comprehendatur, ut
supra dictum est; in quam opinionem in-
clinare videtur Ripa, licet cogitandum
reliquerit in d. l. cum filio nu. 71. vers. forte
h. dixeris ff. de leg. I.
- 27 Et supradicta conclusio ampliatur,
etiam vbi solus vsumfructus filio relicitus
sit, ut ex l. fin. C. de vsumfruct. d. l. plenum S.
quamquam, & l. filio ff. de vsumfruct. & habitat.
prout in specie post longam discussionem
iudicatum refert Pegr. decis. Patau. 102.
- 28 Et quamvis contra hanc ampliationem
multa insurgere possint argumenta, quo-
rum primum desumitur ex glos. in Authen.
idem est in 9. cas. C. de bon. que liber. &
in Auth. ut lic. matr. vel au. in pri. c. vers.
- 29 parentibus, vbi in specie dicitur, quod
vbi filio relicitus sit vsumfructus, patris alius
non queratur vsumfructus; quia seruitus
seruitus dari non potest, l. 1. ff. de vsumfr.
leg.
- 30 Secundum deducitur ex eadem l. fin.
C. de vsumfr. vbi patet, quod pater in hoc
casu vsumfructarius nominatur, atque
vsumfructus ille acquisitus non solum vi-
uente filio, sed etiam post mortem dura-
tur, ut etiam ex illo tex. notat Bald. in
fin. 65. ergo necessario sequitur interim
dum pater viuit, filium non esse vsumfruc-
tarium, alias si diceretur vterque possi-
dere, prout videtur supponere tex. in d. l.
fin. scilicet quod vsumfructus resideat pe-
nes patrem, & filium simul: esset contra
- 31 tex. in l. si duo in princ. ff. vti possit. l. vbi duo
insolidum possidere nequeunt.
- 32 Tertium argumentum est, quod d. l.
plenum S. quamquam cum l. filio, & d. l. fin.
videtur esse correctæ per l. cum oportet,
& l. fin. C. de bon. que liber. prout videtur
innuere glos. in fin. d. l. fin. C. de vsumfruct. ex
capacitate data filio quoad proprietatem,
& vsumfructum, & sic videbatur cessare
causa necessaria commoditatis. Vnde ex
hoc dixit Surd. in decis. 242. quod filij vi-
- 33 uente eorum patre grauato potuerunt
alienationes ab eo factas reuocare una-

cū fructibus, ex eo, q, licet filius per prius non revocabat alienata, nisi erat emancipatus, ex iux. in l. filius familias S. cum pater ff. de legat. primo, tamen hoc erat secundum iura antiqua, ex quibus dispositum erat, quod quicquid acquirebatur per filium, siue profectum, siue aduentitium erat, patri quererebatur l. placet, vbi glos. & DD. ff. de acquir. hered. at secundum iura nova patri tantum queritur vsusfructus ex bonis aduentitijs, vbi non esset prohibitus l. cum oportet C. de bonis que liber. quod est vbi pater grauatus erit 33 restituere filio; cum eo casu non tantum rem, quam vsumfructum restituere tenetur; ex huiusmodi enim grauamine, vsusfructus prohibitus esse videtur l. videamus S. Fauiana ff. de usur. vbi quando quis grauatur restituere aliquam rem alicui, tenetur non modo proprietatem, sed etiam vsumfructum restituere, ratione verbi re- 34 stituere, ut etiam tradit Cuman. in d.l. cum filio ff. de leg. i. & latè sequutus fuit idem Surd. in conf. i 16.

35 Siquidem, quoad primum respondeatur, cum glos. in d.S. quamquam; scilicet filium in hoc casu dici vsufructuarium formalem, patrem vero actualem, hoc est, pater quoad effectum, filius vero quoad titulum; qua etiam ratione respondetur secundo argumento, vbi licet pater dicatur vsufructarius; tamen non tollitur, quin etiam filius vsufructarius dicatur; nam hoc casu cum relinquatur vsusfructus filio, tunc in eo concurrit pater, & filius, scilicet filius quoad titulum, pater quoad effectum capie vsum illius vsusfructus eo viuente, vt etiam in specie tradit Alex. post Cin. Barto. & glos. d. l. plenum S. quamquam in l. possessio post med. ff. de acquir. poss. subdens, hanc esse veritatem, & sequitur Bald. in l. fin. num. 3. C. de usufruct. Hinc dicit Bald. Nouell. in d.l. cum filio num. 41. ff. de legat. i. filium nudo nomine esse vsufructuarium, quem in specie sequitur Fab. de Anna in d. conf. 51. nu. 12.

36 Et glos. in d. Autb. excipitur, licet ibi in nono casu dicat, quod patri aliis vsusfructus ex vsufructu filio reliquo non queratur; tamen post decimum casum subdit;

Vel forte pater hoc casu habet commoditatem fructuum; & sic videtur dicere; quod hoc casu commoditas queratur patri. Nec obstat, quod hoc post decimum casum dicat; siquidem Cyn. Angel. & Salices ibi referunt dictam glos. ad nonum, & non ad ultimum proximum casum, quod etiam sequitur Gabriel. in conf. 192. num. 24. & in hanc opinionem deuenit Boer. in decisio. 199. sub num. 8. vers. quamuis in casibus; sic etiam Alex. in d.l. possessio ff. de acquir. possessio. & explicat glos. in l. 3. S. S. filio, secundum communem traditionem DD. ff. commod. idem sensit Petr. de Rauend. in sing. 792. ac Bart. in l. fin. C. de usufr.

37 Et circa illud, quod dictum est de d. l. fin. C. de usufr. scilicet morte filij commoditatem respectu patris superuientis non extingui, non tam quod ibi Castr. ac Bald. in d.l. cum oportet col. fin. in princ. C. de bon. que lib. quos sequitur Pinell. de bon. mater. l. i. par. i. num. 41. dicunt, hoc limitari quotiescumque vsusfructus consisteret in persona filij; licet enim pater haberet commoditatē, tamen per mortem filij illa cesaret; cum qualitas non possit esse vbi cessat substātia, arg. l. si quis domum S. & huic, & l. lex vecigalis ff. de pignor. quod singulare reputat Surd. de aliment. tit. 9. quast. 20. in fin. Sed hoc esset contra dictam legem, quae satis aperte contrarium disponit, nisi velis distinguere cum glos. ibi in d.l. fin. referente nonnullas distinctiones, de quarum veritate videndus est Bar. ibi, ac Peregr. in d. decis. Patauin. 102.

38 Nec obstat tertium, & ultimum argumentum, cum ei satis responsum sit à Peregr. in d. decis. Patauin. 102. num. 8. & seq. ex traditis per Alberic. & Salicet. in d.l. fin. ex quo l. cum oportet cum l. fin. C. de bonis que liber. loquuntur, vbi filio relinquitur proprietas; & vsusfructus, non autem vbi solus vsusfructus; & tuendo hanc opinionem, subdit sic fuisse iudicatum, scilicet patrem non primari commoditate.

ARGUMENTVM.

Si ex donatione facta filiis secundi matrimonij, ususfructus queratur patri; an ille solus veniat ex dispositione dictæ l. hac edictali retrahendus; an vero una cum rata proprietatis.

S V M M A R I V M .

1 *Vsusfructus vbi ex donatione filio facta queritur patri, an ille solus veniat retrahendus ex dispositione l. hac edictali, an vero una cum rata proprietatis, & num. 6.7. & 23.*

2 *Pœna non debet excedere modum delicti.*

3 *Institutio facta nepoti ex filio spurio, non corruit respectu ususfructus patri relictæ loco alimentorum, licet ipse retrahetur ususfructus.*

Amplia quamvis filij spurij contemplatione nepos esset institutus. nu. 4.

Sed contrarium nu. 5.

6 *Datum patri, ut post mortem filij restituat, donatio non evanescit, si aliquod medio tempore emolumenium patri non queritur.*

8 *Spurius nec directè, nec per obliquum capere potest.*

9 *Institutio facta nepoti ex filio spurio, quare non evanescit.*

10 *Vitricus vel nouerca, nec directè, nec per obliquum capere possunt. Contrarium num. II.*

12 *Incapax non potest acquirere, sed aperie viam venientibus ab intestato. Secus indigno.*

14 *Vsusfructus solus ex bonis aduentijs hodie patri queritur.*

15 *Fraus per l. hac edictali considerata, ex acquisitione iudicatur.*

19 *Fideicomissum factum à testatore respi- ciens fratris commodum, facit illum fidicomissarium, licet non sit nominatus in testamento.*

17 *Contemplatio inducitur ex acquisitione.*

18 *Vsusfructus, qui ex donatione à matre filio*

facta patri queritur, ab ipsa matre provenisse censemur, & non ex legis dispositione.

19 *Concedere dicitur ille, qui non ademit, cum poterat adimere.*

20 *Prohibitus in certam personam alienare, tenetur non tantum in eam non alienare, quam etiam operam dare, nè aliquo modo, vel via ad ipsam perueniet alienatio.*

Amplia sive mediate, sive immediata ex actu perueniatur alienatio, nu. 21.

Amplia etiam si ex iuriis necessitate deinde sequatur alienatio, nu. 23.

22 *Omne causatum referri debet ad principium. quod est ipsius causa.*

24 *Lex non fauet ijs, qui in necessitatibus se constituunt.*

25 *Lucrum dotis à statuto viro delatum, non tam à lege, quam ab ipso coniuge prouenisse censemur.*

Q V A E S T I O . I V .

1 **E**X supradictis querendo, numquid, vbi solus ususfructus, vel commoditas ex donatione filiis secundi matrimonij facta, patri queratur; ille solus veniat ex dispositione d. l. hac edictali retrahendus; an verò una cum rata proprietatis.

Pro cuius resolutione videtur dicendum, illud solum applicari filiis primi matrimonij ex dispositione l. hac edictali, quod fuit relatum, datum, vel donatum vitrico, vel nouercæ tantum; & sic, quod defertur ultra relatum filiis primi matrimonij, at cum proprietas non sit data, nec donata vitrico, sed filiis secundi matrimonij, quamvis ex illa solus ususfructus patri queratur, non debet in odium filiorum secundi matrimonij, filiis ex primo applicari. Pœna enim non debet excedere modum delicti l. rescriptū ff. de bis quib. ut indigno. l. Paul. ff. ad l. Falcid.

3 *Quæ conclusio videtur posse fundari in auctoritate Bart. in l. Gallus. §. quid si ss in 3. casu ff. de liber. & posthum. vbi institutio facta nepoti ex filio spurio, licet ususfructus relictus sit patri loco alimentorum; respectu incapacitatis patris, quo ad proprietatem non corruit, sed sim-*

C 3 plex

- plex vsusfructus, qui remanet penes proprietarium; deducta tamen concurrenti quantitate pro alimentis ipsius filij spurij, prout tenuerunt ibi Soccin. Ias. & alij, ac Paleot. de Not. & Spur. quest. 53. & hanc esse communem inquit Peregr. de iur. fisc. lib. 3. tit. 18. num. 51. & ita fuisse decisum per Sacr. Consil. nemine discrepante testatur Vincent. de Franch. in deciso. 27.
- 4 num. 7. subdens hoc procedere, etiam vbi filij spurij contemplatione datum fuisset nepoti, cum illa contemplatio vti causa remota, non sit sufficiens ad annullandum dispositionem, ad tradita per eundem Barto. ibi, licet Menoch. de presump. lib. 4. presump. 96. num. 28. &c seq.
- 5 dicat, fraudem præsumi ex relicto spurio facto ultra quantitatem alimentorum, ex doctrina eiusdem Bart. in l. fin. num. 7. ff. de his quib. vt indign.
- 6 Sed in contrarium facit tex. in l. Sulpitius. ff. de donat. inter vir. & uxor. vbi quæstio prædicta videtur decidi, scilicet, quod datum patri, vt post mortem restituat filiis; si aliquod emolumētū hoc medio tempore pater acquirat, donatio in totum euanescit; & sic voluit ibi I.C. q. ad hoc, vt actus dicatur nullus, sufficit, quod uxor voluerit aliquid incapaci acquire, ex eo, quia id contemplatione secundi viri factum esse censetur; vt in specie consideravit Paul. de Castr. in cons. 150. in fin. vsl. 2. in nouiss.
- 7 Nec mouet, quod poena non debet exceedere modum delicti, & sic non debet exceedere vsumfructum, ob quem delictum, & poena committitur; siquidem excessus non est in vsumfructu solo, sed in proprietate, vti in re indiuidua, cuius respectu vsusfructus percipitur; idcirco illa proprietas, vti contra legis prohibitionem ob talem vsumfructum destinata applicari debet filiis primi matrimonij, vt in puncto considerauit Surd. consil. 250. num. 36. vers. & quod dicitur.
- 8 Neque obstat traditio Barto. de filio spurio; ille enim loquitur in diuerso casu, scilicet in filio, cui vsusfructus bonorum aduentitorum non queritur, nam spurius nec directe, nec per obliquum capere po-

test, l. queritur ff. de bon. libert. vbi si pater excluditur ob suam culpam à bonis, vel à successione alicuius; non potest per obliquum admitti ex persona filij, vt etiam habetur in l. 1. C. de natur. liber. l. 6. is qui ff. de vulgar. & pupillar. subst. Et propterea institutio nepoti facta non corruit ex 9 incapacitate filij spurij, cum ob eius impotentiam, & incapacitatem, vsusfructus, qui aliter patri quereretur, remaneat penes proprietariū sīm cōmunem regulam S. fin. inflit. de vsumfr. l. corruptionem in fin. C. de vsumfruc. vt in specie tradit Barto. in d. S. quid si is, vbi Ias. col. fin. & alij, idem Barto. in cons. 118. num. 2. in fin. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. num. 71. & seq. Paleott. de noth. & Spur. cap. 53. nu. 7. Alex. Trentacing. lib. 1. var. resol. tit. de noth. & spur. resol. 2. num. 27. cum seq. Surd. de aliment. tit. 5. quest. 7. num. 29. & decisum refert Vinc. de Franch. n. decif. 27. n. 7. Peregr. de iure fisc. lib. 3. tit. 18. num. 51. idem Surd. cons. 177. num. 5. At secus si patri spurio vsusfructus quereretur cum ratione ipsius acquisitionis dicaretur contemplata persona filij spurij; & sic institutio nepoti vti causa fraudandæ legis facta, nulla redderetur, vt sentiunt idem Bart. & alij citati DD. Dec. consil. 462. num. 19. Pinell. de bonis mater. leg. 3. num. 22. Alex. cons. 88. & 158. volum. 7. Aym. cons. 184. Bald. cons. 46. lib. 1. Menoch. de presump. lib. 4. presump. 96. num. 24. Et rationem diuersitatis in uno, & altero casu bene considerauit, licet implicitè Bart. in d. cons. 118. vers. sed secundum hoc, & vers. in contrarium videtur.

10 Et licet posset replicari, quod non potest in hoc casu dari diuersitas rationis, nam si spurius, nec directe, nec per obliquum aliquid ex paternis bonis acquirere possit; & tamen institutio non corruit, immo vsusfructus, qui aliter ex patria porestate patri quereretur, penes institutum remaneret; ita & pariter erit dicendum de vitrico, cui prohibitum est, tam directe, quam per obliquum aliquid, ultra portionem vni ex filiis primi matrimonij tangentem habere, vt ex l. hac editali, ibi per interpositam personam; ergo dona-

donatio facta filio secundi matrimonij, non debet irritari respectu proprietatis, sed solum respectu simplicis vſusfructus.
 11 Si quidem respondetur, vitricum non ita in hoc casu iudicari debere, sicut spuriū; nam ideo relictum nepoti ex spurio contemplatione ipsius spuriū non redditur nullum, quia spurius incapax est, & incapacis proprium est dominium non acquirere, sed tollere se de medio, & viam aperire venientibus ab intestato, ac si cum effectu non esset; quicquid sit in indigno. At de vitrico non est ita dicendum, quoniam incapax non est, potest enim vxor ei donare, vel relinquere in ultima voluntate, vel inter viuos praevio iuramento, iuxta communem DD. traditionem, de qua latè diximus in addit. ad Surd. in decis. 154. Sed quia existentibus filiis primi matrimonij interdictum est vxori dare, vel donare plus secundo viro; etiam per interpositam personam, quam filiis primi matrimonij, vt d.l. bac edictali: & hoc tam propter amorem, quem gerere presumitur erga secundum virū d.l. lex quætutores C. de adm. tut. quam propter iniuriam, quæ filiis primi matrimonij ex hoc infertur, in compensationē cuius d. l. bac edictali auocat illud plus, quod dicto vitrico fuit relictum, & donatum, & applicat dictis liberis primi matrimonij, idcirco donatum filio secundi matrimonij, dicitur quoque donatum patri, vbi ex eo aliquid commodi patri queritur, & sic vti caussa fraudandæ legis factum annullatur.

Et quamvis dici possit, l. Sulpitius loqui, vbi expressè esset datum patri; & sic extrà quæstionem nostram, in qua nec tacite, nec expressè videtur patri datum; cum & si vſusfructus, ex donatione filiis facta patri queratur; hoc est legis auctoritate, & non ex vxoris donantis voluntate, cum in bonis aduentitijs homine patris non queratur, nisi solus vſusfructus, ad tex. in l. cum oportet C. de bonis que liber. atque ideo non debeat talis donatio vti in fraudem iudicari.

Tamen respondetur hoc expressè fuisse per d.l. bac edictali cōsideratum, & pro-

hibitum; ex illis verbis (*omni circumscriptione per interpositam personam remota*) ex quibus elicitur enixa mens Imperatoris, quòd ad hoc, vt datum, relictum, vel donatum iudicetur contra ipsius dispositionem; de qua in d.l. bac edictali, sufficit, vt ex eo relichto, dato, vel donato aliquid commodi vitrico, vel nouerçæ acquiratur; vt optimè declarat glos. in d. S. optimè in verbo *Per suppositas*, cum ex illa acquisitione dicatur, ac si expreſſè fuisset illis datum, ad tex. in l. fideicomissa. S. interdā. ff. de leg. 3. vbi inquit ibi I. C. quod fideicommissum factum à testatorè, respiciēs commodum fratri facit illum fideicommissarium, quamvis non nominatum in testamento; per quem tex. sic firmiter cōcludunt DD. quòd tam in contractibus, quam in quibuscumque alijs dispositiōnibus, numquam attenditur persona, quæ in eis nominatur, & cui aliquid conceditur, sed quæ habet commodum, & incom modum negotij gesti, tamquam in eo contemplata; ob quam cōtemplationem omnes actiones, tam actiuae, quam passiuæ in ipsam diriguntur, non sc̄us, ac si cū ea omnia gesta fuissent; prout Ias. in l. si cui legetur num. 3. ff. de leg. 1. Dec. cons. 407. num. 9. Mantic. de coniectur. vltim. volunta. lib. 8. sit. 4. num. 7. & mult. seq. Mandel. cōf. 404. num. 4. & seq. lib. 3. & consil. 658. nu. 6. Aym. Crayett. consil. 91. num. 6. & 11. Surd. consil. 140. num. 16. lib. 1. & decis. 291. num. 3.

18 Nec mouet, quòd ex iuris dispositiōne patri vſusfructus queratur, quoniam non per hoc sequitur, quod non dicatur relictus à matre, ex facto cuius patri vſusfructus queritur; ille enim ydetur concedere, qui non ademit, cum posset adiungere l. cum filio in princ. ff. de leg. 1. & ibi nō tant omnes, præcipue Bald. nouell. nu. 4. nam, cūm per d.l. bac edictali prohibitum sit, non posse plus vitrico conferre, quam vni ex filiis primi matrimonij; debebat mater, vel non donare filiis secundi matrimonij, vel patri acquisitionem vſusfructus prohibere, Auth. excipitur C. de bonis que liber. per quem tex. inquit Alex. in l. cum filio num. 24. in fin. ff. de leg. 1. quòd ad hoc,

19c, ut patri ususfructus non queratur, necesse est, ut expressè prohibeatur. At 20 prohibitus in certam personam alienare, tenetur non tantum in eam non alienare, quam etiam operam dare, ne aliquo modo, vel via ad ipsam perueniat alienatio. *I. si ita quis, la seconda. S. ea lege ff. de verbor. oblig. quam pro singulari notat Bald. in I. quoties, la prima, C. de fideicomm.* Et hoc, 21 siue mediate, siue immediate ex actu perueniatur ad alienationē, ex *Ias. in l. 2. col. 6. ff. de vulg. & pupill. Crauett. conf. 137. num. 12 Cephal. conf. 175. num. 8. lib. 2. ex 22 eo, quod omne caussatum referri debet ad principium, quod est ipsius caussæ, *Ias. in l. quominus num. 17. ff. de flumin. quicquid enim est causa caussæ, est causa caussati, Bart. in l. 4. S. aetor num. 2. ff. de 23 re iudic. quod extendunt DD. etiam si ex iuris necessitate sequatur alienatio, cum inspiciendum sit, quod à principio voluntatis sit, quamvis exinde sequatur necel- 24 sitas; nam lex non fauet iis, qui in necessitatibus se constituunt, *l. si fideiſſor, S. si neceſſaria. ff. qua ſatiſd. cogan.***

25 Hinc dixit *Rol. de lucr. dot. queſt. 86. nu. 4. & seq.* quod licet statutum deferat lucrum dotis secundo viro, tamen illud non à statuto, & sic à lege viro prouenisse videtur, quam ab vxore, tacita eius voluntate, quia, cum posset facere pactum contra formam statuti, & non fecerit, videtur consensisse lucro; & hanc esse magis communem opinionem testatur *Surd. in conf. 91. num. 5.*

ARGUMENTVM.

Numquid pactum factum cum secundo viro de lucranda dote, existentibus filijs ex primo matrimonio, dicatur in fraudem legis hac edictali,

S V M M A R I V M.

- 1 *Dos est patrimonium mulieris.*
- 2 *Bona dotalia alienandi causa iusta, & necesse*

- faria est, ut nuptia vivat.*
- 3 *Dispositio l. bac edictali cessat in alienationa facta in secundum virum ex causa necessaria.*
 - 4 *Mulier omnia bona dotem dare potest, etiam si liberos habet.*
 - Amplia quamvis in contractu primi matrimonij donauerit dotem filiis ex illo matrimonio procreandis, nu. 20.*
 - 5 *Ad hoc ut dispositio l. bac edictali locum habeat tempus mortis inspiciendum est.*
 - 6 *Filijs primi matrimonij cautionem à matre secundo nubente de seruanda dote petere nequeunt.*
 - Amplia etiam stante statuto, ut mater de dotibus in praividicium filiorum, disponere non possit, nu. 13. & 14.*
 - 7 *Quis plus se ipsum, quam filios diligere tenetur.*
 - 8 *Actus prohibitus non dicitur ubi fuit permisus, quamvis deinde ex illo perueniatur ad actum, prohibitum.*
 - 9 *Donatio facta à muliere secundo nubente filijs nascituris ex secundo matrimonio sustinetur, ubi absque ea, matrimonium non fuisset contractum.*
 - Sed intellige nu. 10. & n. 32.*
 - 11 *Statutum deferens dote secundo viro, etiam statibus filijs primi matrimonij validum est, quamvis tollat legitimam.*
 - Sed contrarium nu. 24.*
 - 12 *Argumentum de pacto ad statutum validum est.*
 - Contrarium nu. 25.*
 - 15 *Legitima filijs viuente matre non debetur.*
 - 16 *Amplia, ut nec spes in vita parentum consideratur.*
 - 17 *Mulier secundo nubens potest in filiorum praividicium conditionem quam velit dotti adiçere, & nu. 20.*
 - 18 *Fraus, quae ex futuro euentu declarari possit, non est in consideratione.*
 - Intellige nu. 31.*
 - 19 *Minor non dicitur lesas, ubi ex futuro euentu potest vel ne succedere damnum.*
 - Intellige nu. 31.*
 - 21 *Mulier effecta vidua potest de eius dote liberè disponere in praividicium filiorum primi matrimonij, etiam ubi dos ei fuerit data, cum condizione, quod illa morua*

Q V A E S T I O V.

- sua faccedant filij quibus quandocumque defunctus substitutus a dotante sit aliquis.*
- 22 *Pactum factum cum secundo viro de lucranda dote non valeat ut in fraudem l. bac edictali.*
- Intellige cum distinctione nu. 32. & 39.*
Limita in extraneo dotante, nu. 41.
Et quid in patre, num. 42.
- 23 *Mulier non debet ita contractum dotis celebrare; ut ex eo sequatur alienatio in fraudem l. bac edictali.*
- 26 *Mulier si primo loco iuxta consuetudinem contraxerit, non potest deinde in praeiudicium filiorum secundo nubendo aliter contrahere, & num. 30.*
- 27 *L. bac edictali per consuetudin. Neap. non est correcta.*
- 28 *Nouem partes per nostram consuetudinem ex dotibus maternis filiis reseruata sunt ipsa legitima.*
- 29 *Mulier & si in vita de eius dose disponere possit, tamen hoc erit ubi cessaret fraus.*
- 30 *Fraus dicitur ubi mulier secundo nubendo contra formam traditam in primis capitulis contraxerit.*
- 33 *Actus ex necessitate factus non comprehenditur sub lege actum fieri prohibente.*
- 34 *Vidua maxima cum difficultate virum inuenire solent ob onus liberorum.*
- 35 *L. per diuersas, & l. ab anaſtaſio C. mādati. Limitatur ubi quis parte non fuisset empturus, nisi de alia parte sibi donatio facta non fuisset.*
- 36 *Dispositio l. bac edictali locum non habet in donatione ob cauffam.*
- 37 *Filius tenetur matrem secundo nubentem dotare.*
- 38 *Filio quando non succurritur per querelam inofficioſa d. tis, aduersus matrem secundo nubentem.*
- 40 *Restitutio in integrum etiam heredibus mulieris aduersus pactum factum cum secundo viro de lucranda dote conceditur, quando cum nobiliori, & ditioni, & minori quantitate matrimonium contrahi potuisse.*

Pactum prædictum in fraudem l. bac edictali non dici; ex infrascriptis demonstratur; Primum mulier liberè de suis dotibus inter viuos disponere potest, cū dos sit proprium mulieris patrimonium, l. denique. §. sed virum vers. ergo etiam filiā ff. de minor. l. in rebus C. de iur. dot. l. Pomponius Philadelphus. ff. famil. ercifc. Maximè quando disponit ob cauffam, prout est 2 hæc, vt virum inueniat; quæ iusta, & necessaria dicitur, vt tradunt Vinc. de Fräch. in decis. 435. n. 16. Io. Franc. de Pont. cons. 9. num. 16. & 17. vol. 1. Surd. consil. 91. nu. 24. quod etiam ante eos tradiderunt Caſtrenſ. in l. unica colum. 1. ad fin. vers. idem si sine pacto num. 4. C. de inoffic. dot. Rolan. de lucr. dot. quæſt. 24. num. 7. & 8. Phanus. eod. tract. gloſ. 5. vers. si sine liberis num. 25. & seq. Menoch. consil. 4. num. 13. & 14. Deccian. consil. 6. num. 13. Nec dicitur, quod ex hoc filijs fraus fiat: tum quia in necessaria cauſa ceſſat dispositio l. bac edictali, vt de alienatione in secundum virum facta, in specie tradit Bald. consil. 495. vol. 3. Paris. consil. 91. col. pen. volum. 3. ac Roman. consil. 219. in 2. dub. tum etiam, quia, in eius vita nihil filijs de dote debetur l. 1. §. si impuberi. ff. de collat. bonor. nam mulier potest omnia bona sua in dotem dare, etiam si liberos habeat. l. nulla C. de iur. dot. Hinc voluit Imperator in §. quia vero haſtenus, & §. huic obſeruationi, Auth. de nupt. quod inspici debeat tempus mortis parentis, vt sciatur, an factum sit contra formam l. bac edictali. Et propterea Surd. in decis. 279. inquit, quod non possunt filij primi matrimonij, matre ad secundas nuptias conuolante, cautionem de seruanda dote petere, subdens sic ibi Senatum decreuisse; prout etiam 6 determinauit Regium Collaterale Consilium ad relationem Sacri Regij Consilij, vt retuli in addit. ad dictam decis. Surd. 279. quod sequitur Giurb. in cōſuet. Mess. c. 8. glo. 1. par. 1. n. 13. Et sic filij primi matrimonii non possunt conqueri; ipsa enim sibi prospexit se ipsam dotando; quia alias maritum non inuenisset, & se plus quam

quam filios tenetur diligere, *l. preses C. de seruit. & aqu.* Vnde faciendo actum licitum, & permisum; quamuis postea ex illo perueniatur ad id, quod erat prohibatum, scilicet in fraudem liberorum, hoc tolleratur propter connexionem cum actu permisso, *argum. l. is qui ff. de liber. leg. l. propter iniuriam ff. de bared. instit.* & ita in punto voluit *Cancer. lib. 3. var. resolut. cap. 2. num. 197. & cap. 15. num. 344.* dicens, donationem factam à muliere in beneficium filiorum ex secundo matrimonio procreandorum validam fuisse per Senatum declaratam, ex eo, quia principalius propter suum commodum facta censetur; scilicet, ut matrimonium contrahatur, sine qua aliter non esset contractum; & ad hoc allegat elegantem distinctionem *Bart. in l. s. mibi, & Titio num. 3. ff. de leg. 1. dicentis, an quis faciat in fraudē, & præiudicium alterius directe, & ad favorem tertij sine eius proprio commendo, & tunc, talem fraudem non debere admitti, securus si faciat in fraudē alterius, ob suam tamen utilitatem, nam tunc talem fraudem admitti, testatur.*

Pro cuius comprobatione facit illa communis, ac recepta *DD. sententia, quod statutum deferens dotem secundo viro, etiam stantibus filiis primi matrimonij, validum sit; quamuis tollat legitimā; cum etiam illa possit tolli, stante causa favorabili, ut viduæ virum inueniant, quod ultra supradictos DD. voluerunt Cyn. in l. *sancimus C. de nupt. Dec. consil. 19. col. 4. in fin. vers. & in tantum ista conclusio num. 5. & 6. Rol. consil. 62. num. 27. lib. 3. Bero. consil. 40. num. 5. vol. 2. & quest. famil. 119.* idque omnes sentire, ait *Phanuc. de lucr. dot. glos. 5. num. 33.* qui alias allegat *Surd. consil. 91. in fin. & consil. 401. num. 18. & seq. ac Mart. de success. legal. p. 3. q. 11. art. 2. num. 1. Giurb. in consuet. Messan. c. 8. 12 glos. 1. par. 1. num. 9.* Et tamen verum est, valere argumentum de pacto ad statutum *l. fin. ubi D. C. de fidei usq. l. non impossibile ff. de pact. glos. in l. non solum §. fin. ff. de nou. oper. enunc. Euerar. loco 89. a pacto ad statutum:* Quamuis de veritate huius questionis latius infra dicemus.*

*13 Immo in fortioribus procedit hæc conclusio, cum etiam supposito statuto, quod stantibus filijs mater de suis dotibus disponere non posset, & ipsa sic cum primo contraxerit; adhuc secundò se nuptiis tradendo, non videtur hoc pactum in fraudem facere; nec filij primi matrimonij in hoc possunt contradicere; ut ultra adducta per *Surd. in d. decis. 279.* sic in specie ibi tradidi in addit. ex doctrina *Napoda. in consuet. si qua moriens in verbo Relinquare num. 6. & 7. dicentis (Supposita nostra cōsuetudine, quæ idem disponit;)* matrem posse facere pactum cum secundo viro de lucranda dote, cum hoc non fiat in ultima voluntate, sed inter viuos; quod etiam voluit *Consil. de Georg. alleg. 26. num. 18. Fab. de Anna in cons. 79. nu. 3. & seq.* nam non tenet consequentia; habet frenum in disponendo, ergo non est domina, ex pacto enim ciuium propter sexus fragilitatem est restricta disponendi facultas, non autem sublatum ius, & dominiū, quod habet rei dotalis, exemplo feudatarij, qui habet utile dominium, & tamen ex eo non disponit sine directi domini consensu, ut in *cap. 1. de prohib. feud. alien.* per *Federic.* Et hoc procedit, quamvis deinde sequatur dispositio, cū illa non sumat naturam ultimæ dispositionis, sed contractus, ut decisum iunctis aulis per Sacrum Cons. refert *Regens de Pont. in cons. 35. volum. 1.* quicquid in contrarium dixerit *Fab. de Anna in dicto cons. 79.* eo magis cum iusta dicatur causa, ob quam conceditur etiam libera facultas alienandi suas dotes, mulieri secundo nubenti; ut *ex consuetud.* Et si mulier, vbi Neap. concedit alienationem in quatuor casibus, inter quos enumeratur iste, de quo queritur hic, scilicet, ut nuptia viuat.*

*14 Nec obstat, quod filijs primi matrimonij in hoc casu esset ius quæsumum. Si quidem intelligitur de eo, quod superest in casu mortis, cum in illo tempore prohibitio consideretur, ut bene sentiunt *Vinc. de Franch. Georg. & Fab. de Anna. citatis locis.* Et hoc etiam quoad legitimā,*

15 cum illa viuente matre non debeatur l.

1. *S. simuberi ff. de collat. honor. vbi Barto.*
 16 dicit, quod nec etiam spes legitimæ in
 17 vita parentum consideratur. Immo est
sex. expressus in l. 2. C. de donat. caus. mort.
 vbi potest mulier secundo nubendo in
 præiudicium filiorum, quam velit condi-
 tionem eidem doti adiucere.

18 Vlterius, ex hoc pacto fraus filiorum
 primi matrimonij considerari non po-
 test; illa enim ex futuro euentu declaran-
 da veniret, qui euentus poterit esse talis,
 quod per ipsum non erunt fraudati; cum
 possit mulier viro superiuere; vt in spe-
 cie id consideratur à *Paul. de Caſtr. in conf.*
92. col. 1. circa med. vol. 2. ob quod Surd. in
decis. 278. num. 9. inquit, quod vbi ex euen-
tu potest succedere, & non succedere
 19 *damnum, minor non dicitur lœsus, & al-*
legat l. de fideicommisso C. de transact. l. si
pater puelle C. de inoff. testam. & l. si ea C.
de usur. cum alijs ibi cumulatis, quod
etiam voluit Boer. in decis. 63. num. 11.

Quod ampliatur, quamuis mulier in
 contractu' primi matrimonij donauerit
 dotem filijs ex illo matrimonio pro-
 creandis; nam si maritus præmoriatur,
 poterit secundo nubere, & relictæ fi-
 liis ex illo matrimonio legitima, de reli-
 qua dote liberè disponere, vt in puncto
 sic tradit *Marquili. in usat. de intest. q. 29.*
 quem sequitur *Cancer. in lib. 2. var. re-*
solut. cap. 8. tit. de donat. num. 88. dicens, tale
 pactum, marito decedente, nullum esse;
 & quod publicæ vtilitati aduersetur, per
l. 2. ff. de pact. dot. l. 3. C. de pact. conu. super
dot. cum alijs iuribus per ipsum allegatis,
 quod ante eos tradit *Bart. in l. 1. num. 2.*
ff. de dot. prælegat. Caſtr. Alex. Aret. & Iaf.
in l. 2. ff. solut. matr. dicentes hoc intelligi
 debere vbi præmoreretur vxor, securus si
 vir, quod etiam admittunt *Molin. de rit.*
nupt. q. 19. lib. 3. q. 28. num. 31. & quest. 55.
Molse. tom. 2. quest. 7. par. 8. num. 1. Fonta-
nell. de pact. nupt. claus. 4. glos. 9. par. 5. num.
179. cum seq. Boer. in consuet. Bitur. S. 1. col.
9. & decis. 244. Mantic. de tacit. & ambig.
lib. 12. tit. 33. num. 2. 12. & 48. Maſtrill.
decis. 74. Fabr. in ſuo Codic. lib. 5. tit. 9. de
pact. conuent. diff. 1. & 2. Polid. Rip. obſerua.
20. num. 6. Catell. de donat. contemplat. ma-

trim. diſcur. 3. partic. 4. num. 18. & seq.
Gratian. tom. 4. diſcept. forenſ. cap. 796. num.
17. Surd. conf. 78. vol. 1. Caſtill. decis. 239.
num. 5. & seq. & ita in simili etiam tra-
 dit *Giurb. in consuet. Meſſ. cap. 8. glos. 1. p. 1.*
nu. 14. cum seq. dicens, quod ſi data eſſet
 dos mulieri, cum conditione, quod vxo-
 re mortua in dote ſuccedant filij, quibus
 quandocumque defunctis ab intefato
 ſubſtitutus à dotante fuit Titius eiusque
 hæredes, quod eo caſu mulier effeſta vi-
 21 dua, libera ei erit dos tā in præiudicium
 filiorū primi matrimonij, quam ſubſtitu-
 ti, ita vt poſſit in eorum præiudicium re-
 nubere, etiam ſi ſecondo cum hoc fidei-
 commiſſo contraxerit, cum deinde libera
 erit ei dos, ſubdens ſic pluriſ ſuiſſe iu-
 dicatum.

22 Contrarium alij tenuerunt, ſcilicet, ta-
 le pactum non valere tanquam in frau-
 dem d.l. hac edictali, vt tenuerunt *Franc.*
de Albergot. & Ioan. de Ligna. inter conf.
Paul. de Caſtr. 261. & 263. in princ. vol. 2.
 quam opinionem ſequuti ſunt *Corn. conf.*
82. volum. 3. Bertrand. d. conf. 24. colum. 5.
& seq. vol. 3. Ruin. conf. 112. num. 7. vol. 2.
Molin. de rit. nuptiar. lib. 2. queſt. 47. num.
3. & 6. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 12.
tit. 33. num. 9. Gratian. tom. 2. diſcept. forenſ.
cap. 300. num. 22. Camill. de Curt. inter couſ.
Camill. de Medic. 163. num. 7. verſ. & pro-
 pedunt, & ita per Sacrum Consil. iudica-
 tum testatur *Meritisſimus D. Praeſes Fab.*
Capic. Galeora in addit. ad d. confil. Camill.
de Curte in prima addit. & iuueniis aulis in
Regio Collaterali Consilio Vincent. de
Franch. in decis. 435. Cum pactum hoc
 debeat intelligi iuxta d.l. hac edictali, ſcili-
 cet, vt filij non fraudentur ſua legitima,
 vt ſentiunt quoque citati DD, nam mu-
 lier ita debet contractum dotis celebra-
 re; vt ex ipſo contractu non ſequatur
 alienatio per dictam legem prohibita; vt
 ex *Baldo. & Iaf. tradit. Gratian. tom. 3. diſ-*
scept. forenſ. cap. 643. num. 17. & ante eum
Bero. queſt. famili. 119. num. 6. verſ. corrobo-
rantur predicta.

23 Nec obſtat, quod statutum hoc dispo-
 nere poſſet, quoniam, ultra quod commu-
 nis in contrarium viget opinio, vt poſt
 cita-

citatos DD. de communi testatur Guttier. lib. I. pp. qq. quest. 95. num. 20. vers. secundo non obstat, & Thesaur. decis. 184. num. 6. vers. sed contra hanc distinctionem, qui subdit sic Senatum iudicasse: non valet argumentum de statuto ad pactum, cum multa per illud fieri possint, quae ex conuentione non permittuntur, vt in puncto tradit Gratian. tom. 2. discept. forens. cap. 300. nu. 20. & seq. & Thesaur. d. decis. 184. d. nu. 6. vers. cuius distinctionis.

26 Quae conclusio indubitate videtur procedere attenta nostra consuetudine Neap. disponente, matrem non possstantibus filiis de dotibus disponere, nisi de decima parte, & mater sic primo loco contraherit, cum deinde aliter contrahendo cum secundo viro, non possit filiis primi matrimonij præiudicium aliquod inferre; quibus ius dictæ dotis acquisitum fuerat l. id quod nostrum ff. de reg. iur. & l. fi. C. de pact. & in specie decimum testatur idem Vinc. de Franch. in d. decis. 435. in fin.

27 scilicet l. hac dictali non esse correctam per hanc consuet. Neap:

28 Maximè, quia nouem partes per dictam consuetudinem filii reseruatæ sunt ipsa legitima; ita Napod. in consuetud. & testator sub num. 5. fol. 175. in nouiss. ac D. Scipio Theodor. meritiss. Reg. Consil. in alleg. 11. num. 11. & sequ. Molfes. ad consuetud. Neap. par. 4. quest. 60. num. 11. & sequen. Anchiar. consil. 101. & cons. 428. Surd decis. 119. num. 4. quæ semper salua filiis primi matrimonij esse debet §. pen. Auth. de nup. nec pacto tolli potest Thesaur. decis. 184. num. 6. vers. cuius distinctionis, & num. 7. Gratian. tom. 2. discept. forens. d. cap. 300. nu. 22. Et propterea mulier sic secundo paciscendo, videtur in diminutionem legitimæ contrahere, quod iure prohibitum est d. §. pen.

29 Nec obstat, quod mulier in vita possit disponere; illud enim intelligitur conditionaliter, scilicet dummodo non in fraudem, ita Napoda. in consuetud. si quis, vel s. qua, vers. à matre, & vers. sed pone quod dos; & in consuetud. & si testator vers. disponere; quæ duo loca recenset Vincent. de Franch. in d. decis. 435. nu. 36.

vers. similiter declarat, fraus autem præsumitur; vbi mulier contra formam in primis capitulis traditam secundo contraxit, vt in specie sentiunt Vinc. de Franch. in dicta decis. 435. num. 40. & Fabius de Anna in consil. 79. dicentes, quod fraus arguitur, quando mulier prius secundum consuetudinem in scriptis redactam contraxit, & deinde secundum morem magnatum conuenit. licet contrarium decimum referat Reg. de Pont. iunctis aulis in S.C. in consil. 35. vol. I.

30 Minus quoq; refragatur facultas alienandi dotes mulieri, ex nostra consuetud. secundo nubenti concessa; siquidem hoc est, quando vir vellet dotem in pecunia, prout sic declarant idem Vinc. de Franch. in dicta decis. ac Georg. in d. alleg. 26. nu. 22. & Ioan. Franc. de Pont. consil. 9. num. 17. lib. I. ex qua quidem alienatione filiij primi matrimonij damnum non patiuntur, cum tantudem restituatur.

31 Et denique non militat ultimum argumentum, quod vbi ex futuro euentu, posset succedere, & non succedere damnum quis non dicatur laesus, & sic ex pacto facto cum secundo viro de lucranda dote, fraus filiorum primi matrimonij considerari non possit. quoniam id procedit, vbi futurus euentus talis esset, quod non solum damnum, immò commodum afferre posset; & sic vbi quis se exposuerit damno, & lucro: at vbi solum damnum afferret, quia quis damno solo se exposuit, esset secus, cum in tali casu lesio consideraretur, vt in specie Odd. de in integr. restit. quest. 4. num. 40. vers. Ego puto aduentum, & num. 41. At cum in præsenti casu mulier damno, & non lucro se exposuerit; nam etiam præmoriente marito, vxoris conditio melior non efficeretur, cum bona in dotem data ad eam redirent, sed benè ea deceidente maritus dotem lucraretur, & sic nullum mulier sperare posset lucrum. Certè fraus filiorum consideratur, vt optimè, & in puncto respondit Surd. in d. decis. 278. num. 24. per tradita per Dec. in l. de fideicommisso, C. de transacti.

32 Verum quicquid sit de hac controuer-
sia,

33 **sia; sic distinguendum puto**, quod si mulier transitum faciens ad secunda vota non aliter nubere potuisset viro paris conditionis absque dicto pacto; eo casu adhaerere primæ opinioni, ut non censeatur factū in fraudem d.l. bac edictali; actus enim ex necessitate factus non comprehenditur sub lege actum fieri prohibente c. si quis per necessitatem extra de furt. c. quod non est licitum de re iudic. l. cum specialis C. de iudic. & ita in puncto voluit Paul. de Castro in consil. 92. par. 1. ac Roman. in consil. 219. num. 7. cum sequen. Eandem quoque opinionem in specie sequitur Phanuc. de lucr. dot. vers. sine liberis num. 38. Camill. de Curt. inter consil. Camill. de Medic. 163. num. 13. & sequen. vbi inquit, nemine ab hac discrepare, etenim vidua maxima cum difficultate virum inuenire solet propter onera liberorum primi matrimonij, ut ex allegatis per Roland. de lucr. dot. q. 24. nu. 7. & 8. & Lancell. Gall. in Conser. Alex. in prefat. num. 26.

34 Et pro comprobatione facit illa DD. sententia, quod & si in materia l. per diuersas, & l. ab Anastasio C. mand. cessio si pro parte donetur, dicatur simulata; tamen quando emptor illam partem non fuisset empturus, nisi de alia parte sibi fuisset facta donatio, quod tunc cessaret fraus, ut tradit post multos Alex. Tremacinaq. lib. 2. var. ref. sit. de act. resol. 2. nu. 27. circa med.

35 Hinc dixit Vincent. de Franch. in decis. 632. num. 1. quod in donatione ob causam non habet locum dispositio huius legis bac edictali, quia non censemur quis in tali casu liberalitatem exercere.

Nec in hoc casu fraus filiis considerari posset, quoniam hoc est parum admodum considerabile; quod non habet nomen, & reputationem filiorum, respectu illius, quod fieret eisdem, si mater meritricaretur; vnde ex hoc dixerunt DD. filium teneri ad dotationem matris secundo nubetis, maximè si esset iuuenis, & pulchra, ut animaduertit Baez. in tract. de non melior. dot. rat. fil. cap. 21. num. 48. & sequen. subdens hanc esse magis communem, sic etiam Surd. de aliment. sit. 1. quest. 22.

num. 14. Costa de remed. subsid. remed. 65. num. 9. apud quem quamplurimos allegatos habes, & latè etiam post omnes Fontanell. de pac. nupt. claus. 5. glos. 2. num. 25. nec omittendus Sanch. de matrimon. lib. 7. disp. 88. num. 32. in fin. qui ait ex Baez. hoc esse, licet mater non esset pulchra, existente incontinentiæ periculo, ut etiam tradunt Bolognett. Menoch. Padill. Tiraquell. Cephal. Coler. cæterique apud Giurb. in Consuet. Meßan. c. 8. glos. 1. par. 1. num. 27. & in hoc quidem casu dicerem 38 neque posse succurri filiis per viam querelæ inofficiosa dotis iuxta tex. in l. 1. C. de inoff. dot.

39 Aut verò potuisset absque dicto pacto, viro paris conditionis nubere, & esset securus, cum diceretur pactum factum in fraudem; & admitterem secundam opinionem, ut in puncto notat idem Camill. de Curt. in cit. consil. 163. num. 14. ac Phanuc. d. vers. sine liberis. nu. 38.

Pro qua opinione sing. est glos. in l. 1. pers. sororem C. si aduers. solut. dicens, quod beneficium restitutionis competit hæreditibus mulieris aduersus hoc pactum fa- 40 ciatum cum secundo viro de lucranda do te, quando cum nobiliori, & ditiori, & pro quinori quantitate potuisset contrahiri; quam glossa sequendo Sforz. Odd. de in integ. restit. par. 2. quest. 59. num. 16. inquit si mulier absque dicto pacto pari nubere potuisset, quod restitutio ei concedatur; quod etiam voluit Barboz. in l. estimatio 24. vers. potest etiam ff. solut. matr. & Fontanell. de pac. nupt. claus. 5. glos. 8. par. 8. nu. 14. in fin.

41 Quod tamen limitatur, vbi frater, vel alia persona extranea dotasset mulierem, & simile fecisset pactum de dote lucranda; cum eo casu non intraret dispositio dictal. bac edictali, ut in puncto post Bald. in d.l. . col. 5. num. 20. & alios, sic notat Surd. in consil. 255. nu. 10. 11. & seq. & Molin. de rit. nupt. lib. 3. q. 48.

42 Quicquid esset in patre, ut per eundem Molin. in fin. d. quest. 48. & quest. 56, licet contrarium sentiat idem Surdus in dicto consil. per totum, quando pater semel dauerat: cum in secunda dotatione ha-

D beatus

beatur pro extraneo; de cuius veritate dicemus in quest. particulari.

ARGUMENTVM.

Numquid statutum deferens dotem secundo viro, censeatur dispositioni l. hac edictali derogare; & quid quoad legitimam.

S V M M A R I V M.

1 Dispositio l. bac edictali C. de secund. nupt. Statuto solli potest.

Intellige ubi statutum expressè illi legi derogaret nu. 2. & 4.

Sed contrarium, ubi appareret de statuendum voluntate voluisse illi legi derogare, num. 3.

5 Statutum derogans dispositioni l. bac edictali non tollit legitimam.

6 Statutum legitimam tollere non potest. Limita cum causa nu. 23.

Intellige num. 24.

7 Detracatio legitima non comprehenditur cum detractione illius, quod dispositione l. bac edictali à vitrico auferatur filiusque applicatur.

Sed contrarium nu. 9.

Verior prima opinio nu. 10.

Amplia quamvis filius equaliter cum vitri-
co esse institutus nu. 11.

8 Statutum deferens dotem secundo viro non obstantibus filiis primi matrimonij, licet eis auferat, quod ex dispositione l. bac edictali consequi possint, non tamen tollit eis legitimari.

Contrarium nu. 22.

Distingue an totam dotem, vel partem secun-
do viro tribuat nu. 16.

Legitima prius detrabenda erit, ubi filius, & vitricus equaliter essent instituti.

12 Ad hoc ut aliquid in legitimam imputetur duo copulatiū requiruntur.

13 Iura naturalia per statutum tolli non pos-
sunt.

14 Lex continens aliquid contra ius naturale-

non obligat.

15 Legitima loco alimentorum subrogatur.

Sed contrarium num. 27.

17 Statutum si disponeret, ut maritus lucretur tantam partem dotis, quantam si y prioris matrimonij babere debent, intelligeretur deducere legitima. Limita in matre nu. 18

18 In deducenda legitima tempus mortis atten-
di debet.

20 Statutum non potest in tosum legitimam tollere, sed diminuere.

21 Ius nature & ocaſ filios ad successionē quoad certam quotam.

25 Legitima est solum debita de iure ciuilis, suadente naturali ratione.

26 Querela contra testamentum à iure ciuilis introducta fuit.

27 Legitima loco alimentorum non succedit.

28 Filius legitima etiam tacite renunciare potest.

29 Alimenta etiam pacto iurato renuntiari non possunt.

30 Filio ingrato, & à patre exheredato deben-
tur alimenta.

31 Statutum debet interpretari, ut minus à iure
communi recedat.

32 Superfluitas potius toleratur, quam quod
iuris correctio inducitur.

33 Correctio iuris non est inducenda per subar-
ditos intellectus.

34 Statutum ubi potest plures effectus ad cor-
rectionem iuris communis inducere, re-
stringitur, ut unum potius, quam plures
inducas.

Amplia quamvis necessarium effet ad impro-
priam interpretationem deuenire. n. 35.

Vel si equitas aliter suadeat n. 36.

37 Filius ad hoc ut per statutum à legitima
excludatur, specialis mentio de ea oportet
fieri.

38 Exclusus à successione non dicitur exclusus
à legitima.

39 Statutum à iure communi exorbitans, non
est, extendendum ultra casus suos.

40 Status in tantum disponunt, in quantum
loquuntur.

41 Maxime quando aliter intelligendo seque-
retur absurdum.

42 Statutum an possit in tosum legitimam tol-
tere.

In-

- Intellige num. 43.*
- 44 *Mulier ita peccat transcedendo ad secunda vota, iuxta statutum, tribuens secundo viro dolorem, ac si apponeres pactum.*
- 45 *Inter pactum, & statutum differentia non constituitur.*
- 46 *Lucrari per pactum, & per statutum idem est.*
- 47 *Prohibitus alienare prohibetur etiam facere modum, per quem sequi possit alienatio.*
- 48 *Lucrum, quod secundus vir de dote uxoris consequitur, dicitur largitas ab uxore proueniens.*
- 49 *Consil. Surd. 401. confunditur.*
- 50 *Legitima ascendentibus debita an statuto tolli possit.*

Q V A E S T I O V I .

1. *P*ro resolutione praesentis questionis nonnulli dixerunt, quod etsi l. hac edictali statuto tolli possit, ex eo, quia de iure positio introducta est §. ius autem ciuile & §. pen. Instit. de iur. natur. gent. & ciuil. DD. omnes in l. cunctos populos ff. de iustit. & iur. prout in puncto, quod dictæ leg. per statutum derogari possit, firmarunt Bald. in d.l. hac edictali, & in l. I. col. 3. q. 3. C. de inoffic. dot. Dec. consil. 19. num. 2. vers. secundus casus, & consuluit Abb. cons. 569 lib. 3. Cephal. consil. 299. & consil. 300. Nat. cons. 308. Ruin. consil. 61. num. 14. lib. 3. Paris. cons. 91. num. 10. lib. 3. Bursat. consil. 12. Surd. cons. 91. & consil. 401. num. 18. cum seq. volum. 3. Rol. cons. 72. num. 3. lib. 1. idem de lucr. dot. quest. 30. & quest. 52. Phanuc. eodem titu. glos. 5. numer. 33. quamplurimi relati per Bero. quest. famil. 119. & consil. 40. num. 5. volum. 2. Carpan. ad Statut. Mediol. cap. 290. num. 134. Gratian. tom. 1. discept. forens. cap. 197. num. 5. & tom. 2. cap. 300. num. 6. & 7. Mart. de success. leg. par. 3. quest. 11. art. 2. num. 1. Boer. decis. 113. Rot. decis. 432. par. 1. in nouiss. Vincent. de Franch. decis. 435. num. . Rot. apud Ludouis. decis. 173. num. 7. apud Farinac. decis. 121. num. 3. par. 3. & cum ista opinione transiuisse Senatum testatur Thesaurus filius in additio. ad eius genitorem in decis. 2 184. in prima additio. Tamen hoc esset

quando expresse statutum d. legi derogaret, alias secus, cum eo casu absque expressa clausula derogatoria non censeretur ei derogatum ut firmarunt Bertr. in d.l. hac edictali, num. 47. & 52. vbi de vera, & communi testatur Dec. in Auctb. preterea num. 7. C. unde vir. & uxor. & in fortioribus Curt. in consil. 78 vbi de communi Curt. iun. consil. 93. num. 9. & contra Dec. consuluit Ruin. consil. 63. lib. 3. Socin. cons. 35. volum. 4. Rimini. iun. cons. 311. nu. 11. volum. 4. Zucchard. consil. 43. Vincent. de Franch. in d. decis. 435. nu. 24. in fin. Magon. decis. 107. in fin. & ita tenuisse, & declarasse Dominos de Rota probatur per eademmet Rotam in decis. 255. par. 4. in nouissimis, & in decis. 432. num. 2. & 3. par. 1. in nouiss. & hanc esse verissimam sicut Euangelium Thesaur. iun. in d. decis. 184. in 2. adiit. col. 3. in princ. sic quoque Guttier. lib. 1. pp. qq. quest. 95. num. 20. vers. secundo non obstat, Mart. de success. legal. par. 3. quest. 11. art. 2. num. 17. vbi sic per Rotam iudicatum profitetur.

Alij vero voluerunt, quod non sit necesse, ut statutum specificè illi legi deroget, sed solum, ut tacite, cum sufficiat quoquomodo apparere de voluntate statuentium illi legi derogare voluisse; veluti si verba statuti compari non possint cum ipsa lege, prout hanc conclusionem sic in specie firmarunt Salic. in d.l. bac edi. Etali col. 3. vers. quinto: idem Paulus de Castr. cons. 192. vol. 1. Dec. cons. 19. Soccin. consil. 52. & alijs relati per Bero. in cons. 40. num. 5. vers. secundus casus volum. 2. & q. famil. 119. num. 5. Roman. consil. 44. num. 5. & 6. Bellon. consil. 13. num. 9. vers. secundo premitto, latè Paris. consil. 91. lib. 3. & post alios Menoch. consil. 4. num. 14. lib. 1. Surd. consil. 422. num. 10. Rimini. iun. consil. 333. num. 2. Rota Romana decis. 432. num. 3. par. 1. in nouiss. & ita pluries tenuisse Rotam testatur Argel. de acquir. posseff. quest. 3. art. 19. nu. 1003. Beltramin. in additio. ad Ludouis. decis. 173. num. 13. Magon. decis. Flor. 107. num. 4. Gratian. tom. 1. discept. forens. cap. 197. num. 5. & tom. 2. cap. 300. num. 8. & 9. Mart. de success. leg. par. 3. quest. 11. art. 2. num. 3. Thesaur. iun. in loco citato in D 2 secunda

secunda addit. Mangil. de imput. quest. 7. num. 58. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 20. num. 27. vers. sed hoc, Phanuc. de lucr. dot. glos. 5. num. 29. in princ. Rol. eodem tit. q. 25. nu. 3.

4 Sed data pro vera vtraque opinione (licet hæc secunda sit verior, & communior, & ab illa nemo discrepet, vt est videndum.) Non minus pulchra, quam perardua öritur questio; num hoc sit etiam quoad legitimam; ita vt ipsa detrahi non possit.

5 Pro cuius resolutione nonnulli pro illius de tractione opinionem amplexi sunt, vt Bald. sibi contrarius in consil. 283. lib. 5. Bero. consil. 26. num. 3. lib. 1. Auctor damnata memoria ad consil. Dec. 283. vbi reprehendendo Dec. inquit ipsum semper pessimè contra filios primi matrimonij consuluisse; nimis sophisticando, & cauillando, Tiraquell. in l. h. unquam vers. suscepit liberos num. 96. C. de reuoc. donat. Zucchard. consil. 53. in secundo dubio num. 23. & sequē. Menoch. consil. 71. Rimin. iun. consil. 29. num. 14. volum 4. Bero. Curt. sen. Crauett. & alij apud Roland de lucro dot. quest. 27. Et hanc esse veriorem, & communiores opinionem dicit Mart. de succēs. legal. par. 3 q. 11. art. 2. num. 4. & sequen. subdens ita tenuisse Rotam; prout congregatis Classibus decreuisse Senatum inquit Thesaur. contra virum in decis. 184. num. 5. Et hanc esse veram opinionem, & ab ea non recessendum contra Menoch. & alios sequaces tradit Thesaur. filius ibi in addit. col. 3. circa fin. vt etiam in specie voluit Gratia. tom. 1. discept. forens. cap. 197. num. 12. subdens sic alias seruasse Rotam, & sequitur Fab. in suo Codic. lib. 1. titu. de leg. & consti. princ. definit. 6 ex eo, quia statutum

6 non potest legitimam tollere, vt firmat Bart. in l. Titio S. Titio genero num. 6 ff. de condit. & demonst. Ant. de Butr. in cap. Rainaldus de testamen. Socin. iunior consil. 150. num. 2. lib. 1. Dec. in l. iura sanguinis, & ibi Cagnol. num. 5. ff. de regul. iur. Suarez in l. quoniam in prioribus ad declaracionem l. Regni S. 2. limitabis num. 14. ff. de inoffic. testam. Villalob. comm. opin. verbo legitima num. 62. Mangil. de imput. quest.

51. numer. 38. cum sequen.

7 Et hæc opinio niti ratione videtur, quoniam duo in fauorem filiorum proponuntur, nempe legitima, quæ iure naturæ debetur glos. in S optime, in verbo quippe Auth. de nupt. l. scripto ff. unde liber. l. fin ff. de bon. damnat. alterum ius, quod Imperator tribuit filii ex l. bac editali ne vir consequatur plus, quam vnum ex liberalis primi matrimonij. Et vnum differt ab altero, nec vnum tollitur per reliquum glos. d. S. optime vers. quippe. Vnde statutum 8 deferens dotem secundo viro non obstantibus filiis ex primo matrimonio, licet auferat eis, quod ex dispositione l. bac editali consequi possint; tamen non aufer illis legitimam, quæ diuerso iure; nempe non iure positivo, sed naturali debetur prout sic in specie concludit Paul. de Castr. videndum in consil. 462. vol. 2. subdens hanc esse verissimam opinionem, (licet videatur dictum consilium nō esse Castr. cum seipsum alleget.)

9 Quidquid in contrarium multi opinati sint, dicentes, quod aufertur coniugi, co fundi cum ipsa legitima; quod falsum reputat ipse Castr. in cis. consil. in princ. & hanec esse ipsam veritatem inquit Bald. in d. l. bac editali in fin. secundum quam, pluries consuluit Fulgos. cons. 96. colum. 2. post glos. d. S. optime vers. quippe & ibi Angel. hanc quoque opinionem sequuti sūt multi relati per Dec. in consil. 246. num. 2. vers. ulterius tamen, dicentes, temerarium esse ab ista opinione recedere, vt etiam notauit Castr. in l. 1. colum. 1. in fin. num. 4. vers. illud ergo quod reuocatur C. de inoff. dot. Bertran. in d. l. bac editali. S ita tamen num. 20. & seq. ubi in num 23. hanc communem appellat, & de veriori post in numeros Roland. de lucr. dot. quest. 27. similiter de communi Cephal. consil. 412. numer. 6. & 18. & vt magis communi tuetur Riminald. iunior consil. 311. num. 15. cum sequen. & consil. 333. num. 3. Sfort. Odd. in consil. 3 num. 34. & sequen. de communi quoque Cuchus de legitima S ex substantia num. 2. in fin. Crass. in S legitima quest. 20. num. 5. Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 2. quest. 18. num. 2. & 3. Mangil. de

de imput. quest. 7 num. 51 Mart. de success. legali par. 3. quest. 11. art. 1. num. 4 ibi in fortioribus, scilicet quando filius, & vir tricus essent æqualiter instituti, vt prius detrahenda sit legitima, sic etiam *Gratian. tom. 2. discept. forens. cap. 300. num. 44.* & sequen. & iudicatum refert *Tbesaur. in decis. 184. Boer. decis. 201. Surd. decis. 169. num. 6.* & in hanc opinionem vti æquiorum inclinavit *Rota Roman. in decis. 756. par. 3. in nouiss. & Rota Bonon. inter compil. à D. Gyp. in decis. 61. num. 7. & 8. nam vt 12 aliiquid in legitimam imputetur, duo copulatiuè requiruntur, primum, quod res imputanda perueniat ex substâlia testatoris, secundu ex eius iudicio, & voluntate ad sex. in l. scimus S. repletionem C. de inoffic. testam. late *Bero. cons. 39. num. 11. circa med. lib. 2. ac Ludouif. decis. 568. nu. 16.**

13 Hinc dixerunt DD. & præcipue *Bart.* in l. omnes populi ff. de ius. & iure, quod iura naturalia, quia immutabilia per statutum tolli non possunt; quod etiam admittit *D. Thom. 2. 2. quest. 61. art. 1.* in responsione ad primum argumentum, di-

14 cens, quod lex continens aliquid contra ius naturale non habet vim obligandi.

15 Tanto magis erit dicendum, cum legitima loco alimentorum subrogetur S. 1. ibi liberorum educatio, Instit. de iur. natur. gent. & civil. quæ per statutum tolli non possunt, ut ex *Molin. de primogen. lib. 2. cap. 1. num. 14. & seq. Gratian. tom. 1. discept. forens. cap. 197. num. 8. Crass. S. legitima quest. 42. num. 3. Surd. de aliment. tit. 8. priu. 85. num. 8. & tit. 9. q. 38. nu. 7.*

16 Alij verò ad distinctionem recurrunt, scilicet, an statutum totam secundo viro tribuat dotem, an verò partem.

In primo casu detrahenda erit legitima. In secundo vero non firmat *Tbesaur. in addit. ad eius genitorem in decis. 184 in 2. addit. colum. 1.* subdens sic *Senatum iuxta hanc distinctionem iudicasse, & se- quitur Surdus cons. 401. vol. 3. ac Burfat. cons. 212. volum. 2. dicentes si statutum disponat, vt markus lucretur tantam partem dotis, quantum filij prioris matri- 17 monij habere debent; quod eo casu deducio legitimæ facienda non erit; quo-*

niam statutū hoc esset iuri communi conforme, cùm possit vxor dare tantum secundo viro, quantum vni ex filiis primi matrimonij, iuxta terminos d. l. hac edi- ciali.

18 Prout dicitur de matre, cui licet debatur legitima in bonis filiæ, tamen aliud est, quando statutum defert dimidiā dotis marito, tunc enim non datur matri legitima in illa dimidia, sed maritus ante omnia dēducit lucrum prædictum, & postea mater super reliqua portione capiet suam legitimam; nulla habita ratione partis, quam vir lucratur; non secus ac si esset res aliena vt tradit *Corn. consil. 127. col. 1. ad med. num. 3. lib. 3. Bald. consil. 314. Ioanna & Iacobe in fin. versic. successio autem num. 3 lib. 4. Soccin. consilio 288. col. 13. ad med. vers. infirmatur ratione clara num. 23. ad finem lib. 2. Aym. cons. 186 num. 11. ad medium vers. confirmatur hoc fundamentum *Phanucius de lucr. dot. glos. 5. num. 35. versic. hinc consultum extat, Rota per Achill. in decis. 118. nu. 1. Surdus consil. 401. num.**

19 Et ratio est, quoniam in deducenda legitima attenditur tempus mortis, & sic bona, quæ tunc temporis reperiuntur, l. queritur C. de inoffic. testam. Autben. nouissima vers. ex deficienti C. eod. cum enim in morte vxoris non reperiatur nisi medietas dotis, cum altera ex statuto ad virum spectauit, eamque retinet, & sic tanquam æs alienum deducitur; legitima non venit detrahenda, nisi ex illa parte, quæ erit in hereditate; deducto ære alieno.

Ratio autem supradictorum principali est, nam quando statutum dimidiā 20 dotis secundo viro tribuit, non aufert in totum legitimam filio, sed solam illam minuit; quod potest facere: secus verò si totam dotem secundus vir lucraretur, cum eo casu filij eorum legitima priuarentur, quod esset absurdum, & contra naturalem rationem, nulla enim esset differentia inter filios, & extraneos; vnde uniuersalis status successionis, & obsequiorum erga parentes confunderetur, vt in specie quod statutum possit non in totum legitimam tollere, sed in parte

diminuere; author fuit *Salicet. in Authent. nouissima num. 10. C. de inoffic. testam. quem sequuti sunt ibi Ias. num. 56.* dicens hanc esse magis communem *Alex. consil. 211. num. 8. volum. 7.* qui de communi & æquiori sententia hoc probat, & consil. 55. num. 5. volum. 2. ac cons. 134. num. 33. cum sequen. volum. 6. *Rolan. consil. 99. num. 55. volum. 4. T. bob. Non. consil. 17. num. 7. Menoch. consil. 25. num. 91.* & 109. *Decianus consil. 54. num. 1. lib. 1. Bertazol. consil. ciuil. 11. num. 12. Rimini. iun. consil. 605.* & 608. *Laderch. consil. 28. num. 3. Macer. lib. 2. var. resol. resol. 27. num. 5.* & 6. de magis communi *Rufic. ad l. cum auras lib. 1. cap. 9. nu. 33.. Gratianus tom. 1. discept. forens. cap. 178 in fin. & cap. 197. num. 7. impressum post suas decisiones. Boer. decis. 188 num. 6. vbi de magis communi, & decis. 204. num. 12. Rot. decis. 1 num. 1. & 2. de consuet. & decis. 53. num. 2. par. 1. & decis. 424. num. 3. par. 4. in nouissimis. Gayll. lib. 2. obseru. 122. vbi hanc opinionem ut magis communem, & equo rem tueretur, subdens sic in Camera Imperiali iudicatum fuisse, *Craff. S. legitima quest. 43. num. 3. Mars. do. successio. gal. par. 1. quest. 13. art. 2. num. 6. Fachin. lib. 4. controv. cap. 32.* qui ita Rota Romanæ & Cameræ Imper. solitas iudicare inquit de multis decisionibus eiusdem Rotæ testatur Merlinus in tract. de legitim. lib. 3. tit. 1. quest. 1. num. 14. & hanc magis communem confitetur Rota Bonon. decis. 6. nu. 58. & de communi *Vincen. de Francis decis. 618. in fine, & vti talem sequitur Gruell. in decis. Senatus Dolan. 34. numer. 11. vers. liberorum verò, & decis. 53. num. 42.* Nam licet ius naturæ vocet filios ad successionem l. cum ratio ff. de bon. damnat. l. scriptio ff. vnd. liber. tamen hoc non est, quoad certam, & determinatam quotam l. in suis ff. de liber. & posthum. & Inßit. debared. quæ ab intestat. cùm alijs non fuisset variabile, quòd tamen fuit, vt in *Authent. de trient. & semiss. S. 1. repetitum in Autb. nouissima C. de inoffic. testam.* Igitur in totum ipsa auferri non potest; sed minui, & limitari per statutum.*

22 Multi denique dixerunt, quod quotiescunque statutum meminit de filii primi

marrimonij, vel aliter derogaret d. l. hac editali, tunc legitima penitus tollatur, si tota dos deferatur marito, vel in ea parte marito delata, vt tradunt *Curt. iunior in Authen. præcrea num. 17. C. vnd. vir. & vxor. Dec. consil. 19. num. 5. Nass. consil. 308. Bellon. consil. 13. uum. 21. Grauett. consil. 388. & consil. 324. num. 4. & consil. 586. Burjatns consil. 212. num. 23. Marcebr. ab Anguill. consil. 75. num. 134. Rolan. consil. 62. volum. 3. Socin. iunior consil. 70. num. 9. volum. 2. Surd. consil. 91 consil. 49. num. 30. cum seq. & consil. 422. num. 21. lib. 3. Cephal. consil. 390. & 300. Menoch. consil. 4. idem de presump. lib. 6. presump. 38 num. 31. & seq. Alciat. consil. 88. idem Rolan. de lucro dot. quest. 30. & 33. Phanuc. codem tract. glos. 5 num 34. qui reprehendit Bald. contrarium tenentem in consil. 573. volum. 5. idem sequitur Carpan. ad Consuetud. Mediolan. cap. 290. num. 134. Mangil. de imput. quest. 7. num. 47. Gratian. tom. 2. discept. forens. cap. 300. in 3. & 4 conclus. A qua opinione recedendum non esse inquit Boer. decis. 208. quæ sequuntur fuisse. Senatus suum inquit *T. besaur. iunior in additio. ad dictam. decisio. 184. in prima additio & iterum congregatis classibus, quod maritus lucretur integrum dimidiam dotis absque ullo onere, prout ibidem in 2. additio. col. penul. circa medium subdens fuisse conlclusum ita in posterū obseruandum, limitando in specie, tradita per T. besaur. patrem in dicta decis.**

23 Et mouentur ea ratione, quia statutum potest in totum legitimam cum caussa tollere, ex traditis per Dyn. in cap. indulsum de regu. iur. in 6. & Panormit. consil. 65. quem sequuti sunt Alexan. consil. 75. num. 9. volum. . vbi communem dicit Curtius iunior consil. 10. num. 7. cum sequen. etiam de communi, Peregrin. consil. 14. num. 2. volum. 3. Bellon. consil. 14. num. 21. Calcan. consil. 37. num. 3. vbi de communi *Riminal. iunior consil. 608. num. 14. Rim. consil. 237. num. 9. de magis communis, Aldouinas consil. 104. num. 37. lib. 1. idem inter consil. Peregr. consil. 21. num. 61. lib. 4. Maceras. lib. 2. var. resolut. 27 num. 4. Alex. Trentacing. de subßit. par. 1. cap. 9. nu. 22. Cowall. comm. contra*

contra comm. quest. 112. Gayll. lib. 2. obseru.
122. per tot. & signanter post num. 8. vers.
non obstat tex. licet ipse contrarium se-
quatur. Anchar. quest. famil. 43. sub num. 8.
lib. 2. Petrus de Gregor. Syntagma. Iur. par. 3.
titu. de act. lib. 44. cap. 5. Mangil. de impur.
quest. 51 num. 37. vbi pro ista opinione
45. DD. de communi testantes allegat,
vers. & cum sententia Dyni, Surdus de ali-
mentis titu. 9 quest. 2. sub num. 5. vbi eam
quoque communem appellat Mart. de
success. legali par. 1. quest. 13. art. 2. num. 6.
Viuius comm. opin. 316 lib. 1. Magon. decis.
Florent. 14 num. 12. Boer. decis. 188. num 6.
& decis. 204. num. 12. Joseph Ludovicus de-
cis. Perus. 21. nu. 51. Seß. arragon. 26. num.
1. & sequen. ac num. 38. Quæ legitima, &
necessaria causa dicitur, vt videre faci-
lius virum inueniant, vt diximus in quest.
preced.

24. Nec in casu prædicto præcisè legitima tollitur, solum enim prohibetur illius de-
tractio ex dote matris tantum, & non ex aliis bonis, in quibus admittitur succe-
sio, vt tradidit Dec. in consil. 19. colum. pen.
ante medium, vers. & dato quod mulier, nu.
6. subdens, quod & si possit mulier non
habere nisi dotem; tamen satis est, quod non auferatur legitima præcisè, & certi-
tudinaliter; quam quoque opinionem se-
quuti sunt Curt. iunior in d. Authen præ-
rea, Natta consil. 308. num. 5. Bellonus consil.
13. num. 21 post princip. vers. item quia pos-
set mulier.

25. Nec obstant in contrarium adducta, &
primo non esse verum, legitimam iure na-
turali filio deberi, quoniam id intelligitur
de iure ciuili suadente naturali ratione,
cum non reperiatur aliquod proditum
de iure naturali, vel gentium contra pa-
tris testamentum, si filius fuerit exhære-
26 datus, nisi per quærelam, quæ de iure
ciuili est. filio ff. de inoffic. testam. lex duo-
bus S. fin. ff. de vulgar. & pupill. cum ante
ius ciuile culibet cui Romano licebat
de bonis suis ad libitum disponere l. 1. ad
l. Falcid. igitur si hoc à iure ciuili inuentū
est, meritò alio iure tolli potest.

27. Secundò nec obstat, quod legitima-
loco alimentorum succedat, quoniam si

vera esset hæc regula, legitima non esset
filio diuiti relinquenda, nec ei, qui ex ope-
ra, & industria sua se possit substantare;
immo nec illam transmitteret, cum ali-
menta vita finirentur, vt in specie respon-
det Salicet. in authen. nouissima, & latius
Cyn. in l. scimus C. de nup. & post eos Suarez
in l. quoniam in prioribus in declarat. leg.
Reg. in secunda limit. num. 12. vers. nec
obstat; vltra quod illud argumentum de
vno ad alium non est tutum, cum multum
28 intersit; si quidem filius per patrem legi-
timæ renunciare potest l. si quando §. illud
& §. generaliter C. de inoffic. testam. vel etiā
tacite repudiando hæreditatem sibi de-
latam l. bares instituta C. de impub. & alijs
substit. l. quia poterat vbi latè Alex. ff. ad
29 Trebell. Non tamen his mediis reiçitur
à iure alimentorum; nam his etiam pacto
iurato filius renunciare non potest Specul.
in titu. qui filij sint legitimi §. 1. vers. Sed
pone num. 12. Bald. in l. pacium quod dotale
num. 17. C. de collat. Surdus de aliment. tit. 8.
priuil. 56. num. 19. 20. & 55. Couarru. de
matrimon. par. 2. cap. 8. §. 6. num 4. qui in
num. 17. vers. que quidem lex inquit, quod
30 quamvis filius versus patrem ingratus
fuerit, & ab hæritate exhæredatur, non
tamen repellitur ab educatione, saltim
necessaria pro indigentia naturæ, quod
etiam in puncto, licet corrupte sequuti
sunt Molin. de Hispan. primogeni. lib. 2. cap.
16. num. 2. & 3. Surd. de aliment. tit. 7. quest.
1. num. 60. Peregrin. de fidei commiss. art. 36.
nu. 146. Mart. de success. legali par. 1. q. 13.
art. 2. num. 9.

31. Verum quicquid sit de hac controuer-
sia recedendum non esse putarem à pri-
ma opinione; si quidem statutum semper
oporet interpretari, vt minus à iure com-
muni recedat l. si vero §. si de viro, vbi
DD. ff. solut. matrim. l. 2. vbi Bart. C. de
nox. act. cap. cum dilectus de consuet. ibique
DD. l. precipimus §. fin. C. de appell. l. san-
cimus C. de testam. Alexan. consil. 2. num. 9.
lib. 1. Dec. consil. 444. num. 15. Paris. consil.
95. in princip. lib. 1. & consil. 66. num. 100.
lib. 3. Rolan. consil. 21. & consil. 62. num. 30.
lib. 1. Handed. cons. 8. nam. 42. lib. 1. Cancer.
lib. 1. var. resol. cap. 11. num. 58. Manica de
taci.

tacit. & ambig. lib. 12 tit. 30. nu. 18. Castill.
 decis. 81. num. 13. decis. 107. num. 64. & 70.
 & decis. 346. num. 17. & 18. Surd. decis. 9.
 num. 14. decis. 43. num. 6. decis. 178. num.
 15. decis. 29. num. 15. & decis. 214. num. 17.
 maxime inquit Alexan. in consil. 7. num. 7.
 lib. 2. quando salua ratione recti sermone
 32 nis hoc fieri possit, & potius toleratur
 superfluitas, quam, quod iuris correctio
 inducatur Crot. in l. qui Roma §. duo fratres
 num. 32 ff. de verbis obligat. Paris. cons. 84.
 num. 12. volum. 1. iuris enim correctio non
 33 est inducenda per subauditos intellectus,
 glos. sing. est in cap. capientes §. quod si per
 viginti de elect. lib. 6. Rolan. consil. 80. num.
 49. lib. 1. Aluis. de Alberic. singul. 26. Berous
 quest. famil. 119. num. 3. Vnde cum statu-
 tum possit capi ut tantum filij priuentur
 lucro, quod ex dispositione l. hac editi ali-
 eis desertur, interpretandum est, ut à legi-
 tima saltet non priuentur, & ius commu-
 ne in hoc non corrigat, prout quando sta-
 tutum potest duos effectus ad iuris cor-
 34 rectionem operari, est capendum, ut in
 vno tantum casu corrigat, in alioque nō
 deuet à dispositione iuris communis, d.
 cap. cum dilectus de consuet. Roman. consil.
 199. num. 7. Berous cons. 150. num. 26. lib. 1.
 Port. cons. 86. num. 6. & cons. 127. numer. 8.
 Rolan. cons. 72. num. 38. lib. 3. & cons. 80.
 num. 22. & 23. lib. 4. Gozzadin. cons. 19. nu.
 5. cons. 85. num. 13. & cons. 35. num. 14.
 Handed. consil. 1. num. 33. lib. 1. Surdus consil.
 313. num. 13. Socin. consil. 116. num. 17.
 volum. 1. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22.
 tit. 18. num. 35. vers. & quando statutum;
 Cacher. decis. 99. num. 13. & decis. 167. num.
 22. Caualc. decis. 5. num. 13. par. 1. Rota Ro-
 man. decis. 532. num. 10. par. 1. in nouissim.
 & hunc sensum pluries tenuisse Rotam,
 inquit Merlin. in decisio. Rotae Rom. ab eo
 recollectis 114. post tract. de legitim. num.
 7. Monac. decis. Floren. 46. num. 75. Joseph
 Ludouic. decis. Lucens. 39. num. 17. etiam si
 35 necessarium sit deuenire ad impropriam
 interpretationem, Gratus cons. 13. nu. 43.
 lib. 1. Rolan. cons. 80. num. 21. Handed. cons.
 8. num. 43. lib. 1. & latè idem Mantic. post
 inumeros de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 20
 36 num. 18. etiam si æquitas aliter suadeat,

Boc. cons. 3. num. 42. & cons. 11. num. 16. &
 17. nam ad hoc, vt filius per statutum à
 legitima excludatur specialis mentio de
 37 ea oportet fieri, vt tradit Salicet. in l. san-
 cimus C. de nupt. Socin. cons. 150. num. 9. &
 19. volum. 1. Bald. cons. 391. vers. item per
 statutum volum. 5. Alexan. cons. 7. vers. for-
 tificantur predicta nu. 7. lib. 2. Cephal. cons.
 5. num. 4. lib. 1. Curt. senior cons. 39. num. 7.
 de communi Turret. cons. 5. num. 21. lib. 2.
 Craff. § legitima quest. 44. num. 6. & Balb.
 de prescrip. 4. par. princip. quest. 23. num. 3.
 & 4. Grammat. decis. 101. num. 49. prout
 tenuit Rota apud Serapbin. in decis. 93. nu.
 3. & tex. l. si quando, §. & generaliter C. de
 inoffic. testam. & latè tradidi in additioni-
 bus meis ad decis. Surd. 167. num. 18. Aff.
 decis. Lucens. 10. num. 24. Griuell. decis. Do-
 lan. 53. num. 42. vers. vel saltet non censetur
 sublata.

38 Hinc dicit tex. in Autben. si qua mulier
 in fin. C. de sacrosanc. eccles. quod exclusi
 à successione, non dicantur exclusi à le-
 gitima, & facit etiam tex. in l. quandiu de
 acquirend. baredit. cum aliis iuribus alle-
 gatis per Tiraquell. de iur. primogen. quest.
 55. num. 6.

39 Statuta enim cum à iure communi
 exorbitant, non sunt extendenda extra
 casus suos, etiam à majoritate rationis,
 l. fin. C. de interd. matrim. L. si vero §. de viro
 ff. solut. matrim. Fabr. in suo Codic. tit. de
 act. & obligat. definit. 3. num. 6. Cancer. lib.
 3. varia. resolut. cap. 7. num. 346. Affliet. de-
 cis. 21. num. 5. Castill. decis. 81. num. 15. Vin-
 40 cen. de Anna alleg. 1. num. 32. vbi statuta
 in tantum disponunt, in quantum loquun-
 tur, vt tradit idem Cancer. lib. 1. var. resol.
 cap. 7. num. 13. & Castill. decis. 19. num. 11.
 par. 2. Monac. decis. Flor. 46. num. 28. & seq.
 Farinac. decis. 660. num. 5 par. 3. maxime

41 quando aliter illud intelligendo, seque-
 retur absurdum, vt tradit Bart. in l. furti §.
 paetus ff. de his qui not. infam. & in specie
 sequitur Cancer. lib. 2. variar. resolut. cap.
 10. num. 64.

42 Nec obstant in contrarium adducta
 quoniam id procederet, quando statu-
 tum specificè legitimam tolleret, ultra
 quod etiam in hoc satis controversa vi-
 detur

detur hæc quæstio ob varias Doctorum opiniones, vt vix possit cognosci, cuinam sit adhærendum; & tamen Doctores pro eorum reconciliatione communiter dixerunt opinionem illam, quod statutum 43 potest in totum legitimam tollere, procedere ex rationabili causa, dummodo filij habeant aliunde vnde alimenta, vel alia subsidia percipere possint, prout inter Moderniores, qui omnes colligunt, sic concludit *Lupus in cap. per vestras § 4. nu. 3. Couarr. de sponsal. par. 2. S. 6. num. 5. vers. ex hac nam saltim alimenta debebuntur, Gayll. lib. 2. obser. 122. num. 12. Bellon. cons. 13. num. 21. Vasqu. de success. S. 20. num. 304. Surdus de aliment. tit. 8 priuil. 56 num. 23. Guttier. pp. qq. lib. 3. quæst. 82. Mangil. de imput. quæst. 51 num. 58. vers. censeo itaque, Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1. quæst. 1. ante num. 18. Mare. de success. legal. par. 1. quæst. 13 art. 2. num. 6. vers. & tamen magis communiter receptum est.*

Nec obstat secunda opinio. Quia contraria verior est, nam mulier ita peccat transeundo ad secunda vota, iuxta statutum, ac si apponaret pactum, nam cum 44 sciat statutum, quod vir possit mediata- tem lucrari, debet prouidere ne per statutum alienetur in secundum coniugem.

45 Nec datur differentia inter pactum appositum, & statutum, nam filius non habet beneficium l. hac edictali ex pacto facto per matrem de dote per maritum lucranda, sed solummodo propter delictum transeuntis ad secunda vota, nam per secundas nuptias inducitur liberoru contemptus; quæ ratio in utroque militat, scilicet tam in lucro proueniente ex pacto, quam ex statuto; & ita intelligi debent Doctores dicentes maritum exequandum filiis prioris matrimonij; scilicet inspecto solummodo beneficio l. hac edictali, sed ultra illud debent habere legitimam, vt latè Paul. de Castr. in cons. 462. vol. 2. & Flor. in disput. 1. incip. mulier quæ viduata.

46 Ultra quodlucrari per statutum, & per pactum idem est. Si quidem lucrum statuti non immediatè per legem, sed mediante facto hominis procedit, & ideo illa non

reputatur alienatio merè realis ita Bertran. in d. l. hac edictali sub num. 33. & sic parificantur lucrari ex pacto, vel ex lege, & statuto vt in Rubric. de decret. decur. & l. ideo in princ. C. de episc. & cleric. nam

47 prohibit us alienare, prohibetur etiam facere modum, per quem sequi possit alienatio l. si ita quis la seconda S ea lege ff. de verbor. oblig. quam pro singulari in specie notat Bald. in l. quoties la prima C. de fideicom. & sequitur Paris. cons. 22. num. 56 lib. 3. & latius dicam in quæst. an l. hac edictali locum habeat vbi dos applicatur viro ob vxoris adulterium.

Quæ vero opinio nedum rationibus est fulcita, immo & authoritatibus, cum ita in specie firmarunt Paulus de Castr. in d. cons. 462. volum. 2. licet non videatur suum esse consilium, dum se ipsum ibi allegat, & Florian. in d. disput. 1. ac Bertran. in d. l. hac edictali vbi infinitos alios colligit.

Nec obstat, quod sola largitas impediatur, & sic id, quod ex liberalitate vxoris viro confertur, at ista non dicitur largitas, quia vir id consequitur vxore inuita.

48 Si quidem respondetur, quod cum do- tem det vxor largitur, nam consentire videtur, vt vir eam lucretur, seruata forma statuti, & sic non tam à lege, quam ab vxore habere censemur, quod l. hac edictali dispositione prohibitum est, nam vxor nullum modum excogitare potest, per quem secundus vir habeat plusquam unus ex filiis primi matrimonij vt in § optime ibi per interpositam personam, & in d. l. hac edictali ibi omni circumscriptione interpo- sita, ergo.

49 Minus quoque refragatur Consil. Surd. 401. nam ipse sibi contradicit, eiusque di- eta non militant; Si quidem in d. consil. nu- 17. dicit hoc statutum esse copforme iur' communi, quò dispository est l. hac edi- etali, vt partes inter vitricum, & priu- gnum possint fieri æquales, & deinde ibi- dem num. 20. in fin. dicit, quòd huiusmodi statutum est contra ius commune, illiusq; derogatorium, ideo ab illo interpretari non debet.

Vtrumque vero dictum non sustine- tur;

tur; Si quidem de iure communi dispositio æqualiter inter illos facta dicitur, quando erit deducta legitima, quæ prius detrahenda erit ex glos, sèpè allegata in d. S. optime vers. quippe *Authen.de nupt.* sic firmat *Paulus de Castr.in cons. 462. volum. 2.Rimin.iunior cons. 311. num. 11. & sequ. & cons. 333. Mollesius ad consuetud. Neap. par. 3. quæst. 20. numer. 2. Gabriel.cons. 13. volum. 1. ipsemet Surd. hanc communem profitetur in d. cons. num. 30. vers. nec contradicit & in cons. 422. num. 1. *Thesaurus decis. 184. num. 3.* vbi hanc opinionem amplexisse Senatum congregatis classibus testatur, illamque sequutum fuisse Senatum inquit *Maynard. in decis. 79. lib. 3.* & plene hæc tuerit à multis *Mart. de success. legali par. 3. quæst. 11 art. 1. per tot.* vbi hanc communem, & veriorem, ac secundum eam pluries fuisse iudicatum testatur. Quicquid tueatur idem *Surdus in cons. 422. de qua quæstione latius infra dicemus,**

Secundum dictum potest esse verum, quando specialis derogatio adderetur, cum agatur de præjudicio tertij, quo casu non sufficit generalis dispositio, ut supra dictum est.

Et quamvis *Surdus ibidem* dicat statum posse legitimam tollere, & sublatam censeri, etiam expressa mentione de ea, non facta, tamen est opinio magis communiter reprobata, & semper contra illâ iudicatum fuisse testatur *Mart. de success. legali*, qui sic respondet dicto *cons. Surd.p. 3. q. 11. à nu. 10. vsque ad nu. 17.*

Minus denique obstat, quod dicitur de matre, cum sit diuersa quæstio, nam legitima ascendentibus debita in bonis filij, non est dubium quin statuto tolli possit, vt tradunt *Alex. cons. 3. num. 8. volum. 7. Ripa respons. 7. Capr. cons. 15. Abb. cons. 51. num. 64. Griuell. decis. Dolan. 34. num. 1. & decis. 53. num 43. & 44.* Quamvis non adsit causa, vt de communi omnium *Curt. iunior cons. 153. num. 15. Corn. cons. 150. num. 4. lib. 1. & consil. 107 num. 1. lib. 2. Grat. cons. 2. 1. num. 21. lib. 1. late Peregrin. de fideicommiss. art. 49. num. 43. Gomes. var. resol. tom. 1. cap. 1. num. 6. & cap. 11. num.*

*36. Surd. decis. 21. num. 11 & hanc communem appellat Seraphin. in decis. 1365. num. 5. cum ipsa non debeatur rationali vinculo, sed iure positivo l. cum ratio ff. de bon. damnat. & in specie Ioseph. Ludou. decis. Perus. 21. num. 47. & sequen. licet specialis illius expressio in statuto facta non fuerit, vt etiam tradit *Griuell. in decis. 53. num. 43. cum seq.* etsi dicat aliter iudicatum fuisse per *Senatum.**

Quamvis etiam hæc quæstio satis controuersa videatur, cum contrarium tueatur *Thob. Non. cons. 13. num. 8. & Peregrin. de fideicommiss. art. 49. num. 49.* vbi ait quæstionem istam esse satis difficilem, & quod secunda hæc opinio forti iuuatur ratione, ob quam difficultatem inquit *Seraphin. in citata decisio. 1365. num. 5.* quod Domini de Rota noluerunt ex hoc capite caussam illam decidere, cum illa pari passu ambulet cum legitima filiorum, vt etiâ antea tradidit in *decis. 1335. num. 15.* & hanc cōmunem appellat *Mylinger. cent. 6. obseru. 44.* & sequitur *Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1. q. 1. nu. 36.*

Et ultimo non videtur posse subsistere illud, quod dictum est supra pro tertia opinione, quod licet statutum deferat totam dotem secundo viro, & priuat filios legitima; tamen quod hoc sit quoad ipsam dotem, & non quoad alia, & sic quod non tollat legitimam præcisè, & certitudinaliter. Quoniam hoc esset auferre per indicium legitimam, cum fere omnes mulieres non solent nisi simplices dotes habere, tum ob amplissimas solitas renunciations, tum etiam ob statura eas à successione excludentia.

ARGUMENTVM.

Num filij æqualiter cum vitrico, vel nouerca instituti, debeant ante legitimam detrahere, & reliquum diuidere.

SVMMARIVM.

1 Legitima an confundatur cum lucro ex l. bao edi-

- editali, vel postius prius illa detrabenda sit, recensentur opiniones, nu. 2. 3. 13. 14. 15. 19. & per tot.
- 3 Filiū equaliter cum vitrico, vel nouerca instituti non detrabunt legitimam.
Contrarium nu. 14.
- 4 Vitricus equaliter cum filio primi matrimonij institutus immitti debet in possessionē pro dimidia.
- 5 Filiū ultra medietatem, vel nouem partes eis debitas vigore consuetudinis, non debent aliam habere legitimam, sed illa medietas & nouem partes sunt ipsa legitima, & num. 31.
- 6 Quod ex lucro statuti deferetur, in legitimam imputatur, & è contra.
Amplia quamvis id, quod ex statuto peruerterit, esset minus legitima, nu. 7.
- 8 Portio filii ex statuto debita venit in computationem l. bac editali.
- 9 Vitrico, vel Nouerca relinqui potest usq; ad quamvis legitem filii.
Amplia quamvis filio minus legitima relietum sit nu. 10.
- Intellige num. 41.
- 21 Supplementum legitima habetur iudicio testatoris.
Intellige num. 12.
- 25 Lucrum l. bac editali in legitimam non imputatur.
- 26 Ad hoc ut aliquid in legitimam imputetur, duo copulatiū requiruntur.
- 17 Filius consequitur legitimam ut es alienum.
- 18 Feudum debitum filio uti filio in legitimā non imputatur.
- 20 Verba Nullo modo, vniuersalia negativa denotant.
- 21 Lex noua inducens obligationem non tollit veteres, nisi nominatim caueat, ut ea sola actione utatur.
- 22 Lucrum l. bac editali in legitimam non imputatur, quamvis à parentibus expressè fuerit dictum imputari.
- 23 Tbeſaur. in decis. 184. nmm. 11. declaratur.
- 24 Glos. l. bac editali vers. diuidi explicatur.
- 25 Glos. plures recitans opiniones ultima in dubio sensetur recepta.
- 26 Glos. in S. quoniam varia Autb. quibus mod. pat. effit sui declaratur.

- 27 Doctoris dictum intelligi debet secundum iura, qua allegat.
- 28 Glos. in l. quoniam præterita C. de secun. nupt. seu Autb. ad eos solos improbatur.
- 29 Legitima de iure ciuili suadente naturali ratione filii debetur.
- 30 Lucrum l. bac editali in paenam secundi coniugis filii primi matrimonij applicatur.
- 32 Legatum agnato factum non imputatur cùm lucro à statuto ei debito.
- 33 In legitimam filii imputatur; quicquid quo- cumque titulo ei apparente relictū fuerit.
- 34 Portio à Consuet. Neap. filii & agnatis debita, iure hereditario defertur, & non transmittitur absq; agnitione. Sed contrarium num. 36.
- Intellige num. 39. & 40.
- 35 Lucrum l. bac editali non debetur iure hereditario, & transmittitur absque agnitione.
- 37 Portio à Cōsuet. Neap. agnatis debita, an debatur absque onere, & nu. 38.
- 42 Legitima an prius à filii retrahenda erit, & reliquum diuidi, vbi eis nihil fuerit relietum, sed solum vitrico, vel nouerca.
- Declarandum 43.
- 44 Inequalitas à d. l. bac editali consideratur nedum ubi vitricus plus quam filius primi matrimonij haberet, sed ubi respectu aris alieni inaequales essent, licet respectu portionum sint aequales.
- 45 Inequalitas consideratur ex conditionibus, & oneribus oppositis, item ex facilitate, & difficultate exigendi legatum.

Q V A E S T I O V I I .

- I **S**atis controversa apud DD. videtur quæſtio ista; cum nonnulli dixerint, legitimam non posse detrahi, sed ipsam confundi, ut in specie inter moderniores Burſat. cons. 211. lib. 2. Capr. conf. 74. ad fin. Crauet. conf. 524. num 3. Surd. cons. 422. vol. 3. Grammat. conf. ciuil. 153. D. Regens Ro- uitius conf. 58. volum. 2. D. Reg. Consiliarius Scip. Theodoreus alleg. 11. Cucbus de legitim. verb. ex substantia num. 2. Gratian. tom. 2. discept. forens. cap. 300. num. 38. & sequen. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. glos. 8. par. 4. num. 60.

num. 60. Argel. de acquiren. possess. quest. 3. art. 19. num. 985. Caualc. decis. 25. num. 59. par. 3. & Coſt. de port. rat. quest. 140. num. 6. & Fabr. in ſuo Codic. lib. 5. tit. 5. ſitu. de ſecund. nupt. definit. 6. & 9.

Fundatur hæc opinio ex text. d. l. bac edictali, vbi interdictum est vitrico, vel nouercæ ne plus ſecundo viro, quām filio ex primo matrimonio det atque confe- rat, vnde vbi vterque eſt æqualiter iſtitutus, non censetur plus vni, quām alteri datum, vel relictum, quodque expreſſe decidit ibi gloſ. in verbo diuidi, quæ vult, quod ſi vitrico relinquantur centum, & filio nihil, ita centum æqualiter diuidan- tur, prout ita decreuiffe Senatum teſtatur Cancer. lib. 3. variar. refol. cap. 2. tit. de inuen- tar. num. 181. vers. ut igitur, licet ipſe con- tradicat, igitur in illis quinquaginta com- prehenditur legitima filij; aliter enim ſi legitima präcapereſtur non diuiderentur centum, ſed illud quod remaneret, dedu- & legitimæ.

Probatur ſecundò ex Beltrand. in dec̄l. J. bac edictali in verb. ita tamen num. 26. & ſequen. qui ait illud, quod dicitur de legitima, non confundatur cum lucro ex d. l. proueniente, vt tradit Caſtr. in cons. 462. vol. 2. verum eſſe, cum ſit quid diuerſum, Sed hoc ceſſare, quoties filius æqualiter fuerit ſimul cum vitrico iſtitutus; quo- niam cum habeat ſuam legitimam ceſſat querela inofficioſi, nec etiam potest agere ex remedio l. bac edictali, quia non eſt plus vitrico, quām filio relictum, & ſic non militat ratio, nec cauſa ob quam fuerunt introducta remedia agendo que- relam inofficioſi, & l. bac edictali, vt late- Fabr. in d. definit. 6. & 9. num. 8. vers. neque tamen facieſ eaſes. Hinc dixit Argel. de acquiren. possess. quest. 3. art. 19. num. 985. quod immiſſio pro dimidia concedenda ſit ſecundo viro, quando æqualiter cum filio primi matrimonij fuerit iſtitutus; Et fundatur hoc ex ſimiſi, quod traditur in- materia noſtræ Consuetudinis Neap. vbi medietas bonorum antiquorum per di- tam Consuetud. debita; vel nouem par- tes dotium maternarum, filiis per ean- dem Consuetud. reſeruat, non debentur

extra legitimam, ſed in illa medietate comprehenditur ipſa legitima, vt in ſpe- cie D. Consiliar. Theodorus in citata allegat. 11. num. 11. & ſeq. Mofetus in comment. ad Consuetud. Neap. par. 4. quest. 60. num. 11. & ſequen. vbi hanc opinionem à con- trarijs tuerit, & signanter à Vincen. de Franck. in dec̄ſio. 374. & decis. 667. ſub nu- 5. ex ſingul. doctrina Napoſan. in consuetud. & fi teſtator ſub num. 5. fol. mibi 175. in nouiſſim. hanc quoque firmarunt Anchar: cons. 101. & 428. & Surd. decis. 119. nu. 4. nam ſicut id, quod in legitimam imputa- tur, etiam in lucrum ſtatuti imputatur, ve tradit Surd. in dec̄ſ. 169. & ibi multa per 6 me in addit. ſic quoque quicquid ex lu- cro ſtatuti defertur in legitimam imputa- ri debet argum. l. nauis onusta ff. ad l. Rb. l. de iact. quod nemo dupli ci onere grauari debet, maxime, quando lucrum à ſtaruto delatum excederet quantitatē legitimæ, vt in ſpecie hoc ponderant citati Doctores, licet in foſtioribus volveret Boer. in dec̄ſ. 189. dicens id procedere, 7 etiam ſi illa portio à ſtatuto delata, eſſet minor legitima, cum non poſſit ſuccedēs- in ea agere pro eius ſupplemento, cum ipſa ſit legitima, ſubdens ſic post Albert. Brun. cæterosq; Doctores fuiffe deciſum. Et propterea Ancharan. in d. cons. 101. in- quirit, quod hæc partes filiis vigore ſtatuci debitæ computari debent in materia d. l. bac edictali, ita vt ſi tantundem de bonis, de quibus mater diſponere poſſet, dederit vitrico, quod eo caſu filij conqueri nō poſſint, tanquam iniuriam paſſi; cuius di- tum in ſpecie ſequutus fuit Albert. Brun. de ſtatut. excludent. ſæmin. artic. 13. quest. 10. & ſic lucrum prädictum ad vitrumque deſeruit, ſcilicet, & ad legitimam, & ve- non poſſit dici plus vitrico quam filiis ex primo matrimonio relictum.

9 Comprobatur tertio ſupradicta opinio ex communi Doctorum ſententia, quod vbi ſolam legitimam filius habet, tantun- dem conſequitur ſecundus vir ita Fabr. in ſuo Codic. lib. 5. tit. 5. de ſecund. nupt. defi- nit. 3. Maynard. decis. 14. lib. 3. igitur non videtur legitimam adeo eſſe à lege debi- tam, quin dicatur etiam relinqui à matre, alias

alias si non posset dici relieta à matre, sed à lege, mater non posset secundo viro tantundem relinquere, nec secundus vir posset tantundem consequi, quod est falsum. Quod procedit quamvis 10 minus legitima filio relatum sit, cum etiam hoc in casu vitricus capiat tantam summam, ascendentem ad ipsam legitimam, & si filius supplementum non petierit, ut late Dec. in l. humanitatis num. 7. vers. secundo quia de supplemento C. de impuber. & alijs substit. Mart. de success. legali par. 3. q. 11. num. 8. & tenuit Rot. apud Put. in decis. 1. 9. & 16. num. 8. lib. 2. contra Salic. in d. l. hac edictali; ex quo supplementum 11 dicitur habere iudicio testatoris secundum communem opinionem, de qua Beltran. in d. l. hac edictali num. 19. quam sequuta fuit Rota apud Put. in d. deciso. 9. num. 5. & decis. 16. num. 8. licet hoc sit fictione juris, ut inquit Boer. in decis. 201. num. 6. colum. penul. in princ. Quicquid contrarium dicat Alexan. Trentacing. lib. 3. var. resolu. tit. de matrimon. resol. 5. num. 34. fol. 345. vers. sed si tenere velles. Quamuis incertus auctor ad consil. Alexan. 158. lit. D. volum. 5. & ad consil. Dec. 246. in ultim. addit. dicat hoc procedere vbi mater expressè non limitavit filium ad minorem partem, cum eo casu licet portio filij per supplementum legitimæ, vel ius accrescendi, augeatur; tamen vitricus non erit æqualis, nec plus habebit, quam fuit illi filio taxatum, de qua quæstione, & de illius veritate dicemus infra in particulari quæstione.

13. Probatur denique ex glos. in l. quoniam præterita, seu Autben. ad eos vers. unde miror C. de secund. nupt. vbi colligitur, quod filii primi matrimonij non habent querelam ad reuocandam legitimam, quando est datum plus vitrico, quam filiis, sed solum habent remedium l. hac edictali, quod etiā videtur velle secundum Salic. glos. 1. in §. quoniam varie Autb. quib. mod. nat. effic. sui. igitur illa præcapi non potest.

14. Alij autem secus senserunt (& hoc mihi verius esse videtur) scilicet æqualitatem, deducta legitima seruandam esse, ita Dec. in cons. 246. num. 2. in fin. Rip. de

secund. uupt. resp. i. sub num. 13. vers. circa ultim. colum. fin. & in l. in quartam nu. 219. ff. ad leg. Falcid. Crauett. sibi contrarius in cons. 142. num. 3. & cons. 194. Curt. senior cons. 78. num. 4. Corn. cons. 118. volum. 1. Neuzan. cons. 84. num. 20. vers. in tantum Cephalus cons. 412. num. 6. vbi de magis communi Rimin. iun. conf. 311. num. 15. & conf. 333. num. 3. Zuccard. cons. 43. nu. 27. Sforz. Odd. cons. 3. num. 32. vbi in specie reprobat glos. & Doctores in versiculo diuidi, Cuman. conf. 110. n. 3 Fulgos. cōs. 97. vers. & banc sententiam ex glos. in d. S. optime, & vers. ex quibus Socin. consil. 35. colum. fin. volum. 4. Rolan. de lucro dot. quest. 27. vbi ab hac opinione vti magis cōmuni recessendum non esse, immò adhærendum inquit, & ita decisum profitetur Phanuc. eodem tract. §. 5. num. 43. vers. postremo, innumeris quoque apud Gabriel. libr. 3. commun. conclus. 5. nu. 61. vers. contrarium, de veriori, & magis communi testatur Surdus consil. 237. numer. 11. volum. 2. de communi etiam Bero. quest. famil. 119. num. 1. 2. & 3. Fachin. lib. 3. controvers. cap. 70. Mollesius ad Consuesud. Neapol. par. 7. quest. 20. num. 2. Mangil. de imputat. quest. 7. num. 52. cum sequen. & post nu. 56. vers. at opinionem, ita decisum tam in Rota Romana, quam in Delphin. Parlamento tradit Mart. de success. legali part. 3. quest. 11. art. 1. quilate hanc opinionem sequitur, atque tuetur, & ab ea vti communi, & à Doctoribus approbata non putat discedendum Alexan. Trentacing. lib. 3. variar. resolut. tit. de iur. dot. resol. 3. in fine, & sequitur Grasian. sibi contrarius tom. 3. discepe. forens. cap. 463. à num. 4. usque ad 13. & ab hac opinione, tanquam veriori, & communiori confutata Bursati sententia, stetisse Senatum inquit Tbesaur. in decis. 184. num. 11. in fin. & Franc. Marc. decis. 23. & decis. 77. lib. 2. Maynard. decis. 79. lib. 3. Rot. Roman. decis. 756. lib. 3. eadem met Rota apud Crescent. decis. 4. de testam. vbi hanc opinionem vti communiorem sequuta fuit, prout iudicatum quoque refert Rota Auen. 95. in fin. sic etiam Cancer. lib. 3. variar. resol. cap. 2. tit. de inuent. num. 183. dicens glos. d. l. hac edictali in verbo diuidi,

communiter esse reprobata, & in *num. 186.* in specie inquit, quod filius habere debet legitimam, subdens hanc veram communem, atque æquissimam resolutionem, & ita censuisse Senatum.
Fundatur hæc opinio ex *glos. in S. optimè* in verbo quippe *Authen. de nuptiis.* vbi aliud est remedium *l. hac editi* *ali*, & aliud petendi *15 legitimam*, nec vnum alterum excludit, cum debeantur ex diuersis causis; nempe lucrum *l. hac editi* *ali* in odium secundarum nuptiarum, & non iudicio parentum percipitur, & sic cessat imputatio ad *tex. in l. scimus S. repletionem C. de inoff. testam.* vbi ad hoc ut aliquid in legitimam imputetur duo copulatiūe requiruntur, primo quod res imputanda ex testatoris *16 substantia* perueniat. Secundo eius iudicio, & voluntate ut etiam ibi communiter *DD.* & latè *Bero conf. 39. num. 11. circa med. lib. 2.* & *Ludouis. decis. 568. num. 10.* Quæ conclusio ex pluribus probari videtur; primo nempe quia filius debitum *17 iure naturæ* consequitur ut æs alienum *l. papianus S. sed si impubes ff. de inoff. testam. l. fin. S. peu. C de Codicil.* quod æs alienum ante omnia debet exolui; portio autem, quæ ex *d. l. hac editi* *ali* defertur appellatur lucrum, ergo vnius deductio, alterius deductionem non impedit, argum. eius, quod dicitur de duabus quartis ut notat. *glos. in l. Papinianus S. meminisse ff. de inoff. testam.* & *l. q. emquam C. ad l. falcid.* Item etiam quia lucrum hoc alio respectu appellatur pénale, quasi irrogetur in poenam, & odium coniugis ad secundas conuolantis nuptias, ac portio iure naturæ debita appellatur persecutoria: quia, peream filius consequitur, quod sibi debetur, igitur vnum per alterum non tollitur argum. *l. pro iure S. furti actio ff. de condit furti.* & sic vbiunque penes filium aliquid remaneret tanquam filium, illud nūquam in legitimam imputatur, ita *Man. 18 gil. loco cit.* exemplo feudi, quod filio, uti filio debetur, in legitimam non imputatur, ita ex multorum auctoritatibus, vt communiorum tenet *Vasq. de success. lib. 3. p. 3. limit. 34. num. 233. vers. unde etiam.* Et in his terminis lucrum *d. l.* cum legitima

imputandum non esse vltra *DD.* vt supra citatos ita firmarunt *Dec. in consil. 19. in 2. dubio, Alex. ad Bartol. in d. l. hac editi* *ali* in *princ. apoſtill. magn. Socin. conf. 35. volu. 4. Fab. in Auth. nouissima nu. 119. C. de inoff. testam.* communem testatur *Beltrand. conf. 869. vol. 2.* & *in d. l. hac editi* *ali* *jol. 137. & seq. Rip. in l. in quartam num. 219. ff. ad leg. falcid.* vbi alios allegat, communem quoque esse dicit *Vasq. de success. lib. 3. S. 30. limit. 34. num. 233. p. 3.* Hæc autem conclusio nedum ex mente *DD.* imo *d. S. optime*, & *l. hac editi* *ali* probari videtur; ex *d. S. optime* inquam in *vers. quippe vbi postquam Imperator locutus fuit de distributione inter filios primi matrimonij, & secundum coniugem subdit;* *Quippe dudum quarta, nuus autem tertia, aut media secundum nostram legem portionem omnino suo filio relinquenda, aut danda.* Ponderanda est dictio *omnino*, quæ comprehendit omnem casum, vt notant *glos.* & *Bart. in l. scum exceptione S. quatenus ff. quod met. casus.* Igitur siue mater expresse filiis legitimam reliquerit, siue non, sed eos in aliqua parte vocauerit: illi eam præcipue habere, debet quod etiā denotare voluit Imperator, dicens: *filio relinquenda, aut danda,* denotans ex verbo *relinquenda*, quando mater de illa mentionem fecerit, & ex illo verbo *danda*, quando de illa mentionem non fecit, nam omnino filio dari debet, & sic ante omnia deduci. Nec ille *tex. hoc* dicit, immo etiam *d. l. hac editi* *ali* *vers. ita tamen ibi ita tamen, ut quarta pars, que eiisdem liberis debeatur, ex legibus nullo modo minuatur,* illa namque verba *nullo modo vniuersalia negativa, quæ omnem modum diminutionis denotant l. si is qui ducentia S. virum ff. de reb. dub. l. hoc genus vbi scribentes ff. de condit.* & *demonstr.* operantur quod legitima non confundatur cum portione filiis relicta, sed legitimam debent ab ea portione separatam, & præcipuam habere; alioquin per eum modum relinquendi quid filio de legitima mentione non facta, legitima minueretur nedum, sed etiam tolleretur; quod negat *tex. ille*, & *hanc esse veritatem,* & *esse casum ibi inquit Bald. in l. hac editi-*

edictali col. 3. vers. modo super isto, nam illa litera præsupponit, quod filius, cui minus relinquatur; debeat habere legitimam, & ultra hanc habeat reuocatoriam illius legis, nam si imputaretur in legitimam, non esset ultra hoc, sed fieret quædam confusio, quod est falsum, vt hoc argumento firmat *Florian. in disput. I. incipient. mulier viduata nu.* . . . & ob id *Paul. de Castr. in conf. 462. circ. fin. vol. 2.* inquit, DD. qui dicunt maritum exæquandum esse filius primi matrimonij, intelligi debeat inspeçto solummodo beneficio *l. hac edictali*, sed ultra illud debeat habere legitimam.

Comprobatur hæc conclusio *ex l. quoties ff. de act. & obligas. vbi habetur*, quod si lex 21 nouam inducit obligationem, nisi nominatione caueat, vt ea sola actione vtatur, etiam veteres, & nouæ actiones competent, & sic auxilium utrumque, tam vetus, quam nouum; igitur cum hoc in casu filius vnum auxilium, & sic vnam actionem descendenter à iure naturali, & alteram de iure ciuili habeat, vnum cum altero non confunditur, & ab hac opinione non putat tutum esse in consulendo recedere *Anchar. conf. 101. nu. 2.* Et ob 22 id *Laderch. conf. 27. dixit*, quod lucrum *d. l. hac edictali*, etiam si à parentibus fuerit dictum imputari debere, tamen non imputatur.

Et hac opinione retenta non obstante contrarium adducta, & primo.

Non obstat quod *Surd. in conf. 422. num. 21.* reprehendat *Tbesaur. in dicta decis. 184. 23 num. 11.* tanquam sibi repugnans in prima limitatione, in qua ait, quod si statuto cauetur, quod dos mulieris æqualiter inter vitricum, & filios primi matrimonij diuidature eo casu non erit detrahenda legitima per filios; Et deinde in secunda limitatione dicat, quod, si vxor æqualiter virum, & filios primi matrimonij instituat, tunc prius detrahenda erit legitima, vt æs alienum: siquidem in cœtata decis. nulla adest contrarietas, quoniam *Tbesaur. in prima limitatione loquitur* stante statuto, in quo casu communis sit *DD. conclusio*, quod dicta *lex hac edi-*

li cessat, cuius beneficium potest per statutum tolli, vt in *precedenti questione* dimicimus. In secundo vero casu concurrit solummodo voluntas vxoris, quæ vt cœtraria d.l. non sustinetur, vt optimæ ad hoc motiuum aduertit *Tbesaur. filius in addit. ad dict. decis. in ultim. addit. vers. aduerte*, quod dominus meus.

Nec mouent argumenta desumpta *ex glof. in l. hac edictali vers. diuidi, & l. quoniam præterita alias Autb. ad eos vers. unde miror C. de secund. nupt. & glof. in S. quoniam variè Autb. quib. mod. natural. effic. sui.* Si qui 24 dem respondet *glof. in d. vers. diuidi* intelligi debere simpliciter de beneficio *l. hac edictali* tantum, & non de legitima, scilicet vt vitricus, & filij ex primo matrimonio in hoc lucro æquales sint; alias esset contra seipsum in S. optime Autb. de nupt. vbi aperte habetur, vnum per alterum non confundi, & propterea ad tollendam contrarietatem ita concordari, & intelligi debent, prout intelligi debere dixerunt *Paul. de Castr. in conf. 462. vol. 2. in fin. Fulgos. in d.l. quoniam præterita C. de secuud. nupt. & Beltr. quam plurimos de communi allegans in d. l. hac edictali vers. ita tamen sub num. 23. & post multos R. de lucr. dot. quest. 27. sub num. 7. & pro-*

25 batur p eandemmet *glof. in L qui filium ff. ad Trebell. vbi glof. plures recitans opiniones ultima in dubio censetur recepta; igitur cū opinio glof. in d. S. optime sit ultima apud omnes, illa sequi, & attendi debet, vt tradit Gizzarell. in decis. 50. nu. 4 & ego ipse in Addit. ad *Surd. decis. 90. nu. 8.* Quæ opinio ratione fundatur per ea, quæ supra dicta sunt.*

26 Respectu *glof. S. quoniam varie*, illa inquā intelligenda est secundum S. optime ad quem se remittit, vbi contrarium disponit, cum Doctoris dictum intelligi debeat secundum iura, quæ allegata Bart. in l. non solum S. liberationis ff. de liberat. legas. Quod vero attinet ad *glof. in l. quoniam præterita vers. unde miror* scū ad Autb. ad eos, & ibi Salic. illa inquam est communiter reprobata, siquidem inquit quod ex conditione ex hac lege ceset querela, quod falsum est apud *Iac. Butr. in bac lege*,

tanquam in contrarium vigeat communis opinio, quæ in specie de communi quoque allegans sequitur Beltran. in d. l. bac editali vers. ita tamen num. 23. & ratio ea esse videtur, nam si hoc verum esset filius non habebit legitimam, cum respetu paratum priuatus erit legitima, & fieri non potest exceptis in casibus enumeratis in §. hoc quoque capitulum Auth. ut cum de appell. cognos. cum verissima sit iuris conclusio, lucrum l. bac editali non imputari in legitimam, vt alias dictum fuit, ea diversitatis ratione, nam legitima de iure ciuili suadente naturali ratione filiis debetur, lucrum autem l. bac editali in odiu & poenam secundi coniugis plus vitrico, quam vni ex filijs primi matrimonij conferentis, & sic in recompensationem in iuriæ illatæ, & sic vti vnum satis ab altero diuersum non confunditur, & hanc opinionem, quod prius legitima detrahenda sit contra glo. vti communiter reprobata tenuerunt Iac. Butr. in bac l. vbi de communi testatur, & de cōmuni DD. in l. 1. C. de inoff. dot. ac Beltran. in dicta l. bac editali vers. ita tamen nu. 23. subdens male dixisse glo. prædictam, sic etiam nu. 24. vbi ait hanc esse magis communem, & ab ea non esse recedendum contra Salic. in d. l. bac editali vers. quo veritas, tamquam non ponderant glo. prædicta.

31 Minus refragatur argumētum desumptum ex medietate vigore Consuetudinis Neap. vel alterius statuti debitæ, vt illa scilicet in filij legitimam imputetur, siquidem ultra quod Vinc. de Francb. in decif. 374. contrarium tenuit, & hoc nititur ratione; quoniam, quod extra patris voluntatem capitur in legitimam non imputatur l. quoniam nouella §. repletionem & ibi communiter DD. C. de inoff. testam. at certum est, medietatem ex consuetudine debitam extra patris voluntatem, deberi vt expressè sentit Scipio Buccin. in Consuetud. & testator lit. b. fol. mibi 173.

32 dicens medietatem huius Consuetudinis proximiores habere non ex iudicio defuncti, sed ex prouidentia Consuetudinis; & propterea subdit legatum factum agnato non imputari in ipsam mediet-

tem ex Consuetud. debitam, ex eo, quia ad dictam medietatem non tenetur testator, sed alius. Quicquid sit respectu legitimæ, cum quocumque titulo aliquid filio relictum fuerit, siue titulo legati, siue institutionis, siue quovis alio modo semper in legitimæ compensationem relictæ esse censeatur, vt late Ego ipse tradidi in addit. ad Surdum in decis. 293. n. 1. nam ad eam pater tenetur §. 1. ausben. de bared. & fakid.

Tamen quicquid sit de hac quæstione non potest fieri illatio de uno ad alium casum, nam & si medietas ex Consuetudine debita in legitimam imputetur, hoc est, quia debetur iure hæreditario, vt expressè videtur sentire Napodan. in Consuetud. Et si testator num. 33. in fin. fol. 181. in nouissim vbi ad hoc, vt dicta portio transmittatur, requiritur agnitus, & latius in d. Consuetud. num. 13. vers. non obstat patrum, sic etiam in specie Capic. ad Consuet. Si moriatur fol. mibi 91. lit. Vincen. de Francb. in decis. 89. 374. & 536. num. 1. & Ego in additio. ad Surdum in decisio. 140. in fin. De Pont. consl. 52. num. 21. & 22. & cons. 37. nu. 29. & seq. vol. 1. Quod secus 35 in lucro ex d. l. bac editali delato, illud enim non debetur iure hæreditario, sed ratione ciuili propter filiorum offensam, vt alias diximus, & transmittitur absque agnitione, vt infra dicemus.

36 Sed si tu velis dicere cum Molfes. in d. par. 4. quæst. 61. quod portio huius Consuetud. non debeatur iure hæreditario, sed ex prouidentia Consuetudinis vt latius voluit Surd. in cons. 206. num. 11. ac Marta de success. legali par. 1. quæst. 21. art. 2. num. 12. cum sequen. Argumentum in contrarium factum corruit ex glo. dicto §. optime verbo quippe, vbi aliud est legitima, & aliud lucrum à lege proueniens, & vnum per alterum non confunditur. Vl-37 tra quod vbi hæc opinio procederet, medietas deberetur absque onere; & tamen per Sacrum Consilium fuit decisum onus hæreditarium deduci ab omnibus bonis antiquis, vt tradit Pisanell. ad Consuetud. si aliquis fol. 170. lit. a. ergo succeditur iure hæreditario.

Et

- 38 Et Doctores, qui contrarium tueruntur, dicunt onus deduci debere de mediatae in subsidium, ut tradunt Capic. ad Consuetud. Et si testator fol. 182. incipiente. Item Sacrum Consilium, ubi in fine subdit sic procedere dicta per Stephan. de Gaeta in d. Consuetud. Et si testator fol. 169. incip. senet hic Napodanus, inquiens etiam sic determinasse Sacrum Consilium, ubi Jacobus Anell. de Bott. post dictam Apostillam Capic. dicit sic etiam fuisse iudicatum per idem Sacrum Consilium, ac Scip. Buccin. in citata Consuetud. fol. 174. lit. F. Ex quorum dictis satis clara appetit veritas huius ius questionis, scilicet quod in hac mediatae succedatur iure hereditario, exemplo bonorum fideicōmissariorum ad sex. in autb. res que, & ibi communiter Doctores C. commun. deleg. Nam & si ex mera prudenteria Consuetudinis quis succederet, etiam in subsidium non teneretur, ex eo quia non diceretur successio defuncti, sed Consuetudinis, & propterea Molles. in d. quast. 61. num. 14. dicit hanc opinionem esse probabilem. Quamuis Paul. de Castr. in cons. 441. volum. 1. in nouiss. num. 5. in propriis terminis dicat, quod in his 40 nouem partibus dotum maternarum filii vigore statuti reseruatis, ipsi filij non succedunt vti heredes ex testamento, vel ab intestato, sed tamquam successores vtilles, quæ est tercia species successionis separata à prædictis, & sic dicuntur vniuersales successores sicut filius, & ideo ad onera tenentur ad sex. in l. tutoris C. ad l. Iuliam de vi public. cuius dictum etiam secutus est Albert. Brunus de statut. exclud. faemin. art. 13. num. 111. circa med. Igitur consequentia erit, quod quomodo cumq; id capiatur semper iure successionis percipitur, & propterea non valet ad hanc questionem hæc illatio.
- 41 Remouetur denique reliquum argumentum, scilicet, quod portio vitri non debet esse minus legitima, cum tantundem à coniuge relinqui possit; si quidem non per hoc sequitur, ubi portio filij esset ultra legitimam, quod tantundem vitricus habere posset; quoniam in hoc casu legitima non venit in consideratione, vt

tantundem vitricus habeat, sed solum illud plus, quod esset ultra legitimam, & sic filius prius detraharet legitimam, & reliquum cum vitrico diuidideret, ita in puncto firmarunt Angel. & Jacobus de Belluſ. in d. S. optime per glos. ibi in vers. quippe, ac Bart. Bald. & Caſtr. in l. I. C. de inoff. dot. idem Caſtr. in cons. 348. col. 2. num. 2. in fin. & latius in consil. 462. videndus volum. 2. in nouiss. & ab hac opinione tutum in consulendo recedere non putat Anch. consil. 101. in secundo dubio, eamque tenet Socin. cons. 35. volum. 4. col. fin. Corn. consil. 33. & 118. colum. fin. volum. 1. Dec. consil. 246. colum. 2. num. 2. volum. 1. Crauett. consil. 142. num. 4. & consil. 194. in princ. cum alijs plenè adductis per Rimini. iun. in cons. 333. num. 4. volum. 3. subdens hanc opinionem esse communiter approbatam.

42 Et quamvis aliqui ex DD. in prima opinione allegati dicant hanc ultimam opinionem procedere, quando nihil, vel minus legitima fuerit relictum, eo enim casu prius detrahenda erit legitima, at secus ubi æqualiter essent instituti, ut etiam tradit Boer. decis. 201. num. 4. versic. contrarium, & latius cum hac distinctione bis per Senatum iudicatum fuisse assertit Fabr. in suo Codic. lib. 5. tit. 5. definit. 6.

43 Tamen quoad me hæc concordantia non satisfacit, si quidem ubi non est aliquid filio relictum; certum est prius detrahendam esse legitimam, & reliquum diuidi cum vitrico, & nouerca, alias esset admittere opinionem glos. in d. l. quoniam preterita, quæ communiter ab omnibus reprobatur, vt supra dictum est. At quando aliquid minimum filio relictum est, tunc filius non detrahit legitimam, & reliquum diuidit cum vitrico, vel nouerca, sed totum auocat à vitrico retenta illi tanta quantitate, quæ poterat portionem filij importare, vt expressè habetur in sex. ibi cui minor portio derelicta sit, vel ad portionem æquivalentem legitimam, habitatione supplementi. Et ratio diuersitatis ea esse potest, quoniam in primo casu cū non appareat per correlationem alicuius rei alicui ex filiis primi matrimonij ad:

hoc, ut tantum possit dari vitrico; vel nouercae, & tunc secundum opinionem Bar. in l. i. C. de inoffic. dot. filij ex primo matrimonio per querelam in officio dotis, vel donationis auocarent legitimam, & reliquum æqualiter diuidenter. Sed in secundo casu, scilicet vbi aliquid filio est relictum id non procedit, cum appareat per correlationem illius, & sic filius non detrahit legitimam, sed vitricus tantum habebit, quantum ipsi filio fuerit relictū. vbi vero filius, & vitricus æqualiter es- sent instituti, & tunc æqualitas non erit habita ratione legitimæ ipsius filij, sed tantum illius, quod ipsa deducta superef- set, vt alias supra probatum fuit, & propte- rea in facto ab hac opinione ne recedas.

44 His verò notatis nolui in hac quæstio- ne prætermittere, in æqualitatem huius legis non solum considerari, vbi vi- tricus plus quam filius primi matrimonij haberet, sed vbi respectu æris alieni inæ- quales essent, quamuis respectu portio- num sint æquales, vt decilum refert Fab. in suo Codic. lib. 5. tit. 5. de secund. nupt. de- finit. 12. & latè Farinac. in decis. 121. nu. 1.

45 circa med. tom. 2. vbi ait inæqualitatem insurgere ex conditionibus, & oneribus appositis ex sece. in S. plus autem inst. de- act. ob quod dixit Dec. cons. 46. numer. 1. quod plus & minus etiam iudicatur ex facilitate exigendi legatum, sic etiam Napod. ad Consuet. Sijfratres num. 6. quod semper tene menti.

ARGUMENTVM.

Num portio Vitrici, vel Nouercae esse debeat iuxta relictum factum vni ex liberis ex primo matrimonio, licet sit minus legitima, nulla habita ratione supplementi.

S V M M A R I V M.

1. *Portio Vitrici, vel Nouercae an debeat equi-*

ualere legitima filij, quamvis minus illa relictum sit, nullo habito respectu ad sup- plementum, & nu. 33.

Sed distingue an relictum filij habeat taxa- suam annexam, vel prohibitionem plus pesondi nu. 5.

Contrarium nu. 35.

*Si in filius supplementum petieris. Intellege n. 7
Sed contrarium & indistincte siue petieris,
siue non nu. 10. 11. 16. 35. & 37.*

*Vtrum recensentur nonnullæ aliae opiniones
num. 16.*

2 *Pro supplemento legitima conditio ex lege.
& non actio ex testamento datur.*

Contrarium nu. 29.

3 *Beneficium l. bac edictali datur filiis propter iniuriam s. relatam in relinquendo plus Vitrico vel Nouerca.*

4 *Lex in paenam condita non est in odium re- torquenda.*

6 *Expressa magis nocent, quam tacita.*

8 *Supplementum legitima non sit nisi nolensi.*

9 *Repudiandi legitima non debetur.*

12 *Pater potest filio furioso exemplariter substi- tuere, etiam si minus ei fuerit relictum.*

13 *Legitima supplementum sit ipso iure, non
autem sub conditione si petatur.*

14 *Legitima & eius supplementum transmitti- tur ad quoscumque heredes etiam extra- neos, licet non fuerit petita.*

15 *Legitima & eius supplementum filio non
debetur ut lucrum, sed ut res debita.*

17 *Supplementum legitime nedum iudicio te- statoris, verum ex precepto legis venit.*

18 *Quod venit per ius accrescendi, iudicio te- statoris venire dicitur.*

19 *Bart. in l. si quis filium ff. de inoff. testam. re- probatur.*

20 *Supplementum legitima non prescribitur nat- nori spatio triginta annorum.*

21 *Supplementi petitio non subrogatur loco
querelle.*

22 *Potens supplementum non dicuntur contra te- stamentum venire, sed illud approbare
consetur.*

23 *Quod interpretari, & declarari venit
a lege, ex mente testatoris dicitur venire.*

24 *Ponens contra dispositionem l. bac edictali
disposuisse non dicitur, & filio minus legitima
reliquirit, & Vitrico, vel Nouerca
equi.*

- aequivalentem legitima portionem.*
- 25 *Filius in tuta legitima institutus censetur, licet ei minus legitima relictum sit,* & nu. 36.
- 26 *Talis presumitur testatoris voluntas, qualis de iure esse debet.*
- 27 *Hypothecaria datur pro supplemento.*
Intellige nu. 28.
- 29 *Actio ex testamento pro supplemento datur.*
- 30 *Vna actio ubi in locum deficiens actionis subrogatur, sicut naturam illius, in cuius locum subrogatur.*
- 31 *Relictum dicuntur filio, quod à lege suppletur.*
- 32 *Haberi dicuntur, quod quocunque titulo habebur.*
- 33 *L. bac edictali S. ista tamen vers. cui minor portio ultima voluntate relicta, aut donata fuerit C. de secund. nupt. declaratur.*
- 38 *Acceptans legatum cù prohibitione plus petendi, non censetur supplemento legitima renunciatum,* & nu. 39.
- 40 *In material. bac edictali filius censetur conferre quicquid inter viuos, vel in ultima voluntate à parente habuit,* & sic econtra viricus, vel nouerca.

Q V A E S T I O V I I I .

NON minus pulchra, quam perplexa est præsens questio ob varias DD. opiniones, propter quas eam Cæsarea egere decisione inquit Thesaur. Iun. in addit. ad suum genitor. in decis. 170. in 1. addit. propè med. Cum multi dicant vitricum, vel nouercam contentari debere de quantitate filii relicta, quamvis minima; nulla habita consideratione, quod filius potuisset si voluisse, (non obstante legato) totam legitimam, seu illius supplementum petere, ut tradunt Salyc. in d. l. bac edictali q. 7. Corn. conf. 118. vol. 1. & cōf. 51. col. fin. vol. 4. vbi ait ita Bald. Nouell. consuliisse, & sequitur Bertrand. conf. 90. conf. 124. col. 4. & cōf. 83. vol. 3. sic et Aym. conf. 194. col. 2. Molfes. ad Confus. Neap. p. 3. de success. ex testam. q. 17. Alex. Trenta. cinq. lib. 3. var. resol. sit. de matrimon. resol. 5. nu. 34. vers. oītauo procedit; Hanc denique opinionem acerrime tuetur Io: Stephan. Durant. quest. iur. 16. licet duplicita fuc-

rit in q. 42. & secundum eam in dies in Parisiensi Senatu iudicari testatur Charund. in memorab. in verbo donations fol. 65. Cheneu in collectione Arrestorum quest. 65 & 66. in secund. edition. Chopin. in consuet. Andium lib. 3. cap. 1. tit. 1. nu. 9. cum alijs per Ferrer. in addit. ad dictam. quest. Durant. 16.

Fundamentum huius opinionis est in d. l. bac edictali in verbis illis, cui minor portio derelicta, vel donata fuerit, vbi videtur expressè determinari respectu nouercæ eius relictum regulari debere secundum expressam testatoris voluntatem, & sic secundum, quod vni ex filiis fuerit minus relictum, quod quidem licet per legem. 2 suppleatur, non tamen dicuntur relictum, quia id testator non expressit; & propterea pro supplemento non datur actio ex testamento, sed conditio ex lege, vt l. scimus C. de inoff. testamen. & hanc esse communiorum, & verissimam opinionem inquit Peregr. de fideicom. art. 36. num. 149. & 151. quam etiam sequuntur Cuch. de legirima §. sed ita nu. 4. & 5. Crass. §. legitimis q. 47. sub nu. 1. Suarez in l. quoniam in prioribus ampliat. 11. nu. 7. 11. & 12. C. de inoff. testam. idem Peregr. in decis. 37. Vrbil. ad Affict. decis. 162. in fin. Thesaur. lib. 3. qq. forens. q. 72. nu. 11. vers. imo nec Gratian to. 1. discept. cap. 198. nu. 16. Mangil de imput. q. 12. num. 16. & 17. Belramin. ad decis. Ludouij. 489. numer. 24. Statil. pacific. dec. 48. & 69. nu. 6. & 7. post tract. de Saluian. interd. eademmet Rot. Roman. in dec. 184. nu. 12. p. 4. in nouiss.

Quod eo magis videtur dicendum, quia beneficium d. l. bac edictali datur propter iniuriam filii illatam in relinquendo plus nouercæ, quā ipsis, illud plus ea de caussa 3 filii primi matrimonij applicando; igitur cum iniuratus vi leatur in illa minima parte, nouercæ non videatur applicari, quod per dictam legem suppletur, cum lex condita in pñnam; non sit in fauorem retorquenda, argumen. à contrario sensu, b. quod fauore de legib.

5 Alij verò ad distinctionem recurrerunt, scilicet an relictum habeat taxatiuam annexam, vel prohibitionem plus pertenendi,

di, cum eo casu procederet supradicta opinio, pro ut de taxatua tradiderunt Bertrand. in d. S. ita tamen nu. 11. & consil. 166. vol. 1. incertus Auctor ad consil. Decū 246. in ultima addit. & ad consil. Alex. 158. lit. D. vol. 5. quamplurimos allegat Rub. consil. 115. per tot. vbi eam latè defendit. Crauett. conf. 40. nu. 9. & conf. 193. num. 12. Bursat. conf. 12. nu. 10. & 38. vbi ita in Rot. Roman. iudicatum profitetur, hanc etiam communem dicit Rimini. Iun. consil. 333. nu. 5. Et hunc esse verissimum intellectum l. hac edictali S. ita tamen testatur Gabriel consil. 13. & seq. vol. 2. & sequuntur Mar- cobr. conf. 75. num. 139. vbi reprehendit Salic. contrarium tenentem, Hippol. Rimi- nald. inter conf. ultim. vol. conf. 166 num 3. vers. tercia conclusso, Laderch. Imol. conf. 27. nu. 14. Surd. conf. 422. num. 24. vol. 3. Consil. Theodor. alleg. 1. l. num. 20. in fin. Cancer. lib. 3. var. resol. cap. 2. tit. de inuentar. num. 193. Michael. Ferr. in 3. par. obser. cap. 307. com munem dicit Boer. decis. 201. num. 6. circa fin. & sequuta fuit Rot. Roman. in dec. 596. p. 1. in nouiss. & amplexus Senat. Pedem. teste Thesaur. iun. in addit. ad suum genito rem in decis. 170. vers. ceterum.

Et de prohibitione plus petendi tenuit Ga- briel d. consil. 13. nu. 14. & seq. vol. 2. & cōm. conclus. 318. de secund nupt. conclus. 4. num. 36. vbi allegat Aym. conf. 193. nu. 12. dicente hanc opinionem esse veram, quem etiam allegat, & sequitur Alex. Trentacing. in cit. resol 5. nu. 39. fol. 345. col. 2. vers. ex pre- dictis ergo & Boer. d. decis. 201. nu. 6. circa finem vers. sed banc Bald. opinionem, pro ut censuisse Senatum inquit Thesaur. filius in d. decis. 170. in prima addit. in fin. licet subdat aliquantulum dubiam esse apud ipsum hanc distinctionem, in qua etiam pedes noluit firmare Surd. in d. consil. 422. nu. 24. vers. quam tamen ampliationem pro nunc non firmo.

Et fundamentum huius opinionis esse vi- detur, quod cum relictum taxatium ha- beat, videtur, quod supplementum ha- beat filius contra expressam testatoris vo luntatem; idcirco iustum videtur, quod vitricus, vel nouerca non habeant nisi quantum fuerit filio relictum; expressa es-

7 nim magis nocent, quam tacita l. nomi- quam 25. de condit. & demonstrat. l. expressa 195. de regul. iur.

Nonnulli tamen, vitricum, vel nouercam integrum legitimam habere debere di- 7 xerunt, si tamen filius supplementum pe- tierit ut post multos voluit Alex. Trenta- cinq. in cit. resol. 5. fol. 345. col. 2. vers. secunda est quæstio.

Cuius opinionis fundamentum videtur de- pendere ex glos. in l. scimus in verbo ipso

8 iure C. de inoff. testam. vbi supplementum legitimæ non sit nisi volenti, quæ glos. communiter est approbata ut tradit Ias. ibi nu. 2. & hanc esse veriorē, & receptio- nem testatur Ceuall. in tract. comm. contr. comm. quæst. 211. & 240. & latè compro- bat Tiraqu. in l. si unquam vers. reuertatur nu. 12. C. de reuoc. donat. & de magis cōm. firmat Kchirc. comm. opin. cent. 5. concl. 62.

9 ergo nolenti, legitima non suppletur; re- pudiant enim, legitima non debetur, ita Bald. consil. 73. col. 2. vers. huic quæstioni alia incidit vol. 1. & consil. 75. incipiente refuta- tio volum. 4. & plenè ego ipse in addit. ad Surd. in dec. 5. 240 nu. 9. cum seq.

10 Secus autem, & indistinctè, siue filius pe- tierit, siue non multi senserunt post glos. in S. quoniam variè vers. habens Auth. quibus mad. nat. efficiant sui Bald. in d. l. hac edictali: Anon. Bologn. cæterique relati per Berrād. in d. S. ita tamen nu. 1. & 2. Aretin. & Dec. in l. humanitatis C. de imp. ber. & alijs subst. vbi de communii Crauett. d. consil. 193. sub num. 12. consil. 40. num. 9. consil. 142. col. 2. & consil. 194. nu. 5. Alex. consil. 158. col. 2. vol. 5. Grammatic. consil. ciuil. 153. col. 1. innume- ri apud Gabriel. commun. conclus. tit. de se- cundnupt. conclus. 4. nu. 34. vers. contrariū, Cancer. lib. 3. var. resol. cap. 2. tit. de inuen- tar. nu. 193. vers. in ista materia, Marta de success. legal. par. 3. quæst. 11. art. 1. nu. 8. vbi ita determinatum fuisse ostendit, & se- quitur Fachin. libr. 3. controvers. cap. 67. Mober. decis. 1. alias 231. de testament. Et in hanc partem vti magis communem inclinasse Senatum testatur Thesaur. iun. in addit. ad decis. sui genitoris 170. quam etiam sequutus est Senatus apud May- nard. in decis. 74. lib. 31 & amplexa fuit Ro- ta

ta Roman. apud Pus. deois. 1.9. & 16. p. 2.
11 contra Salyc. cum possent fieri fraudes, vt
filius nollet petere, vt vitricū fraudaret,
sic demum firmauit Sforz. Odd. cons. 3. nu.
36. subdens hanc esse communem, &
fuisse originalem sententiam Bald. in d.l.
bat edictali.

Quod probatur ex tex. in l. humanitatis C. de
impuber. & alijs substis. vbi pater ita de-
12 mūm potest filio furioso exemplariter
substituere, si ei legitimam reliquerit, &
tamen si minus legitima fuerit reliquum,
debet suppleri, & valebit, secundum cō-
munem DD. traditionem ibi, & tradit
Bart. in l. ex facto ff. de vulg. & pupill.

Et ratio fundamentalis huius opinionis ea
esse videtur, si quidem suppletio fit ipso
13 iure l. omnimodo C. de inoff testam. etiam
quod non petatur, vt voluerunt Salyc.
in l. scimus num. 4. ibique etiam Bald. C. de
inoff testam. Mantic. de coniect. ultim. vol.
lib. 7. sit 8. num. 10. Crass. S. legitima quæst.
36. in fin. ibique de communi, & vera op-
pinione testatur, & sequuntur Surd. consl.
128. nu. 2. & 3. Menoch. cons. 77. nu. 8. vol.
1. ac Mangil. de imputat quæst. 7. num. 39.
vbi de communi profitetur.

14 Ex hoc inde dixerunt DD. quod legi-
tima, & eius supplementum transmittitur
ad heredes etiam extraneos, quamvis
non fuerit petita vt latè Dec. cons. 103. in
princ. Aym. cons. 142. num. 2. Menoch. cons.
77. d. nu. 8. Marzar. cons. 31. nu. 36. Decian.
cons. 18. nu. 22. lib. 2. Mantic. de coniect. ul-
tim. voluntas d. tit. 8. num. 10. vbi allegat
Boer. in decis. 250. nu. 4. sic quoque Fusar.
de substis. quæst 296. nu. 38. & Gratian. 10.
1. discept. for. cap. 118. nu. 30. & seq. & so.
2. cap. 271. nu. 7. & 14. Igitur cum supple-
tio per legem fiat ipso iure, actio ad sup-
plementum præsupponit ius iam in esse
quæsitum, & venit ad executionem iu-
ris quæsiti vt tradit Bald. in l. si quis filium
34. sub nu. 6. col. 3. vers. secundo repello C. de
inoff. testam. Alexa. cons. 128. col. 5. num. 5.
vers. & respondet ad rationem lib. 1. Et pro-
pterea non videtur obstat, quod petat,
vel non, si iā ius sit quæsitum; legitimam
enim & eius supplementum filius non ca-
15 pit tanquam lucrum, sed vii rem debitā,

vt notabiliter dixit Bart. in l. fin. S. in com-
putatione sub nu. 6. in fin. C. de iur. deliber.
cum alijs cumularis per Pascat. de virib.
patr. potest. p. 2. cap. 2. num. 53. circa med.
post vers. nam dum pater.

16 Et denique alij dixerunt, quod indi-
stinctè, siue cōstaret, siue non testatorem
plus filio relinquere voluisse, quam in te-
stamento esset scriptum, siue id expresse-
rit, siue non, semper vitricus, & nouerca
debeant integrum habere legitimam, vt
latè tuetur Fab. in suo Cidic. lib. 5. tit. 5.
definit. 3. tit. de secund. nupt. vbi subdit sic
in illo Sebusiano Senatu determinatum
fuisse, pro vt etiam ita tenuisse Senatum
dixit Maynard. d. decis. 74. lib. 3. circa fin.
vers. Curia enim nostra. Et in hanc quo-
que opinionem deuenit (post hæc omnia
scripta visus) Fontanell. de paci. nupt. clau-
sul. 5. glos. 8. par. 4. nu. 31. vers. sed tamen
eam, quam etiam se qui videtur Thesaur.
iun. in sapè citata addit. ad decis. 170. in fin.
in prim. addit. vbi inquit contrariam di-
stinctionem apud se dubiam aliquantu-
lum esse, ex eo, quod supplementum non
solum venit iudicio testatoris, sed ex le-
gis præcepto, cui etiam opinioni inhæ-
ret Surd. cons. 442. in fin. dum ait hanc di-
stinctionem pro nunc se non firmare.

Ego verò, (vt meam proferam sententiam)
non recederem ab hac ultima opinione,
vti magis vera, & in Senatibus amplexa.

Et ducor primò ex doctrina Bald. in authent.
presbyteros C. de Episcop. & Cleric nu. 2. vbi
quod venit per l. omnimodo C. de inoff. te-
stam. venit per ius accrescendi, sed ita

18 est, quod venit per ius accrescendi, venit
iudicio testatoris l. si Titio 63. S. Julianus
ff. de leg. 2. l. unic. S. nouissima C. de caduc.
toll. l. si ex parte ff de acquir. bæredit. licet
tacitè, & etiam tradit Bart. in l. in testamen-
to nu. 3 de vulgar. & pupill. & ibique Alex.
num. 4 & Ias. nu. 5. & sequitur Aretin. in l.
seruus communis ab extraneo in 2. notab. ff.
de acquirend. bæredit. & post inumeros
Mantic. de coniect. ultim. volunt. lib. 4. tit.
12. nu. 2. & seq. ergo supplementum non
tantum dicitur haberi à lege, quam ex
tacita testatoris voluntate.

Nec obstat, quod Bart. in l. si quis filium ff. de
inoff.

inoff. testam. dicat, quod illud, quod peruenit ex d. l. omnimodo succedat loco querelæ, & excluditur præscriptione quinquennali, sicut ipsa querela in officiōsi testamenti per illum tex. & proinde non venit ex tacita testatoris voluntate, sed expressè contra.

19 *Si quidem respondetur Bar. cōmuniciter in hoc reprobari, cum supplementum non præscribatur minori spatio 30. annorum, pro ut ipsa legitima, & hanc esse ueriorem, & receptionem sentētiā testantur Bald. in l. si quis in suo nu. 4. & d. l. si quis filium in fin. de inoff. testam. & in autb. presb̄yeros C. de Episcop. & Cleric. ac consil. 25. nu. 3. lib. 4. Angel. in d. l. omnimod. & in d. l. si quis filium S. sed nos num. 3. ubi etiam Salyc. nu. 8. Calderin. cons. 17. Fulgos. cons. 83. nu. 3. Paul. de Castr. in d. l. si quis filium nu. 4. vers. sed est dubium, & cons. 109 nu. 2. lib. 1. Alex. cons. 128. nu. 10. lib. 1. de communi testantur Ias. in d. l. si quis filium nu. 5. & 6. Dec. cons. 303. num. 2. & in fin. Grat. cons. 109. nu. 21. lib. 1. & Surd. consil. 148. sub nu. 13. & cons. 128. num. 15. hanc etiam sequuti sunt Bero. cons. 174. num. 28. lib. 2. Natta. cons. 156. nu. 4. Rimini. Iun. cōs. 31. nu. 57. Pedroch. cons. 61. num. 61. Marzar. cons. 29. nu. 39. Decian. cons. 6. num. 8. lib. 1. Cephal. cons. 667. num. 9. Berret. cons. 114. nu. 8. de communi quoque Handed. cons. 83. nu. 25. & 85. lib. 1. & accesserunt Crass. in S. legitima q. 47. Americ. de patr. potest. effect. 16. nu. 51. Vasq. in d. l. omnimodo lib. 3. S. 30. num. 95. Cucb. de legitim. sub capit. quod legitima nullum grauamen admittit num. 94. & seq. fol. 132. Tiraq. in l. se unquam in fin. nu. 312. & 315. C. de reuoc. donat. idem Vasq. de success. creat. lib. 1. S. 10. nu. 255. Lup. de illegit. comment. 4. S. 2. num. 26. vers. nam remedium agendi ad supplementum legitima Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 3. q. 7. nu. 4. vers. circa præscriptionem ubi de ueriori, & magis communi Balb. de præscript. 4. part. 4. part. princ. q. 23. Viu. commun. opin. 203. lib. 1. Villalob. lit. nu. 105. Kirchb̄u. commun. opin. centur. 5. conch. 63. de cōmuni, & ueriori Boer. dec. 250 nu. 1. & 3. & cons. 38. nu. 2. Put. decis. 127. lib. 2. Mohed. decis. 2. de præscript. Rot. Rom.*

decis. 668. p. 1. & apud Farinas. decis. 419. pertot. p. 4. & apud Ludouis. decis. 489. ubi Belramin. in prima addit. sic per eandem Rotam de anno 1613. iudicatum refert. Guid. Pap. decis. 82. prout ita Senatum Sebusiōnū declarasse inquit Fabr. in suo Codic. lib. 3. tit. 19. de inoff. testament. definit. 7.

21 *Et adeò vera est hæc opinio, vt peticio supplementi non subrogetur loco querelæ, quoniam fuit inductum ad illam excludendam, & habeat iniucem oppositam naturam, & contrarium effectum, quippe querela prodita fuit ad annullandum testamentum l. posthumus S. si quis & l. Papinianus S. si ex causa ff. de inoff. testam. supplementum autem ad illud sustinendum d. l. omnimodo C. cod. prout ita omnes, vt supra citati DD. vnde inter ea non potest cadere subrogatio, quæ præsupponit eandem naturam l. si cum S. qui iniuriarum ff. si quis caut. & hoc non tantum respectu filij, sed eius hæredis, reprobato Angelo, & alijs, vt tradiderūt citati DD. & præcipue Ludouis. & Farinac. in citatis decis.*

22 *Hinc est, quod petens. supplementum non dicitur venire contra testamentum, in quo minus legitima ei fuerit relictum, sed illud approbare videtur ita Sotin. in l. Gallus S. & quid si tantum num. 17. ff. de liber. & postbum. & cons. 150. num. 29. lib. 1. ac cons. 230. num. 6. lib. 2. Caſtr. conf. 31. num. 3. lib. 2. Ias. conf. 131. lib. 4. Riminald. conf. 328. num. 37. & 45. Curt. iunior consil. 327. num. 6. Paris. consil. 7. num. 54. & 55. lib. 2. Euerard. consil. 36. num. 28. volum. alijque citati DD.*

Secundò probatur hæc opinio, quia filius legitimam consequi censemur non solum à lege, sed ab ipso testatore, nam & si minus ei relictū sit à parentibus, nihilo minus integrum legitimam consequitur per legis dispositionem; quæ supplementum attribuit liberis ad confirmandum testamentum, ita ut quasi testamento relictū sit, supplementum filius illud consequatur; cum ergo filius ex testamento repletionem legitimæ consequatur, legitima liberis censemur à parentibus testamento relicta, ergo minima portio de qua agitur in d. l. bac edictali debet referri ad

ad integrum legitimam filiorum: & probatur ex l. se seruus plurium §. fin. ff. de leg. I. & l. proponebatur ff. de leg. 2. l. errore C. de testament. l. voluntas, & l. voluntatis C. de fideicommiss. cum alijs similibus, vbi quando testator minus dicit quam oporteat,
 23 & lex supplet declaratiuè, & interpretatiuè, id ex mente testantis dicitur venire, & facit l. cum auis ff. de condit. & demonstr. sed illud quod venit ex d. l. omnimodo fuit minus dictum à testatore, & suppletur à lege; ergo dicitur esse de mente testatoris, & per consequens sumus in terminis d. l. hac edictali. Et hoc est, quod in terminis nostris voluit inferre ex d. l. omnimodo Crass. in §. legitima quest. 31. num. 3. dum
 24 inquit, quod pater non dicitur disposuisse contra l. hac edictali, si minus legitima filio reliquerit, & uxori æquivalentem legitimæ portionem, & rationem reddit secundum communem DD. opinionem, quod filio ex primo matrimonio dicitur integra legitima relicta, & allegat eiusdem sententia Dec. Bald. & Cucb. prout etiam firmauit Boer, in decis. 201, colum. penult. in princip. quibus addo Aretin. in l. ex facto num. 13. ff. de vulgar. & pupill. ac in l. scimus C. de inoffic. testimoni. qui ait, quod
 25 censeatur filius in hoc casu in tota sua legitima institutus, non aliter, ac si verè, & effectualiter esset in toto scriptus; & sequitur Vasqu. in l. quoniam. in prioribus lib. I. §. 10. num. 516. cum talis presumatur testatoris voluntas; qualis de iure esse debet l. pactum §. fin. ff. de pact.

27 Et hac de causa Dec. in cons. 235. num. 6. ait, quod pro isto supplemento hypothecaria datur, ex eo, quod ex voluntate testatoris procedere videatur quasi plus dictum, & minus scriptum, quæ aliter non competenter si contra parentis voluntatem perciperetur. Nec mouet, quod idem Dec. post hæc dicta contrarium profiteatur, prout etiam firmarunt Peregr. de fideicommiss. art. 36. num. 47. & seq. Rot. Aeneion. 52. Pue. decis. 37. num. 10. lib. 2. & Rosa apud Statil. Pacif. in decis. 60. post tract.
 28 de salu. interd. Si quidem id procedit in legitima, secus in supplemento, & sic in casu quo legitima fuit pro parte relicta,

nam illud supplementum etiam reputatur relictum, vt optimè respondit idem Dec. in cit. cons. post nu. 8. vers. non obstante rationes, allegans eiusdem sententia Bald. in l. hac edictali C. de secund. nupt. col. 3. vers. primo quero, Bart. in l. ex facto col. 5. num. 20. vers. quid si furiosus ff. de vulg. & pupil. substit. & alios, quibus addo Pic. in l. in quartam num. 49. & 117. ff. ad legem Falcid. Rub. Alexan. cons. 156. num. 15. & sequen. & late etiam Fulgos. in consil. 83. col. fin. in fin.

Et quamvis huic argumento respondeat Alex. Trentacing. lib. 3. varia. resol. tit. de matrimon. resol. 5. num. 34. fol. 345. ante vers. ex predictis ergo.

Tamen eius impugnatio nullius est momenti, cum nulla ratione n̄:atur, dicit enim ipse hoc argumentum procedere, vbi non constaret de mente testatoris, & sic quando sumus in dubio, at secus in claris, scilicet vbi testator reliquerit illud, quod volebat, vt filius haberet. Secundò dicit, illud, quod per d. l. omnimodo suppletur esse contra mentem testatoris ex eo, quod successit loco querelæ ex Bart. opinione; Quod utrumque nō sustinetur, cum loquatur contra expressum tex. d. l. omnimodo, vbi determinatur, si minus filio fuerit relictum, quod per d. l. suppletur, & quod testamentum firmum maneat, ergo constat quoad primum, testatorem minus legitima reliquisse. Secundò, quod testamentum non impugnatur, ergo ex tacita testatoris voluntate capiatur, vt etiam in puncto voluit Bald. in d. l. hac edictali num. 9. Tertiò loquitur contra communem omnium sententiam adiudicantium, supplementum d. l. omnimodo non subrogari loco querelæ, cum ex natura subrogationis eisdem operaretur effectus, quod falsum est, vt supra demonstratum fuit.

29 Nec mouet, quod supplementum conditione ex lege, & non ex testamento petitatur, quoniam etiam ex testamento pro supplemento actionem competere ex natura subrogationis dici possit, nam quando una actio subrogatur in locum deficientis actionis sapit naturam illius in cuius

cuius locum subrogatur l. i. §. hęc actio ff. si quis testam.lib. eff. iuss. ubi Bart. sed ita est, vt conditio ex lege, quæ competit ad supplementum legitimæ subrogetur in locum deficientis actionis ex testamento, quia cum testator non disposuerit de supplemento, sicut debuit disponere l. quoniam in prioribus C. de inoff. testamento. lex ipsa supplet defectum testatoris, & in locum deficientis actionis ex testamento, tribuit conditionem ex lege; igitur conditio ex lege, quæ subrogatur, in omnibus debet sequi naturam actionis ex testamento ut in specie firmauit Fulgos. in conf. 83. colum. fin.

Tamen quicquid sit pro veritate, ex hoc non sequitur, quod testatoris iudicio 31 nō percipiatur, nam relictū videtur filio, id, quod à lege suppletur, quasi à patre relictum nomine legitimæ, licet errauerit in quantitate ut latè Aym. cons. 193. num. 12. conf. 194. num. 1. & cons. 142. num. 5. & latius Surd. conf. 422. num. 24. in fin. ante vers. Remanet igitur clara & vera conclusio, quibus adstipulatur Cancer. lib. 3. var. resol. cap. 2. titu. de inuent. num. 193. vers. in ista materia, & sequuti sunt Fachin. lib. 3. controu. cap. 67. D. Reg. Consil. Theodor. in alleg. 11. num. 20. Put. decis. 9. nu. 1. & decis. 16. nu. 8. lib. 2.

Tertiò probatur hęc opinio ex verbis d.l. bac edictali in vers. minime priusquam ad unum quemquam eorum peruenierit; nam hæreditas dicitur peruenire à lege, quæ ex lege venit l. lege obuenire ff. de verbor. signific.

32 Item probatur in vers. quam filius, vel filia habeat; certum est enim illud dicitur haberi, quod quoconque titulo habetur l. Stipulatio ista habere licere, & ibi Bart. ff. de verbor. oblig. sed sic est, quod filio per hōmimodo augetur; dicitur habere, & ex legis dispositione ad filium peruenire, & certum est id peruenire ex bonis testant. ergo d.l. bac edictali volens ex iudicio mariti tantundem ad nouercam peruenire posse, quantum peruererit ex bonis mariti ad filios, quoconque iure, & titulo, nec se restringens ad vnum titulum magis, quam ad alium, sed solum confi-

derans quantum habebit filius; non mādō voluit, vt id, quod filio fuerit relictum, sed à lege suppletur nouercæ, vel vitrico detur; prout in his terminis id etiam considerauit Aretin. in l. ex fato num. 15. in fin. ff. de vulgar. & pupillar. quem in specie sequitur Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 13. num. 18. vers. octauo; ex verbis eiusdem Aretin. dum inquit, illud verbum Reliquis in dict. l. bac edictali positum; declarari ex sequentibus verbis, scilicet, quantum peruenit ad filios primi matrimoni, & sic etiam de eo, quod filius ex supplemento consequi possit, & hanc veriorē sententiam esse dicit ipse Mantic. in cit. loco nu. 60. circa med. vers. sed & illa sententia verior sit.

33 Et propterea non videtur obstare, quod ab aliquibus dicatur per d. l. bac edictali §. ita tamen vers. cum minor portio ultima voluntate relictæ, aut donata fuerit, quasi ex verbis illis appareat attendi debere, quod expressè à testatore fuerit relictum, & non quod à lege suppletur: illa enim verba non regulant voluntatem testatoris simpliciter, sed cum præcedenti verbo habeat, quasi velit dicere, quod nouerca tantum ex bonis mariti possit habere, quantum habet filius ex bonis patris, cui minus reliquit; nam Iurislator bene sciuisse illud dicere, si voluisse iuxta l. i. §. fin autem deficientis C. de caduc. tollend. & hoc videtur expressè determinari ex tex. in l. quoniam præterita C. de secund. nupt. in verbo danda, vel relinquenda, qui tex. non solum factum, & relictum, sed quod fieri, vel relinquere debuerit animaduertit.

Et idcirco Fab. in suo Codic. lib. 5. titu. 5. definit. 3. de secund. nupt. inquit, si alicui 34 liberorum minus legitima relictum sit, non idcirco coniugis portionem ad eam quantitatem reducendam, nec minorem futuram, quam sit filij legitima, quia nec ipsa filij portio minor esse potest l. cum queritur 6. & l. parentibus 8. C. de inoff. testam. subdens hunc esse verū sensum d. §. ita tamen, & secundum hunc intellectum in Parlamento Tholosano iudicari solere testatur Ferrer. in additio. ad quest. Durant. 42.

Et

Et ex his videtur satis responsum pri-
mæ opinioni in contrarium adductæ.

35 Nec obstat secunda opinio, quæ fun-
data est in distinctione, an relictum sit mi-
nus legitima cum taxatiua tantum, an
simpliciter, vt sciatur an supplementum
petatur ex voluntate testatoris, an verò
contra, nam, vt dicit *Fab. in d. definit. 3.*
quid interest, an dictio taxatiua sit adie-
cta, nec nè, cum eo quoque casu, quo
adiecta est pro non scripta habeatur *l. quoniam in prioribus C. de inoff. testam. Mag. decif. Floren. 20. numer. 8.* quampluri-
mi apud *Mangil. de imput. quest. 49. num. 18.* & *Mart. de succel. legal. par. 1. art. 5. quest. 24. num. 20.* Vnde illud quoque
36 fit, vt non eo minus supplementum le-
gitimæ ex testamento, & consequenter
ex testatoris iudicio debeatur, cum ad
effectum obtinendi supplementum perinde
habetur, ac si esset relictum, tali pro-
hibitione non obstante, vt determinatur
in *S. hoc autem disposuimus vers. ceterum Authen.* vt cum de appell. cognos. quem tex.
ad hoc notabilem esse dicit *Roman. consil. 478. in fin.*

Minus quoque videtur obstare tertia
opinio, ibi *si filius petierit, quoniam satis*
37 *superque fuit illi responsum, ex eo, quod suppletio fit ipso iure, & transmittitur absq; petitione, vti ius quesitum vt supra.*

Vltra quod *si glo. d.l. scimus vera esset, sequeretur absurdum, scilicet filium simpliciter acceptantem legatum, non posse deinde supplementum petere, ex eo, quod tacite videretur declarasse, se nolle petere supplementum, quod iura vetant, cum per acceptationem legati non censeatur renuntiatum supplemento legitimæ, vt in d. S. *hoc autem disposuimus vers. ceterum, vbi expresè tex. dicit;* & *si certis rebus iufi fuerint esse contenti, quem tex. ad hoc formaliter ponderauit Bald. in l. omnimodo C. de inoff. testam.* Et hanc opinionem vti ve-
riorem, & communiorem sequuti sunt innumeri DD. quos omnes colligunt *Abb. conf. 518. num. 3. Turrett. conf. 5. num. 48. lib. 1. Surd. conf. 45. num. 52. conf. 480. & 192. num. 17. ac conf. 357. num. 31. Barz. decis. 86. num. 47. Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 3. q. 3.**

Lup. de illegitim. com. 4. S. 2. nu. 32. Mangil. de imput. q. 7. num. 34. & Mart. de success. legal. p. 1. q. 24. art. 5. num. 18. & seq. vbi sic in Rot. Roman. decisum testatur.

Quod procedit quamvis testator dixerit, quod si plus peteret a legato cadat, vt
39 latè *Io. de Amic. conf. 58. num. 2. de communi Crass. de legitim. q. 32. num. 3. Americ. de patr. potest. effect. 16. num. 48. Marant. disput. 10. num. 19. idem Mangil. d. q. 7. num. 37. vbi etiam si expresè non plus petere filius promisisset, & allegat. Menoch. in conf. 71. num. 15. cum alijs ampliationibus.*

Et supradicta absque difficultate pro-
cederent si filius inter viuos à patre ali-
quid aliud habuisset, ita recomputata
omnia, scilicet & datum inter viuos, & re-
lictum in ultima voluntate, ad legitimam
40 ascenderent, cum eo casu tantum habe-
re possit vitricus, vel nouerca; non enim
curatur quo iure, & titulo dederit, sed
quantum quis modo dederit, vt in d. l.
*hac edictali ibi derelicta, restata, & in S. optime aust. de nupt. ibi aut nonissima vo- luntate dimissum, aut in vita datum, & in specie etiam post Beltr. Angel. Bald. & Mont. Acut. tradit Surd. conf. 237. num. 9. vers. non dico quod domina Barbara, & la- tius prosequitur *Sanch. de matrimon. lib. 7. disput. 88. num. 3.**

Quod procedit etiam è contra, scilicet quando vitricus, vel nouerca pluribus vi-
cibus, siue inter viuos, siue in ultima vo-
luntate plus quam filio relictum esset ha-
buissent, quoniam illud plus vendican-
dum erit.

ARGUMENTVM.

Num mater dotando filiam secū-
di matrimonij, id in fraudem
l. hac edictali fecisse censeatur
ad intellectum l. fin. C. de dot.
promiss.

Et explicantur tex. in l. fi. & auth.
si qua mulier C. ad Velleian.

S V M M A R I V M.

- 1 Paternam est dotare filiam, in subfidiū vero maternum.
- 2 Mater non tenetur alimentare filios, nisi in subfidiū.
- 3 Mater dotando filiam secundi matrimonij in in fraudem l.hac ediclati id fecisse censetur.
- 4 Mater quando possit dotem suam pro dotanda filia secundi matrimonij alienare & nu.5.
- 5 Bona materna fideicomissa subiecta, quando pro constituta dose filie alienari possint.
- 6 Mater existente sua paterno filiam dotare non cogitur.
- 7 Pater, & mater si pro filia dotem promittant, pater tantum tanquam principalis tenetur, uxor vero fideiussisse censetur.
Sed contrarium de sur. Confucud. Neap. nu.34.
- 8 Mater non tenetur filiam dotare, etiam pater existente non soluendo, ubi filia aliqua bona haberet.
- 9 Mater, & Pater promittentes dotem pro filia, non ei praividicante super bonis maternis.
- 10 Dos voluntariae à matre filie data non confertur.
- 11 Amplia, quamuis filia maternis bonis renunciasset.
- 12 Dispositio l.fin. C.de dot. pramiss. etiam in renunciatione procedit.
- 13 Filia non dicitur consensire dotationi sibi factae si agat ex contractu dotali etiam si in ea facta sit renuntiatio.
Intellige num.15.
- 14 Pater dotando filiam ei non praividicat respectu aliorum bonorum maternorum quamuis in dotatione dixisset eam dotare de bonis paternis, & maternis & nu.17.
Amplia quamuis das promissa excessu esset nu.18.
Vels filia esset diues nu.19.
- 15 Limita in matre nu.20.
- 16 Item amplia ubi patri alia bona non superessent, ut eandem dotem alijs filiabus confisiere possit num.21.
Intellige nu.22. limita ubi pater filie bona

- administraret nu.29. sed contrarium num.33.
- Amplia quamuis in dotatione dixisset pater se de bonis filie dotare nu.35. limita in matre nisi promiserit ultra quam filia habeat nu.36.
- 23 Querela de inoff. dot. an & quando constante matrimonio dari possit.
- 25 L.fin. C.de dot. promiss. procedit ubi pater dotando filiam incepitis à promissione, & non à traditione.
Sed contrarium nu.28.
- 26 Filia consensiens dotationi sibi à patre facta de bonis paternis, & maternis sibi praividat respectu maternorum.
Intellige nu.27.
- 30 Parentes bona filia administrantes, non censentur alimenta ei prestata, donata.
- 31 Pater bona filii administrans, expensas pro eo causa studiū factas potest retinere.
Intellige ubi ususfructus in bonis filii patri. non queretur nu.32. & 38.
- 34 Solutio semper in duriorem causam facta censetur.
- 37 Parentes filiam diuitem atere non tenentur.
- 39 Paul. de Castr. in l. quoniam nouella nu.3. C. de inoff. testam. declaratur.
- 40 Dos à matre habita in legitimam imputatur.
- 41 Dispositio l.hac ediclati non habet locum in in donatis filiis secundi matrimonij.
- 42 Mater dotando filiam secundi matrimonij videtur donare ad infar extranei.
Intellige nu.44. Declara respectu illius quod excedit legitimam nu.47.
- 43 Avus dotando neprem tempore quo filius eset diues, id contemplatione filii fecisse non censetur.
Sed contrarium nu.46.
- 45 Cuius mai. est commodum ipsi dicitur datum, & ipse quoque dicitur legatarius, quamuis non sit in testamento nominatus.
- 48 Mater an cogi possit in vita ad assignandam legitimam filio.
- 49 Mulier pro dote intercedere potest.
- 50 Mulier obligans se simul cum viro pro dote communis filia iuuatur Velleiano & nu.51.
- 51 Tex. in l.fin. C. ad Velleian. corrigitur per Aub. si qua mulier C. cod. & nu.54.55. & 71.
- 52 Tex.

- 52 Tex. in l. senebris C. ad Velleianum explicatur.
- 53 Tex. in l. si dat. are C. eod. declaratur.
- 54 Tex. in l. fin. C. eod. plures habet declaratio-
nes, & signanter non procedit ubi mater
pro filia patrem habente intercederet, &
nu. 57. & 59.
- Limita ubi absque dicta obligatione gener
non erat contracturus nu. 69.
- 56 Promittens dotem, quam non debet censemur
donare.
- 58 Tex. in l. Lucius Titius ff. quib. mod. pign.
vel hypoth. solu. declaratur.
- 60 Mater obligans se pro dote communis filie
non iuuatur Velleiano, licet respectu viri
sit intercessio, & poterit repetere & n. 61.
Sed indistincte contrarium firmatur nu. 62.
& 66.
- 63 Tex. in l. fin. C. ad Velleian. supponit respectu
mulieris intercessionem.
- 64 Tex. in l. fin. C. ad Velleian. procedit ubi ob-
ligans se pro dote alicuius, bona extrado-
talia haberet, secus si solam dorem.
- 65 Priuilegiatus non visitur suo priuilegio con-
tra alium priuilegiatum.
- 67 Valaf. in cōsule. 127. n. 10. & seq. declaratur.
- 68 Tex. in l. unica S. accedit C. de rei uxori. act.
procedit in extranea, & ubi non adebet aliis
ad quem onus dotandi pertinere.
- 70 Put. decif. 160. lib. 3. declaratur.
- 71 Alex. Trentacing. lib. 3. var. resol. resol. 2. nu.
4. confutatur.
- 72 Dispositio l. fin. C. ad Velleian. cessat ubi ob-
ligatio mulieris acceſſerit contractio ma-
trimonio.

Q V A E S T I O I X.

QVæſtio prædicta videtur determi-
nari ex l. neque mater C. de iur. dot.
& l. fin. C. de dot. promis. ubi mater
non tenetur, nisi in subsidium filiam do-
tare ex eo, quod paternum sit officium,
vt ibi Bart. Bald. & alij communiter, & tra-
dit Anchar. lib. 3. queſt. famili. queſt. 64. nu.
16. & latè Surd. de aliment. tit. 1. queſt. 14.
num. 13. ubi hanc esse magis commu-
nem testatur, inferens sic in alimentis ob-
ſeruari, quod etiam admittit Peregrin. de
ſure ſic. lib. 3. tit. 18. num. 59. ubi parentes

- 2 successiuē, & non coniunctiuē ad libero-
rum alimenta tenentur, ita vt prius pater
tenetur, deinde in subsidiū mater, quod
in utroque etiam casu tradit Gratian. tom.
2. discept. forens. cap. 249.
- Vnde clara videtur conclusio, quod
cum mater ad id non teneatur, & volun-
tariè faciat, id fecisse censetur in utilita-
tem, & commodum viri, quasi suum exer-
cendo officium, suumque soluendo de-
bitum, & sic in fraudem l. bac edictali, ibi,
3 (omni circumscriptione interposita) vt in
specie considerauit Vinc. de Franch. in
decis. 435. num. 6. & ad hoc faciunt notata
per me in addition. ad decision. Surd. 269.
num. 7. & sequen. ubi, quando mater vel-
let filiam secundi matrimonij maritare,
filij eo casu non possint ei contradicere,
neque alienationem eius dotium impe-
dire, dummodo non adessent bona pater-
na, alioquin diceretur donare, & in frau-
dem filiorum alienare, quod non permit-
titur, ad tradita per Stephan. de Gaet. in
addit. ad Confuetud. Neap. incipient. Et ſe-
mulier fol. 284. in nouissim. quod etiam in
specie notat Amatus in decisio. March. 34.
num. 15. in fin.

- 5 Et sic quotiescumque pater est soluen-
do, hoc à matre in filiorum præiudicium
fieri nō potest d.l. neque mater, prout affir-
marunt Coſt. de remed. ſubſid. remed. 65.
Fontanell. de paſt. nupt. claus. 5. gloſ. 2. num.
2. & 3. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 20.
titu. 2. num. 9. verſ. ſed considera, & lib. 12.
tit. 16. num. 23. & tit. 17. num. 39. Gratian.
tom. 3. discept. forens. cap. 511. num. 21. &
tom. 4. cap. 690. num. 14. & tom. 1. cap. 50.
num. 12. & propterea Menoch. lib. 4. pra-
sum. 189. num. 28. & sequen. poſt Bart. Bald.
& Salic. in Autben. res que C. comm. delcg.
inquit, quod bona materna fideicommissio ſupposita pro constituenda dote filiæ
6 alienari non poſſunt, niſi ubi pater, vel
eius bona non ſupererent, & ſequitur
Sforz. Odd. de fide commiff. ex probib. aliena.
queſt. 29. art. 4. num. 24. ac Farinac. in decis.
889. nu. 2. in ultim. recoll.
- 7 Et hoc quamvis nō haberet patrē, ſed
auum ipſius paternū, cū & nō maternū eſ-
ſet onus neptē dotādi, licet neptis in po-

testare aui non esset, cum ille prius sit co-gendus, vt latè tuetur Gratian. tom. 2. di-scept. forens. cap. 249. per tot. Mantic. de ta-cit. & ambig. lib. 12. tit. 17. num. 28. & eo-dem lib. tit. 19. num. 37. Rot. apud Farinac. in d. decif. 889. nu. 3.

8 Hinc est, quod si pater, & mater pro fi-lia dotem promittant, pater tantum tene-tur tanquam principalis, & vxor pro viro fideiussisse censetur, vt inquit Bald. Nouell. de priuil. dot. priuil. 3. col. 2. cum quo con-cordant Io. Lopez in rubric. de donat. inter-virum, & vxor. §. 6. Crauett. consil. 77. num. 2. & sequen. Surdus consil. 290. num. 19. Ro-land. cons. 64. num. 6. volum. 1. Cacher. decis. 44. num. 7. Mastril. decis. 186. num. 8. par. 2. Fab. in suo Codic. tit. de dot. promiss. lib. 5. definit. 7. & 8. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 16. tit. 17. nu. 6. & Gratian. d. cap. 647. num. 10. cum sequen. Paschal. de virib. patr. potest. par. 2. cap. 6. num. 31. Giurb. ad Con-suet. Meff. cap. 3. gloss. 1. num. 10. & gloss. 3. num. 47. vbi id ampliat etiam si mater pa-tre sit ditionis, cui addo Menoch. lib. 3. præ-sump. 15. Polidorus Rip. obseru. 17. num. 10. cum alijs innumeris per Cost. congestis de remed. sub/sid. remed. 85. num. 6. vbi licet pa-ter esset pauper, & filia haberet quidem aliqua bona, sed non sufficientia, ex qui-bus posset congruè dotari, quod tunc ma-ter diues in subisdium supplebit pro ra-ta, vt etiam tradit Viu. in decis. 523. num. 22. cum seq. lib. 4.

10 Adeò, quod huiusmodi promissio ma-tris non præiudicat filiæ, quin possit con-tingentem portionem super maternis bo-nis petere, vt latè Carroc. tract. diuers. de-patre filia simpliciter dotante quæst. 10. vers. contrarium est verius, & sequitur Gratian. tom. 3. discept. for. cap. 504. n. 15. vbi de ve-riiori opinione, & adstipulatur Castill. de-cis. 203. nu. 5. tom. 3. nec recedit Polid. Rip. obseruat. 33. num. 3. dum inquit quod dos voluntariè à matre data non confertur, & allegat eiusdem sntiæ Crau. cons. 85. n. 3. vers. ijsa donatio, & Papon. cons. 68. licet filia bonis maternis renunciasset, cum illa renunciatio tanquam sine caussa non sustineretur, ita Fab. in dicta definit. 7. & **13** Affici. in decis. 178. in 9. dubio vbi sic per S. C. conclusum fuisse testatur, scilicet

l. fin. C. de dot. promiss. locum habere etiam in d. renunciatione, & sequitur Parif. con-sil. 80. nu. 4. lib. 3. quicquid nonnulli con-trarium sentiant, vt Crauett. Vrsil. Barbos. cæterique à Paschal. allegati in tract. de patr. potest. part. 2. cap. 6. num. 5. & pro su-pradicata etiam opinione tenuit Mastrill. in decis. 186. nu. 11. cum seq. ibique etiam

14 si filia ageret ex contractu dotali, in quo facta fuit renunciatio, nam non censetur illam approbasse, & ratificasse, licet hoc intelligendum sit vbi tempore renuncia-tionis mater, de cuius hæreditate ageba-tur, esset viua, nam hæreditas non est vi-uentis, secus si mortua, vt explicat Alex. cons. 149. nu. 3. circa med. vol. 7. quo casu illi renunciatum censeretur.

16 Hinc sequitur quod pater dotado non præiudicat filiæ respectu aliorum bono-rum maternorum *l. fin. vbi glof. C. de iur. dot. d. l. neque mater, sic etiam Fab. in suo Codic. lib. 5. tit. de dot. promiss. definit. 7. 8. & 10. Barbos. in l. 1. p. 4. num. 143. ff. solut. ma-ter m. vers. verior, Mascard. de probat. con-clus. 1155. nu. 20. cum mult. seq. Viu. decis. 187. Marescott. lib. 2. var. resol. cap. 132. Put. decis. 176. lib. 1. Monac. decis. Lucens. 66. num. 16. 18. 27. 30. & 34. Polid. Rip. ob-seruat. 17. num. 8. cum sequen. Mantic. de-tacit. & ambig. d. lib. 12. tit. 19. num. 8. & 9. Menoch. lib. 3. præsump. 15. numer. 6.*

17 Quamuis in dotatione dixisset de bonis paternis, & maternis, cum semper boni ipsius in promissione veniant, & in subsi-dium bona matris, ita Iaf. cons. 133. nu. 11. volum. 4. Ioseph Ludou. decis. Peruf. 21. num. 16. & sequen. Mastril. decis. 186. num. 1. cum sequen. Surd. cons. 192. num. 29. Bar-bo. d. l. 1. par. 4. num. 253. cum sequen. Ma-scard. de probationib. conclus. 1150. num. 5. Menoch. d. præsump. 15. num. 23. Affici. decis. 179. vbi Vrsil. communem dicit:

18 Licet dotem excessiuam pater promisi-set, vt post Odofred. Cin. Bald. Nouell. & alios tradit idem Menoch. d. præsump. 15. **20** num. 17. etiam si filia esset diues Merlin. de legitim. lib. 3. tit. quæst. 22. per totam, & signanter num. 2. & post num. 7. versic. sequenda est prima opinio, vbi magis com-munem; & veriorem appellat, sic etiam adsti-

- ad stipulatur Ceuall. tract. comm. contra commun. lib. i. quæst. 5. num. 1. vers. soles tamen dubitari, Menoch. lib. 4. presump. 186: num. 86. & magis communem vocat Farinac. decis. 66. num. 5. par. 1. & vt ita le sequitur Mantic. de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 17. num. 15. & codem lib. tit. 19. num. 1. cum sequen. & veriore profitetur Intrigliol. conf. 20. num. 22. cum pluribus sequ. per d.l.fin. C. de dot. promiss. ac Gama decis. Lusitan. 576. num. 1. vbi hanc communem esse appellat, licet id limitet in matre, quæ etiam patre existente inope, non tenetur, si filia aliunde haberet, vnde se posset dotare, quod notabile est, & late etiā Pascal. de virib. patr. posse. par. 2. d. cap. 6. à num. 1. cum pluribus sequen. vbi id procedere ait, etiam si patri tot bona non sufficiunt, vt eandem dotem posset alijs filiabus constituere, vt ante eum tradit Afflict. decis. 179. Menoch. d. presump. 15. num. 18. Mafcard. num. 12. & Barz. decis. 29. num. 44. dummodo bona, quæ remanerent pro legitima aliarum filiarum sufficerent, alijs daretur querela de inofficio dote, vt per eosdem Doctores, & tradit Vincen. de Franch. decis. 104. Mantic. d. tit. 19. num. 15. cum sequen. Afflict. decis. 86. Ioseph Ludouicus d. decis. 21. num. 27. Fab. in suo Codic. lib. 3. tit. 19. de inoff. testam. definit. 20. circa medium, etiam constante matrimonio, vt contra Afflict. decilum refert Vincen. de Franch. d. decis. 104. quod pro singulari notauit Anna sing. 223. & ibi filius in addit. ac plenè Grasia. tom. 3. discept forens. cap. 472. per totum, & Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 1. quæst. 20.
24. Quicquid esset de Consuetud. Neap. incipiente Si constante, vbi vir & vxor si simul pro filia dotem promittant, videtur dos de bonis utriusque pro rata ipsorum constituta.
25. Etsi Alex. in conf. 149. nu. 9. vol. 7. dicat l. fin. C. de dot. promiss. procedere vbi pater dotando filiam incepit à promissione, secus si à traditione, nam eo casu censemur illam de bonis paternis, & maternis dotasse. Cuius opinio tuta non videtur, cum pater etiam inuitus cogi non possit dotem constituere de bonis maternis, vel vel ipsius filiæ, dummodo tali dotationi
26. filia non consensisset, vt post Mafcard. & Crauett. tradit Lodouic. decis. Perus. 21 nu. 32. cum seq. & post eos Maftrill. d. decis. 186. nu. 13. quod verum esse afferit Anna in alleg. 88. num. 5. vbi in dotatione esset
27. dictum tantum pro paternis, & tantum pro maternis, at secus si sub inuolucro verborum filia auida, vt plurimum matrimonij, ignoranter consentiret, & vtroq; casu, scilicet vbi promiserit, vel dederit
28. verum esse testatur Pascal. de vir. patr. p. test. d. cap. 6. p. 2. sub num. 2. vers. & ideo si pater dotem promittit, seu dat pro filia.
29. Et quamvis hæc conclusio apud non-nulos tuta non sit vbi pater bona filiæ administraret quasi ex hoc de bonis ipsius filiæ dotasse censeatur, vt tradunt Bart. in l. Nescennius ff. de negat. gest. idem Bart. & Angel. in l. fin. per illam glos. vers. intelligitur C. de dot. promiss. quod notandum, & mente tenendum inquit ibi Bald. pro fratribus, qui dotant sorores existentes in eadem familia, & generale dicit Ancharan. conf. 300. num. 3. in quolibet administratore, & sequitur Lup. de donat. inter vir. & vxor. S. 66. nu. 13. Menoch. de arbitr. cas. 88. nu. 13. cent. 1. & Mafcard. de probatio. conclus. 571. nu. 9. & 10. ex hoc etiam inferentes vbi mater, vel pater bona filij administrarent, alimenta ab eis tradita, non censeri donata, sed ex bonis ipsius filij præstata, vt dicitur de impensis pro filio à patre factis causa studij, quas licet filius imputare non compellitur l. que patr. filio ff. famil. heredit. attamen vbi pater esset administrator bonorum filij, secus, ita Bart. in l. 1. S. nec Castrense num. 8. ff. de collat. honor. sic etiam Mangil. de impus. q. 32. num. 6. & 7. ac Excob. de ratiocin. p. 1. cap. 25. nu. 56. vbi hanc limitationem esse infallibilem & sequitur Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 2. 9. 22. num. 35. cum seq. licet hoc procedat vbi vñsfructus patrij in ijs bonis administratis non quereretur, vt tradit idem Mangil. d. q. nu. 9. & seq.
33. Tamen contrarium verius est dicendum, quod etiam vbi pater esset bonorum filiæ administrator, de suo, & non de filiæ bonis dotasse præsumitur, vt expref-

- sè determinatur in d.l. fin. & ibi commun. DD. & in l. i. ff. solut. matrim. & signanter Ias. nu. 25. in vltim. verf. vbi communem esse ait hanc opinionem contra Bart. li. cet ab ea ipse recedat, & latè tuetur Surd. de aliment. tit. 6. quest. 8. num. 50. cum seq. Pereir. decis. 13. per tot. vbi hanc nō solum veram, & communem, immo secundum eam in Senatu iudicatum non semel refert, & tradit etiam Mangil. de imput. d. q. 32. num. 8. ex eo quia propter obligatio- nem; quam habet pater erga filiam ad do- randum, ad quod cogi poterat l. qui libe- ros ff. de rit. nupt. Dotatio intersecuta cen- setur de proprio, & non de bonis filiæ; quia solutio semper facta præsumitur in duriorem caussam l. i. & 2. ff. de solut. & sic proprium exoluere debitum.
- 35 Et hæc conclusio locum habet etiam si in dotatione pater expressè dixisset, se dotare de bonis ipsius filiæ, cum adhuc de bonis suis proprijs, & non filiæ dotas. se censeatur, ita in puncto firmauit Surd. de alim. d. quest. 80. ant. nu. 50. & eiusdem sententiæ allegat Soccin. & alias in d. l. i. ac Bald. Nouell. in tract. de dot. p. 6. priuil. 6. quod etiam admisit idem Surd. in consil. 112. nu. 50. vbi allegat. Alciat. in tract. de præsumpt. reg. i. pref. 26. nu. 1. qui ait ratio- nem huius ampliationis esse propter san- guinis coniunctionem, quæ præsumi fa- cit donationem inter affines.
- 36 Quicquid sit in matre, vt latè per eun- dem Surd. & latius Pereir. vbi per discur- sum, nisi promiserit ultra, quam filia ha- bebat.
- 37 Nec obstant in contrarium adducta, loquuntur enim vbi alimenta præstaren- tur, quo casu cessat difficultas, ex eo quia parentes filiam diuitem atere non tenen- tur l. i. in fin. ff. de iustit. & iur. l. si quis à liber. ff. de liber. agnosc.
- 38 Minus refragantur, quæ dicta sunt de impensis causa studij factis, si quidem id simpliciter non procedit, sed cum distinc- tionibus, de quibus glo. in l. Macedoniani C. ad Maced. & per Cordub. in d. l. si quis à liberi S. non tantum nu. 31. cum mult. seq. & latius per Mangil. de imput. qu. 30. & 31. per tot.

Et sic redeundo ad ceptam quæstio- nem, quotiescumque mater pro filia do- tem promittit, scù soluit, existente tamen patre soluendo, censetur id in fraudem l. bac editali fecisse.

- 39 Nec obstat traditio Paul. de Casr. in L. quoniam nouella. num. 3. circa med. C. de inoff. testament. dicentis, quod mater do- tando filiam videatur quodam modo pro- prium, & non alienum debitum soluere, quod etiam post inumeros sequutus est Surd. in decis. 119. nu. 3. & decis. 164. num. 40 15. & 16. ea ratione quia dos habita à matre in legitimam imputatur, vt tradit Rol. consil. 44. num. 31. & conf. 70. num. 14. lib. 4. Becc. conf. 20. nu. 30. Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 2. quest. 17. nu. 32. ac Mangil. de imputat. quest. 14. nu. 36.
- Si quidem respondeatur, id procedere cum declaratione, vt supra tradita, scili- cet quando pater non esset soluendo, vt tradit idem Mangil. & Anton. Gamm. in decis. Lusitan. 376.
- 41 Minus quoque refragatur, quòd lex hac editali locum non habeat in dona- tis filio secundi matrimonij, vt diximus in quest. 1. per S. penult. auth. de nupt. & sic mater spontè dotando filiam secundi ma- trimonij videatur donare ad instar exra- nei, cuius loco habetur mater, quoad 42 hunc effectum l. unica S. accedit C. de rei uxor. act. & in specie post Bald. Saly. Af- can. Clem. & Hondecd. tradit Cost. de remed. subsid. remed. 65. nu. 3. vers. caterum si mater sua spouse filiam dotauit, cui addo Surd. conf. 196. nu. 26. vol. 2. & conf. 534. nu. 5. & seq. Gratian. som. 4. discept. forens. cap. 769: num. 68. qui id absque difficultate proce- dere dicunt quotiescumque dotans dixit dotare de eius propria pecunia absque alia reservatione, & facit quod dixit Cra- uett. conf. 219. num. 2. & 3. quod vbi auus voluntariè dotet ne prem, quia filius erat 43 diues, id non censeatur fecisse. contem- platione filij, sed ipsius neptis, cuius di- cūm secuti sunt infiniti DD.
- 44 Nam dupliciter respondeatur, & primo id verum esse vbi ex tali dotatione, & do- natione pater commodum non senti- ret, vt in hoc casu, in quo cum paternum fit

sit officium dotare filiam, mater id agens censemur ad commodum viri, & ad soluendum eius debitum (colore tamen quæsito) fecisse l. Sulpitius (ibi si color vel titulus qualitus est) ff. de donat. inter vir. & vxor. quod per l. bac edictali prohibitum reperitur (ibi omni circumscriptione per interpositam personam) & sic non dicitur datum filiæ, sed patri, & ad hoc adduc tex. sing. in l. fideicommissa §. interdum ff. de leg. 3. vbi aperte colligitur, quod aliud sit relinquere alicui, & aliud relinquere pro aliquo, nam ut ibi dicitur commodius est, & utilius illi, propter quem relinquitur, quam illi, cui relinquitur, nam ut dicit ibi glos. in verbo publicanus, quod ille, cui pro aliquo relinquitur, dicitur nudus minister, & similiter facit doctrina Simon. Petr. de interpret. ultim. vol. lib. I. interpret. 2. fol. 6. num. 9. dicentis, quod illi 45 datum dicitur, cuius maius est commodum, & ipse etiā dicitur legatarius, quamvis non sit nominatus in testamento; igitur licet expressè non sit datum patri, sed filiæ, tamē quia maius cōmodū, & utilitas patris est, ex eo quia agitur de solutione eius debiti, patri, non filiæ datum dicitur, quod etiam probatur in l. qui filium in princ. ff. ad trebell. & l. sed si plures §. in arrogato ff. de vulgar. & pupill.

46 Secundò respondetur id, quod dictum est de auo neptem dotante non esse verum, nec commune, quia siue filius sit diues, siue pauper, dum auus dotat, semper causa filij dotasse creditur, & quæ enim semper eodem modo obligatus est pater, quando filius est pauper, sicut quando est diues, cum vbi est pauper teneatur non propter se, sed propter filium, ita etiā quando est diues propter filium dotasse creditur, si non obligatione à lege præcisa inducta, saltem ex quadam necessitate affectionis, & amoris, prout aduerit post Alciat. Cephal. in conf. 105. num. 30. vbi dicit non valere consequentiā. Filius non est egenus; ergo dos non imputatur, & istam distinctionem inter filium diuitem, & pauperem fuisse in Senatu reiecitam testatur Surd. in conf. 361. num. 31. vers. in hoc distingui non debet lib. 3. nam si

pater est diues dicitur exolutū debitum, si est pauper, dos dicitur propter patrem data, qui principaliter tenebatur, licet ob eius paupertatem onus ab eo in auum transierit ut latè Gratian. tom. 2. discept. for. cap. 249. per tot.

47 Et quamvis dici possit, supradicta procedere respectu illius, quod excedit legitimam, non autem quoad ipsam legitimam, in qua nulla cadit fraus, cum mater illam præstare teneatur, ut tradunt Crauett. conf. 486. num. 7. & Barz. decis. Bonon. 97. nu. 34.

Nihilominus idem dicendum puto, etiam quoad legitimam; certum est enim matrem non posse in vita ad illam filiæ assignandam cogi, nisi pro dote filiæ pau-

48 peris, & nubilis ætatis, ut in specie tradit Mars. de success. legal. p. 4. quest. 2. art. 10. nu. 37. Et sic in subsidium, scilicet, quando filia aliunde dotem habere non posset; ergo cum id nulla lege cogente faciat, clarum est donare voluisse tex. aper-tus est in l. donari ff. de regul. iur.

49 Nec obstat, quod mulier possit pro dote intercedere l. si dotare, & l. fin. C. ad Velleianum, & sic non videtur aliquid à lege prohibitum fecisse, immo permisum l. enim finalis habet locum non tam in extranea, quam in filia, ut ibi sentiunt DD.

50 Si quidē respondetur, quod casus d. l. fi-nal. est diuersus, cum ibi agatur de intercessione; & quamvis articulus iste satis perplexus sit; at tamen id non procedit, quando mulier simul cum viro pro dote communis filiæ se obligat, pro ut hac occasione sumpta demonstrabo.

Verissima est iuris conclusio, mulierem pro viro intercedere non posse, hoc dicit rex. in Auth. si qua mulier C. ad Vell. igitur dum onus dotadi principaliter ad virum spectat l. fin. C. de dot. promiss. & vxor ad id se obligavit, cōtēplatione viri, & ad eius soluendum debitum fecisse videtur, & sic uti à lege prohibitum sustineri non potest.

51 Quod expressè determinari uidetur ex d. Auth. si qua mulier, ubi annulla est obligationem factam pro viro; etiam pro debito

bito publico, ergo includitur etiam ea, quæ facta est pro dote, cum causa dotis fauorem publicum contineat, & ob illam fauorabilis, & priuilegiata dicitur l. i. ff. solut. matrim. vbi Bars. & alij, & signanter Salic. dicens id singulare esse, quod propter publicum debitum non recedatur ab eo priuilegio, & quod mulier eo casu præferatur rei publicæ; ob quod *Surdus* in punto in decif. 164. num. 14. dicit, quod si Bald. & alij contrarium sentientes perpendissent illum tex. non ita audacter determinassent eam quæstionem, prout concludit *Bero. conf. 48. volum. 1.* cum quo pertransit *Honded. conf. 45. nu. 24.*

Ratio huius conclusionis sumitur ex d. authen. si qua mulier, vbi ideo prohibetur vxor pro marito intercedere, quia præsumitur à viro subducta, & sic mulier obligando se pro dote communis filiæ, videtur ad commodum mariti intercedere, colore tamen quæsito, qui à lege prohibetur ad tex. in l. Seia §. fin. ad Velleianum.

52 Nec obstat tex. in l. si fenebris C. ad Velleian. qui tex. licet permittat, mulierem posse mutuam pecuniam accipere, & se principaliter obligare, quamvis in alienos vius, & in utilitatem viri illam conuerteret; tamen cessat quoties color esset quæsitus; quia in utilitatem viri obligatio tenderet, scilicet sub velato contractu mutui, vel venditionis fit contractus intercessorius, vt in punto sic sex. illum explicant, & intelligunt post glof. in d. l. si fenebris videnda in verbo ignorauerit, *Theſteſtus decif. 222. num. 14. in fin. Vincen. de Franch. decif. 279. & 578. ac Georg. in alleg. 32. num. 10. Papon. lib. 12. tit. ad Velleian. arrest. 4. 7. not.*

53 Nec suffragatur tex. l. si dotare, quia loquitur quando mulier non intercessit, sed de suo principaliter, vel promittendo, vel dando dotavit: at vbi non principaliter dotavit, sed pro marito intercessit, non obligatur.

54 Minus quoque obstat d. l. fin. quod fauore dotis mulier possit pro alio intercedere, nam id procedit, quando fideiube-

ret pro extranea, vel pro filia bona patera non habente, & non pro viro, cui pro eo nullo modo obligetur d. *Authen. si qua mulier*, cuius sensus fuerunt *Bero. in d. conf. 48. vol. 1. & latius Lupus de donatio. inter vir. & uxor. §. 66. nu. 6.*

Et hoc nulla habita ratione iuramenti cum illa, quæ publicum fauorem concer-
55 nunt, iuramento firmari non possint cap. si diligenti, & ibi omnes *Dœtores de foce* compet. prout in terminis notat *Glos. in d. Authen. si qua mulier*, Eodemque modo responderi posset vbi præcederet certioratio, cum id fallat quoties pro marito interceditur d. *Auth. si qua mulier.*

56 Nec denique obstat, quod præsuma-
tur donatio, & sic cesset Velleianum, ad
tex. in l. sed si ego ff. ad Velleia. cum qui do-
tem promittit, quam non debet, donare
dicitur l. *Titio centum §. Titio genero ff. de*
condit. & demonstr. l. unica §. accedit C. de
rei uxor. act. & l. vi. §. si à socero ff. que in
fraudem cred.

Si quidem id verum esse existimo, quo-
tiescumq; non pro marito, & in eius com-
modum se obligaret, sed vel pro filia,
57 aliunde dotem non habente, vel alia ex-
tranea; eo enim casu mulier se obligans
non dicitur decipi, sed officio pietatis
fungi l. cum bis §. si in ea opinione sit mulier
ff. de condit. indebat secus quando in ma-
riti commodum illa obligatio tenderet,
nam præsumeretur illa promissio ex iussu
mariti facta, & sibi, non filiæ diceretur do-
natum, ad tex. in l. sed si plures §. in arroga-
to ff. de vulg. & pupill. quod late tuetur
Ann. Robert. rer. indicat. lib. 3. cap. 11. sic
*etiam Bald. Nonnull. de priuile. dos. par. 6. pri-
uile. 48. nu. 2.*

Nec militat ultimò tex. in l. *Lucius Ti-
tius ff. quibus mod. pign. vel hypothec. solu-*
vbi si maritus, & vxor prædiūm, vel fundūm simul dederunt in dotem pro filia,
58 videatur vxorem remisisse ius hypothecæ, quod in eo habebat.

Nam respondetur, id verum esse, quia
ibi dos non erat in patrimonio patris, ut
ibi supponitur, & notat ibi *Glos. & sic pa-
ter non erat soluendo, vnde necessariò*

opus

onus prædictum spætabat ad matrem l. f. C. de dot. promiss.

59 Et supradicta conclusio nedum rationibus, sed auctoritatibus fulcita est, prout ita in specie tenuerunt Aret. in l. 1. col. 10. ff. solus. matrim. & ibi latè Alexan. num. 39. Specul. de empt. & vendit. S. sed quid si vir Imol. in cap. cum contingat de iure iur. & in cap. cum vir de usucap. Campeg. tract. de dot. par. 4. quæst. 25. quod mente tenendum esse ait Palat. in rubric. §. 49. incip. ex predictis num. 3. & 5. vers. alias autem dotalibus, Bologn. cons. 45. nu. 23. & sequen. Handed. cons. 45. num. 23. & 24. Bero. cons. 48. volum. 1. Surd. decis. 164. vbi hanc veriorem esse appellat, & ibi latè ego in additio. Annesus Robert. rer. iudicat. lib. 3. cap. 11. vbi sic pro vxore decisum refert Pic. ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 151. glos. 7. num. 244. vbi hanc esse veriorem, & ita Rotam tenuisse testatur Maur. de fideiuss. par. 2. princ. titu. 1. seq. 8. cap. 3. num. 31. Herrig. eodem trahit. cap. 7. nu. 453. Marescot. lib. 2. var. resol. c. 5. nu. 15. Valasq. consult. 127. nu. 14. & seq.

60 Et licet nonnulli secus senserint, ex eo, quod obligatio mulieris cum marito facta valeat respectu ipsius filiæ, quamvis respectu viri aduersus eum habeat mulier regressum, cum quoad illum sit intercessio argum. quod dixit Bart. in l. reos C. de duob. reis, & in authen. hoc ita C. eod. & l. vir uxori §. ultimo ff. ad Velleian. scilicet, quod quotiescumque duo correi debendi fiunt pro negotio ad alterum dum taxat pertinet, pro fideiussore habeatur is ad quem res non pertinet, licet respectu creditoris dicantur duo rei debendi.

Et ita in specie contra mulierem tradiderunt Bald. Nouell. de priuil. dot. par. 6. priuil. 3. num. 7. & priuil. 12. ac in l. 1. nu. 84. & 124. ff. solu. matrim. vbi Barbos. 3. par. num. 53. Rub. in rubric. §. 66. num. 11. Bald. cons. 306. lib. 5. Ripoll. var. resol. titu. de dot. promiss. cap. 9. num. 54. 57. & num. 91. Baec. de non melior. filiab. cap. 11. num. 37. cum sequen. Valasq. consult. 127. num. 2. cum sequen. Alexan. Trentacing. lib. 3. var. resol. tit. de fideiuss. resol. 2. num. 4. col. 2. vers. non recedas, Tbesaur. lib. 4. quæst. for. quæst. 8. Statil. Pacific. decis. 111. num. 1. post tract.

de Saluian. interd. Rota Romau. decis. 264. par. 4. in nouiss. Peregrin. decis. Patauin. 47. Gratian. tom. 4. discept. cap. 647. numer. 16. Surdus de Aliment. sit. 6. quæst. 17. num. 15. Pie. ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 151. nu. 245. & sequen. Put. decis. 160. lib. 3. in nouissim. vbi in addit. ita decisum refert, Gomes. l. 50. Taur. num. 25. Cancer. lib. 3. varia. resolut. cap. 1. num. 156.

62 Tamen eorum opinio, vti juris terminis contradictoria, non est amplectenda, siquidem mulieris obligatio, licet pro communi filia, sit pro viro intercessio, & sic nulla; non potest respectu filiæ, vel eius viri valida existimari; quia esset dare casum, quondam uno, eodemque tempore, obligatio esset nulla, & valida, quod absurdum est.

63 Nec ad hoc mouet tex. in l. fin. ad Velleian. secundum Paul. de Castr. ibi scilicet, quod lex ^{la} tu^{re} ponat intercessionem, & tamē pro d^e ^{pe} alida sit obligatio. Quoniam tex. ille^s cedit in extranea, vt tradit Aret. in d. l. 1. ff. sol. matrim.

Et quantum per aliquos DD. id extendatur etiam ad filiam, tamen hoc esset, vbi pater non esset soluendo, & sic mater obligaretur non fauore dotis, sed ad proprium debitum l. fin. C. de dot. promiss. & l. neque mater C. de iur. dot.

Et ratio diuersitatis est, quia in extranea mulier officio pietatis fungi videatur, at in filia a viro decipi existimatur.

64 Ultra quod tex. in d. l. fin. procedit vbi mulier licet pro dote se obligauerit, bona^t extradotalia haberet, cum si solū dote haberet, dispositio d. l. final. cessaret, esset enim dare priuilegium vni doti contra alteram dotem, quod iure non reperitur, ad tex. in l. affiduis C. qui potior. in pign. habebant. cum incōueniens sit nudare vnum altare, & alterum operire, prout tenuit Specul. in cit. tit. cuius opinio est de communi omnium mente, vt refert Valasq. in d. cons. 127. subdens hanc opinionem iure, communi attento esse receptionem, & ita in Senatu iudicatum, prout ipsemet ita ibi consuluit.

Et ad hoc pondero rationem d. l. fin. C. ad Velleian. quare mulier intercedens pro

pro dote obligetur, v3. ne mulier remaneat indotata, at vbi cumque ex intercessione per mulierem facta ipsa intercedens indotata remaneret, ea non debet principaliter obligari, quia dato concursu priuilegiorum hinc inde standum est
65 iuri communi, quoniā priuilegiatus contra priuilegiatum non vtitur priuilegio suo d.l. affiduis.

Et proinde id quod sensierunt Bald. nouell. in d. priuil. 3. & priuil. 12. ac Bald. in d. conf. 106. Pic. in d. cap. 151. nu. 245. Gratiian. in d. cap. 647. num. 16. & Surd. de aliament. d. q. 17. nu. 15. non sustinetur.

Nec obstant alij DD. qui pro hac parte allegantur, nam hi in diuersis casibus loquuntur v3.

Ripoll. Barbos. non loquuntur, quando simul cum viro, sed pro alio mulier intercessit, & sic in casu l. fin. C. ad Vell. non autem in terminis d. auth. n^o 92. a mulier.

Valasq. in d. consult. 1²⁷. fin. 10. & seq. hoc non dicit, sed inquit quod mulier 67 in tali casu pro dimidia tagum obligatur, si tamen bona dotalia habeat, ex eo quia donare presumitur per tex. in l. unic. S. accedit C. de rei vxor. acq. qui sex. secundū communem traditionem procedit in extranea, & vbi non adesset alias, ad 68 quem pertineret onus dotandi, vt diximus, vt etiam in specie tradit. Casir. in cons. 96. vol. 2. circa finem in nouiss.

Vltra quod eius opinio non sustinetur; duo enim rei debendi, licet ad inuicem videantur fideiussores, vt latè Surd. & ibi ego in addit. post Thesaur. in decis. 308. tamen respectu creditoris vnuſquisque insolidum liberè conueniri potest l. reos vbi Bart. & latè Rongbegall. ff. de duob. reis.

Et tex. quem pro hac opinione Valasq. alleg. v3. d.l. reos §. cum tabulis ff. de duobus reis non dicit quando duo insolidum se obligauerint, sed si simpliciter duo ad inuicem stipulati sint, inquit ibi l. C. neque adiecta, ut duo rei stipulandi essent, quo casu nulla videtur difficultas, quòd vnuſquisque pro dimidia teneatur, vt etiam disponitur in l. i. C. si plures una sententia, scilicet in diuiduis.

Immo si pater filiam dorare tenetur, quomodo mater simul cum eo se obligans pro dimidia obligatur, hoc vero contradictionem implicat, nam aut pater est soluendo, & mater non tenetur, aut non est soluendo, & mater tenetur, aut vero pater non habet bona sufficientia pro dote praedicta, & mater supplere tenetur; igitur nunquam reperitur, matrem ad dimidiā teneri, sed solum in subsidiū in eo, quòd patri deficit d. l. fin. C. de dot. promiss.

Et si dictum Valasq. procedat attenta dispositio. Regn. Taur. 53. qua cauetur matrem ad dimidiā d. tis teneri, & ita etiā l. quitur Rub. d. §. 66. nu. 11.

Thesaur. in d. lib. 4. quest. 8. mouetur, quia matrem dixerat, patrem non esse soluendo in quo casu pro suo, non alieno debito se obligare existimatur l. fin. C. de dot. promiss.

Rota Roman. in decis. 264. mouetur, quia ibi mulier officio pietatis fungi videbatur, ex eo quia pro qua se obligaverat, erat inops, & non poterat congruē dotari de bonis proprijs, & sic non supponit, matrem simul cum patre pro dote communis filiae obligaram esse, vt ibi patet, & sic in diuersis terminis; Vel ex illis verbis, & non poterat de bonis proprijs congruē dotari supponitur, patrem non tuisse soluendo, vnde procedebat dispositio d. l. fin. C. de dot. promitt.

Peregr. in dicta Decis. Patau. 47. mouetur, quia ibi gener absque dicta promissione non erat contracturus, & sic erat 69 quædam causa necessaria, ob quam multa permittuntur, quæ alias de iure prohiberentur, vt dixi in quæst. 7.

Eademque ratione mouetur Cancer. lib. 3. var. resol. cap. 1. nu. 156.

Statil. Pacific. in d. decis. 111. mouetur ratione iuramenti; licet maxima sit in iure controvresa haec quæstio; tamen in quando simul cum viro mulier se obligaret, tunc iuramentum, tamquam per fraudem, & dolum exortum annullatur, vt in specie tradit. gloss. in d. authent. si qua mulier vers. non obstat si iuraueris, & ego dixi in addit. ad decis. Surd. 164. nu. 5. in fin.

Nec

Nec obstat *Put. decis. 160.* dum inquit,
q̄ solemnitates à statuto vrbis requisitæ
sub tit. de pacz. & donat. non valitur. non
requirantur, quotiescumq; mulier absq;
70 illis pro dote se obligaret. Siquidem hoc
est vbi necessariò mulier ad id teneretur,
vt in specie declarauit eadem Rota
apud *Verall. in decis. 199. num. 2. p. 3.* eo
enim casu cessaret suspicio donationis per
d. statutum comprehensa, sed mater ad
id non tenetur nisi in casu inopiæ viri d.
l. fin. C. de dot. promiss. ergo.

Et quamvis idem *Put. in decis. 160. in nouiss.*
addit. dicat die 22. *Marty 1549.* in eadem
causa coram eodem fuisse resolutum,
quod dictum statutum non comprehendet
causam dotis, etiam si vxor inter-
cessisset pro viro pro dote communis fi-
liax; Tamen Domini de Rota moti fue-
runt per tradita per *Bald. nouell. in d. pri-
uil. 3. & 12.* cuius opinio vti iuris terminis
contradictoria non sustinetur vt supra
demonstratum fuit.

71 *Alex. Trentacing. in d. resol. 2. nu. 4.* suam
opinionem fundat in regula illa, quod
generalis dispositio non comprehendat
causam dotis, quando illa specialiter re-
peritur priuilegiata, ergo *Auth. si qua mu-
lier cum generaliter loquatur, non debet*
dotem comprehendere ex d. *l. fin.* specia-
liter priuilegiata.

Sed ad hoc respondet quod genera-
lis dispositio tunc non comprehendit
causam dotis, quando illa specialiter re-
peritur priuilegiata, & eadem ratio in-
vtroque militaret, at *Auth. si qua mulier*
diuersam rationem continet, nam in tan-
tum obligatio cum viro facta non susti-
netur, in quātum adest suspicio seductio-
nis, quod in d. *l. fin.* non præsumitur; ergo
d. *Authen.* continens diuersam rationem
etiam causam dotis comprehendit, pro
vt in specie tenuerunt *Aretin. in d. l. 1. &*
Surd. decis. 164. nu. 11. vers. nec obstat.

72 Quod eo magis procederet, vbi obli-
gatio prædicta esset facta contracto ma-
trimonio, vt in puncto considerauit *Fab.*
in suo Codic. lib. 4. ad Senat. Consult. Vell.
*definit. 14. circa med. ea ratione, quia ces-
sat causa ob quam introducta est d. l. fin.*

scilicet ex eo quia non diceretur maritus
deceptus, qui antequā mulier quicquam
promitteret iam duxerat vxorem.

ARGUMENTVM.

Nunquid dos à matre constituta
pro monachanda filia secundi
matrimonij subiaceat disposi-
tioni l. hac edictali.

SVMMARIVM.

1. *Pater tenetur filiam monacbare.*
2. *Pater cogi potest ad praefandam dotem pro
monachanda filia.*
3. *Idem iudicandum est de matrimonio car-
nali, quam de spirituali.*
4. *Matrimonium spirituale dignius carnali
dicuntur & nu. 7.*
5. *Matrimonium spirituale filiam à patria
potestate liberat.*
6. *Publica utilitas in Religione versatur.*
8. *Bona fide commissio subiecta sicut pro ma-
trimonio carnali alienari possunt, ita pro
spirituali.*
9. *Statutum excludens dotatam, vel marita-
tam babes locum etiam in moniali.*
10. *Pater dotem filie primo viro traditam mi-
nuere non potest, illa effecta vidua, & re-
ligionem ingredientे.*
11. *Legatum factum pro maritago, debetur pro
monachagio.*
12. *Amplia quamvis legatum fore relatum pro
puella maritanda per carnale coniugium.*
13. *Item etiam ubi legatum conditionem con-
tineret, scilicet, vt mulier nubat cum
Titio.*
14. *Sed contrarium ubi appareat de expressa te-
tatoris voluntate nu. 14.*
15. *Gratia conceffa dotibus mulierum Neapol-
itanarum, non excedit ad dotes mo-
nialium.*
16. *Alimenta, vel aliquae eleemosyna à matre
praefita pro monachatu filiae secundi ma-
trimonij an subiiciant dispositioni l. bas
edictali, patre existente fulendo.*
17. *Eleemosyna, quam pater pro ingressu filia
promittit, loca dotis habetur.*

QV AE

Q V A E S T I O X.

Hec, quæ diximus in præcedenti quæstione de dote à matre in beneficium filiæ secundi matrimonij constituta; scilicet esse in fraudem l. bac editali, procedere videntur etiam in dote filiæ constituta pro ea monachanda, cum id quoque ad patrem spectet, & non ad matrem, ita in specie Bald. in d. l. fin. col. 2. C. de dot. promiss. & in Auct. nisi rogati in princ. C. ad Trebell. Anch. cons. 108. num. 4. Felin. in cap. Eccles. Sanctæ Mariæ num. 79. de constit. Euerard. cent. loc. argum. loco 32. à matrimonio carnali ad spiritu. Roman. 1. 781. ex mente Ioan. Andr. ad Specul. in titu. qui filij sint legit. in fine: adeo ut ad 2 eam præstandam pater cogi possit, vt ultra citatos DD. firmarunt Guili. lib. 2. obseruat. 94. num. 17. Fontanell. de paci. nupt. claus. 5. glos. 1. par. 1. num. 59. in fin. & nu. 60. & Sanchez de matrim. lib. 4. disput. 26. num. 7. cuin idem iudicandum sit de matrimonio carnali, quod de spirituali. S. sed hoc in præsenti Authen. de sanc. episcop. & auth. nisi rogati C. ad Trebellian. ne mulier retrahatur à vita contemplativa, quæ melior actua esse creditur Cap. nuptia 32. quest. 1. & clement. ex iuri de verbis signific. immo dignius dicitur matrimonium spirituale carnali l. si uxorem C. de condit. inserit. iuncta glos. in l. si ex causa S. pen. ff. de minor. 25. ann. qua probatur, matrimonio filiam à patria potestate liberari, cum tamen non liberetur à carnali: & 5 sicut publicus consideratur fauor in matrimonio carnali ob sobolis procreationem l. 1. ff. solu. matrim. ita & pro spirituali li l. 1. S. huius Studij ff. de iustit. & iur. vbi publica utilitas in religione versatur, immo religionis causa fauorabilior esse videtur causa prolis suscipienda, vt habeatur in c. unico de vot. in 6. nec hoc solus in Christiana Republica obtinet, sed olim fuit ab ipsis gentibus institutum, præferabant enim religionis rationem rationi, & causæ lobolis Virgil. Aeneido. lib. 6. & hanc partem, quod per ingressum religionis publicus fauor cōsideretur, ita ut non detur maior ratio in carnali, quam in spi-

rituali matrimonio post innumerous aduersus Couar. & alios, tuetur Cordub. in l. si quis à liberis S. si quis ex his num. 176. ff. de liber. agnosc. quod etiam in specie considerauit Thesaurus lib. 1. quest. forens. quest. 70. num. 7. in fin. 8 Hinc dixerunt DD. quod sicut bona restitutioni subiecta pro carnali matrimonio, & sic pro eius dote alienari possunt, Authen. res quæ, & ibi communiter DD. ita & pariter pro spirituali Bart. in d. Aurb. res quæ num. 7. & ibi Bald. Iaf. & Curt. qui communem profitentur, quod etiam ex multis relatis probat Loazes in repet. l. filii familiæ S. diui. num. 13. ff. de leg. 1. & ibi Grot. num. 62. Gomes. l. 4. Taur. num. 87. vers. septimo intelligi, Menoch. de præsump. lib. 4. præsump. 189. ac Sanchez de matrim. lib. 4. disput. 26. num. 7. Peir. de fidei commis. quest. 8. num. 418. Peregrin. codem tract. art. 42. num. 57. Intrigliol. de subdit. cent. 3. quest. 79. num. 238. Fusar. ibid. quest. 531. nu. 28. & propterea T besaur. junior lib. 2. quest. forens. q. 3. inquit, quod statutum 9 excludens dotatam, vel maritatum, habet Jocum etiam in moniali, subdehs ita Señatum determinasse, quod etiam firmauit codem lib. quest. 92. & ante eum tradit Georg. Natt. de statut. prim. quest. princip. num. 53. cum sequen. Brun. codem tract. de statut. art. 6. num. 202. Surdus cons. 192. nu. 21. Menoch. d. præsump. 149. sub num. 93. vers. quarta accedit. 10 Et hæc opinio adeò videtur vera, vt pater non possit dotem filiæ primo viro traditam minuere illa effecta vidua, & religionem ingredientे ita Rip. in l. 1. nu. 6. ff. sol. matrim. subdens, hanc esse veriorum opinionem, & sequitur Mastrill. decis. 153. num. 10. qui per totam latè probat, quod legatum factum pro maritatio, debeatur pro monachatu, & ad stipulantur Guttier. pp. qq. can. lib. 1. cap. 32. nu. 20. Molin. de iustis. & iur. disput. 207. conclus. 1. Menoch. lib. 4. præsump. 148. nu. 13. cum sequen. Sanchez lib. 1. de matrim. disp. 33. num. 29. & decisum refert Capic. decis. 104. quod etiam inter alios sequitur Fontanell. de paci. nupt. claus. 5. glos. 1. part. 1. num. 59. quod fortius inquit Bald. Nouell. in

in tract. de dot. par. 6. princeps. prial. 77. col. 3. vers. & licet dicta puella, scilicet id procedere, etiam si legatum foret relictum pro 12 puella maritanda per carnale coniugium, quod etiam firmauit ibidem in fine, & sequitur Didac. in c. nos quidem nu. 11. vers. 6. ex proxima de testam. quia conditio fauore religionis habetur pro non scripta, tamquam impediens vitam contemplatiuam, & reiicitur, cuius dictum etiam refert, & sequitur Surd. consl. 192. sub numero 19. circa finem vers. ubi fortius volum. 2. hanc etiam opinionem late tuetur Cor-dub. in l. si quis à liberis \$ si quis ex his nu. 176. & sequen. ff. de lib. agnosc. qui in num. 177. improbat Bald. Nouell. in loc. citat. dicentem securus esse si legatum haberet conditionem, ut mulier nubat cum Titio, ex duplicitate conditionum, primæ scilicet si nupserit, secundæ si Titio nupserit, cum etiam in hoc casu per religionis ingressum legatum debeatur, quamvis facta discussione contrarium firmauit Thesaur. lib. 1. quest. forens. quest. 60. num. 14. dicens 14 legatum pinguius factū in casu matrimonij, quam monachatus non deberi in monachatu ubi constaret de expressa testatoris voluntate voluisse excludere filiam odio religionis, sed fauorem matrimonij respicere noluisse. Item & si conditio est negativa, scilicet si non nupserit. 15 Et ex his inferri potest, quod gratia concessa in dotibus Mulierum Neapol. extendatur, & comprehendat etiā dotes Monialium nostræ Ciuitatis. Quicquid in contrarium tueatur D. Horat. Montan. in repet. l. imperiale num. 61. cum multis seq. asserens assensum concessum ex gratia Regis Catholici dotibus mulierum Neapolitanarum, non comprehendere, nec extendi ad dotes Monialium Neapolitanarum, quod nouum est, & à nemine ex Feudistis tactum. 16 Verum quod diximus de dote pro monachatu filiae à matre praestita, esse in fraudem l. hac edictali, patre tamen existente soluendo, amplia etiam, ubi monasterium dotem non reciperet, sed aliquid pro alimentis, vel eleemosyna, nam & eo casu mater eam præstando in

fraudē d. l. bac edictali fecisse censemur, cū ad illā pater teneatur, & cogi possit, ita ex multis probat Fötsanel. de paci. nup. claus. 5. glos. 1. par. 1. num. 63. & ratio est, nam 17 illa eleemosyna, quam pater pro ingressu filiae promittit, habetur loco dotis, & ideo mediante tali eleemosyna filia dicitur dotata, ita Bart. in l. 1. S. si parens in fin. ff. si quis à parens fuer. manumis. & in l. Tis- tio centum \$ Titio genero in fin. ff. de condit. & demonstr. quod notandum dicit Bald. in l. quoniam nouella in fin. C. de inoffic. testam. & sequuntur Socin. consl. 241. num. 8. volum. 2. Brun. de statuto art. 6. num. 201. cum seq. & Surd. consl. 79. nu. 3.

ARGUMENTVM.

Renunciatio filiae patri pro se, & hæredibus facta, an in beneficium omnium masculorum, tam primi, quam secundi matrimonij cedat, & sic patris hæreditatem augeat.

Et an generalis renunciatio beneficium l. hac edictali includat.

SVMMARIVM.

- 1 Renunciatio filiae an patris augeat patrimonium, & sic cedat in beneficium filiorum, secundi matrimonij, & nu. 2.
- 2 Renunciatio facta patri stipulanti pro se & hæredibus, acquiritur omnibus hæredibus.
- 3 Renunciatio facta per viam pacti de non petendo in vim donationis sustinetur.
- 4 Iuramentum operatur, ut renunciatio filie transeat in pactum.
- 5 Renunciatio facta à filia dose consentia, an babeatur pro repudiatione, vel satisfactio-ne, & liberazione.
- 6 Filia renuncians ob portione receptam, censemur ius futurum pro illo accepto vendi-disse.
- 7 Renunciatio matris nocet nepotibus.
- 8 Renunciatio filiae censemur facta contemplatione

G

- tione masculorum.
- 9 *Filia non obstante renunciatione, deficientibus masculis patri succedit.*
Intellige ubi intestatus, non autem testatus pater decederet nu. 10
Amplia quamvis ad bona paterna regressum non habere promisisset nu. 15
- 11 *Filia ubi renunciat hereditati paterna ad fauorem masculorum, non cogitur pater masculis relinquere, sed potest testando illic praejudicare.*
- 12 *Patrem aequalitatem inter filios seruari voluisse presumitur.*
- 13 *Renunciatione filiae censetur facta in beneficium masculorum utriusque coniunctorum, & nu. 19. 20. & 21*
Amplia ut censeatur facta in beneficium sororis innuptae, masculis tamen non existentibus nu. 14
Sed intellige nu. 28
- 16 *Intentio patris, qui filiam ad renunciandum inducit, qualis sit, & num. 21*
- 17 *Renunciatione à mente renunciantis regulari debet.*
- 18 *Frater utriusque coniunctus consanguineum excludit.*
- 19 *Renunciatione sororis secundum dilectionem & affectionem regulatur.*
- 20 *Sororis renunciatione uni ex fratribus facta, omnibus alijs prodest.*
- 22 *Renunciatione filiae non obstat deficiensibus masculis.*
Maxime ubi vigeret statutum exclusum fæminarum ob existentiam masculorum num. 28.
Intellige indistinctè siue testatus, siue intestatus pater decederet nu. 55. cum seq.
- 23 *Renunciatione filiae in se conditionem habet, si aliquis ex masculis superuiueret.*
Et quid si esset facta per acceptationem num. 49
- 24 *Renunciatione filiae censetur facta fauore masculorum tempore renunciationis existentium.*
Item fauore procreandorum, si tempore renunciationis non extitissent nu. 25
Intellige ubi pater illam acceptando filios masculos sperare potuerat nu. 26
- 27 *Pater renunciationem filiae acceptans an & quando agnationi prospicere voluisse censeatur.*
- 29 *Pater filia renunciationem acceptare videatur, seruata forma statuti.*
Amplia, quamvis verba contractus repugnare nonnum. 31
- 32 *Ius municipale, nedum tacite verum ac super pactum expressam videoetur inesse contractus, & nu. 33*
Amplia nedum in contractibus, vetum in quibusdam alijs dispositionibus nu. 37
- 34 *Pater stipulans empyleusim pro se, & filiis, fæmina non admittuntur nisi deficientibus masculis, stante statuto fæminarum exclusio, proper existentiam masculorum.*
Amplia etiam si fæmina copulatiue esset cum masculo vocata nu. 35.
- 36 *Partes celebrando actum eius censetur se obligare legibus de illo actu loquentibus.*
- 38 *Renunciatione filiae facta patri pro se, & heredibus, censetur facta contemplatione fratrum utriusque coniunctorum.*
- 39 *Filia per renunciationem patri factam etiam per viam pacis de non petendo, censetur priuata iure succendi per viam abdicationis, & nu. 41*
Item non potest legitima supplementum petere auctis deinde facultatibus patris nu. 40.
Intellige nu. 42
- 43 *Renunciatione quando dicatur donatio, & num. 45*
- 44 *Affensus in renunciatione an requiratur.*
- 45 *Surd. conf. 244. vol. 2. declaratur.*
- 46 *Renunciatione an & quando hereditatis additionem inducat, & nu. 47*
- 48 *Filia non obstante renunciatione facit partem ad beneficium masculorum, quamvis non admittatur ad partem.*
- 49 *Renunciatione per acceptationem facta, an in se habeat tacitam conditionem si masculus superuiueret.*
- 50 *Renunciatione matris quando nepotibus nesciat, & nu. 51. 52. cum seq.*
- 55 *Renunciatione contemplatione masculorum, illis deficiensibus admittitur ad successorem, siue testatus, siue intestatus pater decederet, & nu. 59.*
Amplia quamvis pro se, & heredibus bipulatus sit pater num. 56
- 57 *Renunciatione facta contemplatione masculorum,*

- rump, renuncianti non obstat, si cum
masculis extrates instituti sunt heredes.
Vel ubi masculi succedere requirent nu. 58.
- 60 Renunciatio generalis, an & quando benefi-
cium l. bac edictali comprehendant, varie
recensentur opiniones num. 63. 73. cum
sequen. & 79. 80. 82. cum sequen. & nu.
89. 90. 91. & 94
- Et quid si tempore renunciationis beneficium
l. bac edictali erat filiae renuncianti dela-
tum num. 73. 80. & 81
- Et quid si portio, quam habuit renuncians,
equiualeret etiam lucro, portionique
dispositione l. bac edictali competenter, &
num. 85. & 132
- 61 Verba generalia etiam in materia odiosa no
sunt restringenda.
- Amplia, quavis maior in uno, quam in alio
est ratio nu. 62
- 64 Verba illa (& alijs ex quavis caussa, &
omni alio legū auxilio) in renunciatio-
ne posita, an & quando dispositionem
renunciationis amplient, & num. 67. 68.
69. 120. 122. & 125. cum seq.
- 65 Clausula, alijs, denotat similitudinem, & ex-
emplificat casus similes.
- Limita ubi stat augmentatio nu. 66
- 70 Verba renunciationis non debent esse fine
effici.
- Amplia, ut mediam dictio, sed quilibet syllab-
anum. 71
- Etiam trahendo verba ad impropriam si-
gnificationem num. 72
- 74 Renunciatio intelligitur rebus sicstantibus.
- 75 Renuncians omni iuri, quod habet, vel speret
babere, non censeatur turi de fureuro, sed de
presenti renunciare.
- 76 Iuri de futuro renunciari non potest.
- Littera si pacto id fieret nu. 77
- 78 In renunciatione filiae patri facta non inclu-
duntur ea, qua ex culpa illius, cui sit renu-
ciatio amittit, & nu. 79. & 115
- 79 Filia per generalem renunciationem non ex-
cluditur ab hoc beneficio l. bac edictali.
- 81 Beneficium l. bac edictali regulatur secun-
dum ordinem successione.
- Sed contrarium nu. 131
- 82 Filius ingratus à beneficio l. bac edictali ex-
cluditur.
- 84 Beneficium leg. bac edictali satis differt ab
uniuersali successione.
- 85 Duo iura, que possunt esse penes diuersas
personas, ubi reperiuntur concurrere in
persona unius, iudicandum est de illa, san-
quam de duabus personis.
- 86 Renuncians ius conductionis, non censetur
renunciaisse ius intratura.
- 27 In generali filia renunciatio, non compre-
henditur id, quod ex statuto illi debetur.
- 88 Generalis hereditatis agnatarum renuncia-
tio, non comprehendit id, quod illi agnato-
ire agnationis competeres.
- 90 Generalis renunciatio, paenam secundo ruben-
tium non continet.
- 91 Dispositio l. scimina C. de secund. nupt. satis
differt à dispositione l. bac edictali.
- 92 Filia per renunciationem incapax non effi-
citur.
- 93 Dispositio l. bac edictali cessat in Hoste Rei-
publicae, & in monaco incapax.
- 95 Generalis renunciatio de sui natura trahitur
ad specificata.
- 96 Generale pactum de non petendo, ad partem
solitarii restringitur.
- 97 Generalis liberatio restringitur ad specifica-
ta, & a causa, ob quam facta fuit, regu-
latur num. 98.
- 99 In dubio nemo presumitur iuri fibi aliquo
modo competenti renunciare.
- 100 Error potius, quam renunciatio presumitur
in Rustico, & Muliere.
- 101 Renunciatio quid sit.
- 102 Renunciatio exceedens summam quingen-
torum aureorum in iustinatione eget.
- 103 Donatio in dubio non presumitur.
- 204 Canonici faciendo actum, mandante Pona-
tifice, intelliguntur potius parere Pontifi-
ci, quam renunciar. statuto sibi concessio.
- 105 Renunciations à filiabus nuptui traditis no
ex spontanea earum voluntate fiunt, sed
stimulatione parentum.
- 106 Renunciatio en præjudicium renunciantis
interpretari non debet, & nu. 109.
- 107 Voluntas, que ex facto colligitur, limita-
tur, quatenus necessario ex tali facto infi-
ratur.
- 108 Intentio renunciantis colligitur ex caussa,
& ratione renunciandi.
- 110 Renunciatio & si generalis, strictè interpre-
tatur, ubi aliquid est operata.

- 111 *Dispositio l. bac edictali ad quid introduc-ta.*
- 112 *Beneficium speciali privilegio introduc-tum, generali renunciatione non tolli-tur.*
- 113 *Legatum alimentorum non includitur sub generali legatorum revocatione.*
- 114 *Generalis renunciatione non excludit renun-ciantem à iure petendi supplementum legiti-ma, & à iure petendi supplementum datis subrogata è Statuto in locum legitima, nisi specialis facta sit mensio.*
- 116 *L. Plautius ff. de aur. & argente. legat. l. Iu-lius ff. ad trebell. & l. l. S. generaliter ff. de leg. præst. declaransur.*
- 117 *Clausula generalis ad non verisimilia non extenditur.*
- 118 *Generalis renunciatione non trahitur ad in-cognitam.*
- 119 *Incognitum mulieri dicatur, quod ei iuris dis-positione confertur*
Amplia quamvis mulier dubitasset illud ius ab iuri competere n. 121.
- 120 *Verba cex erit scicnia, ignoransiam non tollunt & n. 122.*
- 123 *Clausula in renunciatione posita omni iuri, & legum auxilio, nihil praeter specificata operatur, ubi de magno ageretur praedi-cio. Amplia quamvis in ea fieret mensio certiorationis n. 126.*
- 124 *Ingnorantia defectus per geminationem actuum non tollitur.*
- 127 *Clausula in exequituus principalem non alterant dispositionem.*
- 128 *Ad hoc ut beneficio l. bac edictali renuncie-tur, expressa, & specialis requiritur renun-catio.*
- 129 *Renunciatione specialis beneficij l. bac edictali non sufficit absque speciali certificatione illius.*
- 130 *Limita in filio Doctore.*

Q V A E S T I O X I .

Pro dilucidatione præsentis quæstio-nis nonnulli casus distinguendi sunt. Primus est, an renunciatione hæc tantummodo facta censeatur contemplatione patris, ita ut ad eius hæredes, & successo-res transeat, tamquam ipsius adaugens

patrimonium, atquæ adeò ad filios secun-di matrimonij; an verò in beneficium masculorum ex primo matrimonio, ita ut, ijs non existentibus, cesset renunciatio-nis obstatuolum.

Secundus est numquid renunciatio lieèt generalissima lucrum l. bac edictali comprehendat.

Quoad primum, & si quæstio primo liminis ingressu aliquantulum difficultis sit, tamen ex infra scriptis nullam videtur pati difficultatem.

- 1 Autumant namque DD. renunciatio-nem prædictam, ex inferioribus, augere patrimonium, & patris hæreditatem; & propterea in beneficium omnium mas-culorum, tam primi, quam alterius ma-trimonij cedere, ita in specie Alex. in conf. 149. vol. 7. Paul. de Cœbr. conf. 252. vol. 1. Anna hñg. 440. Paris. conf. 26. num. 27. cum seq. & conf. 69. nu. 49. cum seq. vol. 3.

Nicenur primò vbi renunciatione esset facta patri recipienti pro se suisq; hære-dibus, ex qua videtur contemplata ipsius patris persona, eiusque hæredum, & suc-cessorum ita etiam Cro. in l. stipulatius modo concepsa col. 12. ff. de verb. obligat. Hæ-redi enim mente omissis includit, & indefinita æquipollit vniuersali l. si plu-ribus vbi Bari. ff. de leg. 2. cap. vi circa in-princ. de elekt. in 6.

- 3 Mouentur secundò, vbi renunciatione fie-ret per viam pacti de non petendo, quo casu fit, ut talis renunciatione sustineatur in virtute donationis secundum Bald. in l. fan. col. 6. vers. sed hic incidenter queritur C. de pact. per notata in l. si quis obligationes ff. de reg. iur. & per DD. in l. Modestinus cum concord. ff. de donat. & post eos firmat quo-que Soccin. in conf. 34. volum. 4. cuius opini-onem veriorem existimat Fab. de Anna in conf. 45. nu. 21. vol. 1. vel vbi adesset iu-ramentum; cum & si simplex sit renun-catio, tamen vigore illius transit in pa-

ctum ita Soccin. conf. 114. num. 6. lib. 1. Rot. decis. 2. de renunciat. in nouiss. cum alijs per Mancin. de effect. iuram. p. 4. effect. 27. num. 5.

Et vbi denique renuncians dixisset, se dote contentam, vel quia aliquid aliud per-

percepit; eo enim casu portio renunciata non accrescit alteri per ius accrescendi, cùm nō sit mera repudiatio, sed quædam satisfactio, & liberatio, ut in puncto Bald. in l. duobus ff. de leg. 1. & Bart. in l. 1. S. filium ff. si quid in fraud. patr. & clariū Paul. dict. consil. 252. Roman. consil. 22. & Minad. consil. 22. & latius Fab. de Anna in consil. 45. nu. 55. hæc enim renunciatio non dicitur simpliciter facta, sed qualificata propter portionem receptam, ob quod fit, vt illud ius futurum pro portione habita vendidisse cèleatur ita Dec. consil. 181. & in l. pactum dotale num. 18. C. de collat. & sic super dicto iure dicitur transfigisse propter portionem de præsenti habitam, ita vt reputetur filia transfigendo; vel vendendo renunciasse totam successionem ad se pertinentem, vt exp̄res̄ Rom. in l. qui superstis ff. de acquir. heredit. sic Rub. Alex. consil. 42. nu. 5. & seq. Casan. consil. 47. Bellon. consil. 15. num. 5. & seq. Bero. consil. 49. nu. 38. vol. 1. quamplurimi apud Peregrin. consil. 85. numer. 2. volum. 5. & Gallerat. de renunciat. inferentes ex hoc, filios renunciantis esse insuccessibiles aucto ob satisacceptiōē matris, & illius quietationem; & propterea nullum videtur ex huiusmodi renunciatione ius fratribus renunciantis esse acquisitum, cum per satisfactionem sit iam extinctum, liberatio enim debet ad obligatum, hoc est patrem, & non ad alios referri, quia creditor, & debitor sunt correlativi, cum igitur fratribus liberatio non conuenit, ita nec eius effectus conuenire debet l. ff. seruum S. non dixi ff. de acquir. hered. l. 4. S. toties ff. de damn. infect.

Itano conclusio prædicta veritatem puratur, vbi pater testatus decederet, & hoc indistinctè, siue masculi, ex secundo matrimonio, siue extranei instituti sint; si quidem recte renunciatio contemplatione masculorum facta censeatur, ita vt illis patri præmotoribus filia succederet tamen non obstat, id enim obtineret, vbi pater intestatus decederet, quo casu filia tacitè à patre existimatur vocata, vt cōmuniter DD. in d. cap. quamvis pactum de pactibique Conar. 3. p. S. 3. nu. 4. vers. ante

vers. hoc vero, Aretin. consil. 17. Corn. consil. 291. vol. 4. Aym. consil. 42. Baez. de non melior. dot. cap. 6. nu. 12. Cancer. lib. 3. var. ref. cap. 15. nu. 20. 33. & 40. De Pont. consil. 40. nu. 8. vol. 1. Farin. decis. 75. num. 1. p. 2. Reg. Rouis consil. 44. nu. 9. & 12. p. 1. nam quod foemina succedit non obstante renunciatione, quæ sit restringenda ad casum supereexistentiæ fratrum, sed ad voluntatem patris intestati decedentis, qui videtur tacitè voluisse foeminam præferri extraneis ad tex. in l. conficiuntur C. de iur. Ced. pro vt ita post Gemini. Alexan. Socin. Paris. Couar. & alios firmat Vio. decis. 221. num. 51.

Quicquid etiam in hoc casu firmarunt Menoch. consil. 6. vol. 1. & Put. in consil. unic. poss. consil. Sfort. Odd.

10. Vbi vero, condito testamento, pater decederet, secus esset, quoniam pater recipiens filiæ renunciationem pro se, & heredibus, dupli ex causa ad eam recipiendam moueri poterit, vel vt prouideat fibris, vel vt sibi met ipsi præspiciat, quod de bonis suis pro libito disponat, vt tradunt Corn. d. consil. 291. Aym. d. consil. 42. de Pont. d. consil. 40. nu. 7. & 8. Vnde si condito pater testamento decesserit, tunc adhuc superest causa, & propterea filia renuncians contra patris voluntatem admittenda non est, & in fortioribus tradit Ias. in l. fin. nu. 23. C. de pact. dicens & si renunciatio paternæ hereditatis in masculorum fauorem facta sit, attamen cogi non possit pater masculis relinquere, cum possit testando illis præjudicare, vt etiam comprobarent Dec. in l. pactum quod dotale sub num. 6. vers. nec obstat si dicatur, quod pater C. de collat. Aym. consil. 289. num. 1. vers. ex premissis insertur, & Farinac. decis. 75. p. 2. vbi sic per Rotam deciſum refert; igitur eo magis illis præemptuis.

Attamen, & si prædictæ rationes potentissimæ sint, contrarium verius effevidetur, siquidem ex l. final. C. cōm. veriusq. præsumitur patrem æqualitatem inter filios seruari velle, quæ æqualitas, si pater donationem acquireret, inter filios non 13. seruaretur; filij enim secundi matrimonio

nij eorum matris ditem, vel eorum patris bona præcipue haberent, quæ ex patris, matrisue facto diminui non possunt; filii vero primi matrimonij sua bona tamen materna, quam paterna pro ipsis solis non haberent, sed ex patris facto ea cum filiis secundi matrimonij cōmunicarent, quod æquitas non suadet, sed quid iniquum esset; & propterea quicquid esset respectu prætensiæ donationis ex renunciacione à filia in beneficium patris factæ per viam pacti de non petendo, vel causa aliquius recepti, vel dictis, aut alicuius similis cessare debet, cum magis videretur prouidere filio, ut acquireretur sibi portio repudiantis, quam quod tacita celebraretur donatio in ipsis persona, ut satius doctè considerat, & probat *Franc. de Aret. conf. 90.* quem pro singulari not. & sequitur *Boer.* omnino vidend. in *des. 184.* dicens hanc partem æquam, & communem, atque in iudicijs amplectendam esse, prout in ea causa vti commun. & secundum eam contra *Alex.* consilium iudicatum fuisse testatur, ne pater ditet filios secundi matrimonij ex bonis filiorum primi matrimonij, vt etiam tradit in *decis. 104. nu. 9.* & contra prædictū *Alex. conf. decisum quoq. refert Papon. lib. 16. tit. 4. arreſt. 15. tit. de filiab. que nubent futur. succes. renunt.* & ex multis resoluit *Aluarad.* de coniect. ment. defunct. lib. 2. cap. 3. S. 2. *Gomes.* in l. 22. *Taur. nu. 11.* *Rol. conf. 26. nu. 34.* vol. 3. & in specie etiam hanc firmat *Cancer. lib. 3. var. resol. tit. de renunc. sub nu. 43. vers. quod procedit,* & hanc esse veriorrem, & magis communem profitetur *Io. de Nigr. ad cap. Regn. mulier dotarium nu. 56. vers. contrariam opinionem,* sequitur *Molif. ad Confuet. Neap. tit. de renunc. q. 2. nu. 8. Cardin. Tuse. lit. R. conclus. 181. nu. 16.* & 49. & hac ratione inquit *Fab. in suo Codiv. lib. 5. tit. 9. de patr. conuent. definit.* 12. quod id procedit etiam si alia filia innupta eiusdem matrimonij existeret, 14 cum patris voluntas sit, vt par & æqualis sit cōditio omnium filiarum, & ante eum tradit *Corn. conf. 291. col. 2. vers. Tamen his non obstantibus volum. 4. & *Crauett. conf. 42. nu. 2.* & seq. & ita per Rotam decisum*

15 quamvis filia promisisset amplius ad bona paterna regresum non habere testatur *Mart. de success. legal. p. 1. q. 14. artic. 1. nu. 10.* sic etiam *Alba. conf. 11. num. 15. vbi respondendo Dec. in conf. 3 1.* inquit quod finis, & intentio patris, qui filiam ad re-
16 nunciandum inducit, non est aliis nisi ut per unius exclusionem; pinguior efficiatur portio aliorum; Et hoc non solum verum esse videtur habito respectu ad patrem renunciacionem recipientem, scilicet illam voluisse pro omnibus alijs fratribus utrinque coniunctis ipsius renunciatis recipere; immo ex verisimili mente renunciantis, à qua renunciatio regulari debet *l. qui cum tutoribus ff. de pact. l. qui Roma S. duo fratres ff. de verb. obligat.* Verisimilis inquam mens renunciantis est, ut contemplatione omnium fratrum
17 utrinque coniunctorum, non tantum cōsanguineorum renunciatio facta censeatur, nam sicut illi consanguineos in successione excludunt *S. igitur defunctus, & S. sequen.* *Auth. de hered. ab intest. venient.* *Auth. defunct. ad Tertull. glos. in l. 1. ff. de iur. & fact. ignor.* & ita soror renuncians cēletur eos magis diligere, quam fratres consanguineos tantum, ex quo dilectione ex ordine sanguinis procedit, & secundū affectionem regulatur renunciatio, ut latè *Menoch. lib. 4. pref. 16. in 3. coniect.* & *Mart. success. leg. p. 4. quest. 10. art. 1. nu. 2.* & 3. satis doctè probat *Dyn. in consil. 3.* dicens, quod si soror renunciet uni ex fratribus hereditatem paternam, & maternā, hereditas acquireretur non soli recipienti, sed omnibus fratribus, quia cum omnes æqualiter diligeret, censemur omnium contemplatione renunciasse, prout etiam sequendo *Dyn. firmarunt Io. Andr. ad Speculat. tit. de testam.* S. 1. in fin. *Bald. in l. pactum quod dotali quest. 8. C. de collat.* *Aret. in l. plane S. si duobus col. 6. in fin. ff. de legat. 1. Rub. Alexand. in l. pater filium num. 150. ff. de inoff. testament. Fabian. de Ciocch. in Authent. nouissima num. 224. C. de inoff. testament. & ob id *Aret. in dict. consil. 90. num. 2. vers. Confirmatur ista conclusio,* & numero 4. verj. quod pater recipiendo concludit, quod, sicut, stantibus fratribus ex*

- duplici matrimonio, filia censeatur patri
 21 renunciare ad commodum filiorum, seu
 fratum utrinque coniunctorum, non au-
 tem consanguineorum, ita & patris reci-
 pientis, censetur intentio, quod renun-
 ciatio cedat ad commodum filiorum ex
 eodem matrimonio, ut hoc modo inter
 filios seruetur aequalitas.
- 22 Hinc est quod deficientibus masculis
 renunciatio filiae non obstat ita Beltr. conf.
 32. vol. 3. & conf. 74. vol. 5. vltimi Addent.
 ad Guid. Pap. in decis. 192. in nouiss. Alexan.
 conf. 29. ibique add. volum. 3. Salye. & alij
 in l. pactum dotali C. de pac*t*. Boer. decis. 62.
 num. 18. Vrsill. ad Afflict. in decis. 161. num.
 5. Cap*t*. decis. 119. Manent. decis. 8. nu. 25.
 & ita fuisse per Regiam Cameram Sum.
 contra Fiscum, & contra consil. Roman.
 22. decisum inquit Pisanell. ad Consuetud.
 Neapol. si quis, vel si qua fol. 130. incip.
 23 hic esset repetenda. Renunciatio enim
 tacitam in se habet conditionem si aliquis
 ex masculis superuueret, ita Salye. alij;
 DD. in d.l. pactum dotali, & late Marant.
 disput. 10. Cancer. lib. 3. var. resol. tit. de re-
 nunc. cap. 15. nu. 28. post Couar. in cap. qui-
 uis pactum 3. p. §. 2. numer. 4. de pac*t*. in 6.
 communem dicit Graff. comm. opin. cap.
 10. quast. 2. in fin. Molin. de primog. lib.
 2. cap. 3. num. 47. vers. id tamen, Handed.
 conf. 29. num. 8. ac ita fuisse iudicatum
 inquit Mart. de success. legal. p. 1. quast. 14.
 num. 15. in fin. idem Pisanell. in cit. con-
 suet. d. fol. 130. in nouiss. & diffusè Fellius
 Fernand. in l. 6. Taur. glos. 1. num. 45. vbi ex
 communi DD. sententia resoluit renun-
 ciationem per filiam factam, etiam dote
 recepta, habere tacitam conditionem, si
 superuuant fratres patri, alias si præmo-
 riantur, haberet ac si facta non esset, cum
 24 semper præsumatur facta contemplatio-
 ne fratrum, qui tempore existebant, vt
 cōmuniter quoq; DD. affirmant in l. pa-
 ctum quod dotale, & præcipue Bald. num. 3.
 & Dec. nu. 9. C. de collat. & DD. oēs in l. qui
 superstis ff. de acquir. bāred. infinit. relati
 per Vrsill. in decis. 161. num. 5. & Io. Bapt.
 Thor. in Vot. 82. nu. 17. & sequent De Pont.
 conf. 39. num. 1. vol. 1. Surd. conf. 446. num.
 20. lib. 3. & decis. 252. in fin. Molse. ad Con-
 suetud. Neap. tit. de renunciat. quast. 1. num.

28. & sequ. & quast. 2. num. 5. cum seq. D.
 Franc. de Petris. in conf. 5. 1. nu. 14. vbi alle-
 gat Decis. Sacr. Reg. Consil.
 Et in fortioribus erudit Alexan. in conf.
 29. num. 8. & 9. vol. 3. dicens renunciatio-
 nem esse factam etiam ex mente patris
 recipientis fauore illorum masculorum;
 qui renunciationis tempore existebant;
 adeo ut illis patri præmorientibus, quæ-
 uis deinde alij nati sint, cesseret renuncia-
 tio, & filia renuncians succederet, quod
 etiam pro singulari notauit Hartm. Pistor.
 lib. 4. cap. 6. nu. 57.
- 25 Quod procedit etiam vbi tempore
 renunciationis masculi non extitissent,
 cum renunciatio fauore masculorum pro-
 creandorum facta censematur, ita ut illis
 deinde non natis, cesseret renunciatio, &
 pater illam acceptando, tantum cogita-
 uit consulere proli nascituræ, vt firmant
 Bald. in conf. 437. vol. 1. Aym. Crauett. conf.
 42. Vinc. de Franch. in addit. ad Consuetud.
 Neap. de success. ab intestat. verbo ipse suc-
 cessores fol. mihi 84. lit. C. in nouiss. contra
 ea quæ tradit Alexan. conf. 29. volum. 3. sic
 etiam post multos hanc tueretur Cancer.
 lib. 3. var. resolut. cap. 15. tit. de renunc. num.
 33. Guttier. in cap. quamuis pactum verifice
 omnino seruari debet, Gomes. ad l. 22. Taur.
 num. 12. & si cogitandum reliquerit Can-
 pyc. ad Consuetud. Neap. si marijatur lit. B.
 fol. 83. in nouiss. Quamuis Fab. de error.
 pragm. tom. 1. decad. 13. error. 9. num. 10. id
 intelligat vbi pater filios sperare potue-
 rat, quo casu & si pater pro se, & haere-
 dibus filia renunciationem receperit, ta-
 men illis nō natis, admitteretur filia, non
 obstante renunciatione argumen. sex. in
 l. cum acutissimi C. de fideicom. l. cum auu-
 ff. de condit. & demonstr. At vbi pater filios
 27 sperare non poterat, tunc secus esset ex
 eo, quod censeri debet agnationi pro-
 spicere voluisse; vel vbi tempore renun-
 ciationis altera filia existaret, eo enim
 casu renuncians non succederet, mascu-
 lis non natis, quoniam cessaret coniectu-
 ra masculorum. vt probat. Hartm. Pi-
 stor. lib. 4. cap. 6 num. 58. & adstipulatur:
 De Pont. conf. 40. num. 5. vol. 1. & Fab. de
 28 error. pragm. d. decad. 13. error. 9 num. 7. vbi
 id

*id esse firmat, quando illa similiter non renunciasset, & quod deinde non nascantur masculi, cum quibus illa succedere non posset, quamvis illis non natis, nuptam excluderet, alias si illa quoque renunciasset, esset secus, cum renuncians succederet ea non obstante, & sic omnes succederent ex reg. sex. in l. tale pactum S. fin. ff. de pac*t*. scilicet ut dispositio recipiat interpretationem ex eo, quod verisimiliter disponens esset responsurus si interrogatus fuisset, & per glo*s*. quæ regulaendum in ultimis voluntatibus, immo etiam in contractibus procedit, sic ibi Bald. Angel. Iac. & Alex. in l. Titius S. Lucius antenam. 3. ff. de liber. & posthum. & sic quoq; prout in specie pro renunciante firmat De Ponse dict. conf. 40. num. 10.*

29 Præterea opinio prædicta omni caret difficultate, vbi vigeret statutum exclusivum foeminarum ob masculorum existentiam, cum onere dotandi; quo casu tam renunciatio, quam patris stipulatio tenetur facta, seruata forma statuti, & ab eo regulatur, scilicet cõtemplatione masculorum, & ob eorum existentiam, ut tradit Dec. conf. 74. num. 23. Honored. conf. 29. nu. 107. volum. 1. ac Merlin. de legitim. lib. 3.

30 tit. 1. quest. 5. cum quilibet censeatur contrahere attenta dispositione statuti, ita Corn. conf. 166. num. 53. lib. 2. & conf. 201. num. 3. lib. 4. Socin. sen. conf. 19. num. 6. lib. 1. Ruin. cons. 126. num. 3. & conf. 163. num. 8. lib. 1. communem esse inquit Curt. iunior conf. 141. num. 7. Paris. conf. 13. num. 29. & sequen. & conf. 21. num. 47. lib. 1. Rub. Alex. conf. 70. num. 1. Loffred. conf. 39. num. 16. Rimin. iunior conf. 242. num. 55. & conf. 257. num. 68. Surdus cons. 198. num. 8. & sequen. Menoch. de præsump. lib. 3. præsump. 38. num. 8. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 8. num. 5. Thesaur. lib. 2. qq. forens. quest.

31 9. num. 9. Quod procedit etiam vbi verba repugnarent, nam eo quoque casu contrahentes dispositionem statuti sequi voluisse censemur, ita Bart. in l. iusurandi S. si liberi num. 5. de oper. libert.

32 Bald. in l. liberti num. 34. C. eod. Cephalus conf. 451. num. 197. ex eo, quod sicut ius commune videtur tacite inesse contra-

ctui quocumque in loco contrahatur, ita & ius municipale, quod derogat iuri cōmuni, sicut species derogat generi l. de quibus in fin. ff. de legib. Bald. in l. 1. nu. 17. vers. ultim. not. ff. solut. matrim. idem Mantic. in cit. tit. 8. num. 2. illud enim, quod à statutis dispositum est, perinde contractibus inesse videtur, ac si pactum esset ex-

33 pressum tex. satis apertus est in l. si fundus ff. de euict. l. quod si nolit S. quia assidua ff. de edit. edict. l. si pignus S. si creditor vbi Bal. ff. de pignor. act. l. si plus S. l. ff. de aqua pluu. arc. l. si stipulatus in princ. ff. de vjur. & facit l. semper in stipulat. ff. de regul. iur.

34 Ob quod inquiunt DD. quod patre stipulante emphyteusim pro se, & filijs, foeminæ non admittantur, nisi deficientebus masculis, si vigeret statutum excluens illas propter masculos, ut in specie Bart. in dict. l. iusurandi S. si liberi num. 5. & 6. de oper. libert. & in conf. 59. num. 2. lib. 1. Angel. conf. 184. sub num. 1. vers. si tamen consuetudine, & vers. idem est si ex forma statuti, Alex. conf. 9. num. 2. & 3. lib. 5. Peregrin. de fideicommiss. art. 17. num. 24. Gratian. tom. 2. discept. cap. 47. num. 13. & seq. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 18. n. 23. & post Angel. Corn. Alexan. Andr. Paul. de Castr. Felin. Bart. & aliquos sequitur Albert. Brun. de statut. art. 8. quast. 22. num. 106. vbi ait id procedere, etiam vbi foemi

35 na copulatiuè esset cum masculo vocata: immo etiam si esset dictum pro se, & filijs, & hæredibus, quod etiam tradit Couarr. lib. 2. var. resol. cap. 18. sub num. 1. & Clar. in S. emphyt. quast. 32. vers. sed & pone, & ita communiter seruari inquit Mandos. ad Roman. in conf. 22. in verbo admittatur, si quidem partes celebrando actum

36 censemur se obligare legibus de illo loquentibus l. si duo ff. de acquir. hæred. & ibi Bald. vbi glo*s*. subdit, quod est fictio, quæ non recipit probationem in contrarium,

37 quod indistinctè procedit, scilicet ne dū in contractibus, sed etiam in quibusdam aliis dispositionibus, quoniā sēper testator prælumitur velle cōfirmare cū dispositione statuti, & secundum illam disponere, ut post Bart. in l. hæredes mei S. cum ista num. 4. ff. ad Trebellian. & alios innume

ros tradit Fusar. de subſtit. quæſt. 311. nu.
42. cum ſeq. & quæſt. 374. nu. 64. & quæſt.
352. num. 16. & quæſt. 363. num. 4. Peregr.
de fidei commiff. art. 25. num. 3. vers. & pra-
terea comprobatur.

Nec obſtar, quod renunciatio ſit facta
patri acceptanti pro ſe, ſuisque hæredi-
bus, quia & ſi hoc modo concepta ſit ſti-
pulatio, tamen, cum extarent fratres
vtrinque coniuncti, qui cenſentur magis
dilecti ex conieeturata mente fotoris,
38 cenſetur nihilominus facta renunciatio
contemplatione fratrum, & non hæredū,
ita in terminis concludunt Bald. in cons.
637. num. 2. volum. 1. & Beltran. cons. 328.
num. 2. volum. 3. & ita consultum ſe fuſſe
refert Pifanel. ad d. Consuet. ſi quis, vel h
qua fol. 131. vbi ita quoque deciſum per
Reg. Cameram Summariae, & ſic contra
cons. Rom. 22. teſtatur ita etiam Hartham.
Piftor. lib. 4. cap. 6. num. 45. vbi ſubdit ca-
uendum eſſe à Menoch. in conf. 6. & à Put.
in cons. unīc. poſt conſilia Sfore. Odd. & adſti-
pulatur Cancer. lib. 3. var. reſol. cap. 15. nu.
33. & 34. quodque etiam indiſtincte tue-
tur Io. de Nigr. in d. cap. Regn. Mulier do-
rarium nu. 56. in fin. multos ad hoc allegans,
& Molin. de rit. nupt. lib. 3. quæſt. 85. hanc
denique opinionem (poſt hęc omnia ſcri-
pta viſus) acerrimè tuetur D. Merlin. me-
ritiss. Iudex Controuerſar. cap. 32.

Minus quoq; dici potest, hanc renun-
ciationem cenſeri quandam ſatisfactio-
nem, ſeu liberationem, vel donationem,
ſiquidem huiusmodi renunciatio, etiam
per viam pacti de non petēdo, acceptaq;
dote, nullum ius patri tribuit, ſolum enim
39 filia per eam cenſetur priuata iure ſuc-
cedendi per viam abdicationis, & non
translationis, vt in puncto Bald. in l. illud
num. 6. vers. quid ergo C. de ſacrosanct. eccl.
Dec. cons. 31. Vrſil. ad Afflict. decif. 161. nu.
5. quoniam tempore renunciationis à pa-
tri & filiæ nihil debebatur niſi dos, quæ cū
non debeat eſſe minus legitima, renun-
ciatio nihil aliud operatur niſi remiſſio-
nem, & refutationē illius, quod habitura
fuſſet pro illius ſupplemento, & hoc ſtā-
te pacto de non petēdo, vel ſtante iuramē
40 to l. 1. vbi gloſ. & cōiter DD. C. de pact.

& cap. quamuis pactum (ibi dote contenta)
de pact. & late Thesaur. lib. 2. quæſt. forens.
quæſt. 93. per tot. & ſic ad finem ut ipſa
ſuccedere nequeat in morte patris in eo
pluri, ſed non ut pater de ea diſponere
poſſit; nam cum nihil filia tranſtulit, quia
de illo ſupplemento diſponere non poſtuit,
cum nullum ius viuente patre habeat,
muſto minus poſtuit dare patri poſteſtā
diſponendi arg. I. eius qui in prouincia ff. 16
cert. pet. & ita in ſpecie tradit Surdus poſt
Bart. Alex. Caſtr. & infinitos alios in cons.
133. num. 7. & 8. Et propterea in puncto
Gabriel. conf. 135. volum. 2. concludit, quod
ſiue teſtatus, ſiue in teſtatus pater dece-
dat, renunciationem factam nibilej iuris
tribuere, ſed ſolum efficere, ut nihil pe-
41 tere poſſit. Renunciationes enim (inquit
ipſe) procurant à parentibus ad effe-
ctum ad hoc, ut filiæ ſuccedere nequeant,
& pater de bonis, de quibus, circumſcri-
pta renunciatione, diſponere nequirit,
poſſit in præiudicium ipsarum filiarum
diſponere, non autem ut pater diſponere
poſſet in præiudicium filiorum, qui non
renunciarunt, & quibus auſtoritate legis
portio eius, quæ renunciauit applicatur,
ſiquidem de ea parte credendum eſt, pa-
trem fieri voluſſe, id quod ius diſponit
ad l. ſi duo ff. de acquir. hæred. & notat Bar.
& DD. in l. hæredes mei §. cum ita ad Tre-
bell. & ob id Boer. in decif. 62. num. 18. in-
quit, quod & ſi, ſtante renunciatione iu-
rata, ad ſupplementum amplius filia age-
re non poſſit, tamen hanc veram inquit
eſſe conclusionem, quando masculi, &
42 agnati ſunt hæredes instituti pro confe-
ruatione nominis domus; ſecus ſi extranei
eſſent hæredes instituti, quoniam eo ca-
ſu ad ſupplementum agere poſſet, & alle-
gat Paul. de Caſtr. & Bald. ſic etiam quod
talis renunciatione non obſtet, tradit Pifa-
nel. loco citato, & propterea renunciatione
43 diei non poſteſt donatio, nam cum renun-
ciatio non respiciat niſi futuram ſucceſ-
ſionem cap. quamuis pactum, & ibi Couar.
par. 3. §. 3. in fin. Socin. cons. 67. num. 12. lib.
2. etenim filia viuente patre nullum ius
quæſitum habet in bonis ipſius patris, ſed
ſolum ſpem ſuccedendi, tanquam filia
nihil

nihil donare potuit, nam donatio dicitur doni datio. *L. Senatus S. donatio ff. de donat. caus. mort.* & datio est dominij translatio, absque quo non potest esse propria donatio, ut de iure quærendo dicunt DD. & præcipue *Pau. de Castr. in conf. 135. & 138. num. 2. volum. 1. & Aretin. conf. 4. num. 17.*

44. Hinc dixit *Miyad. in Const. huius Regn. in aliquibus in 8. nat. num. 10.* quod in renunciatione facta à filia in manibus patris, ex quo tendit in fauorem proximi successori non requiratur assensus, cum non sit translatio, sed mera refutatio. Quicquid in contrarium acerrimè tueatur *Fab. de Anna in d. conf. 45.* dicens renunciationem in predictam operari translationem, & non repudiationem, & abdicationem, & in momentu ex DD. in principio huius qualitionis allegatis.

Necobius *conf. Surd. 244.* dicentis hanc renunciationem non dici refutationem, seu repudiationem, sed meram liberacionem, & donationem, & propterea cedere in beneficium omnia patris heredum, loquitur enim, vbi bona renunciata essent filiae renuncianti delata, quo casu fit,

45. vt non dicatur repudiatio, sed donatio; nam quotiescumque fit renunciatione alii cui certè personæ, & ius renunciatum sit delatum, dicitur donationem, ex eo, quia supponit prius aditionem; repudiatio vero

est quedam abdicationem, & fit simpliciter ad nullius fauorem, vt late *Affl. decis. 350. in ff. post in numeros tradit idem Fab. de Anna d. cons. 45. nu. 17. & 18. volum. 1. Gallerat. de renunciati. lib. 1. cap. 2. nu. 23.* & decisum refert *Vincen. de Franch. in decis. 32. nu. 11. contra Paul. de Castr. in conf. 252. volum. 1. dicente* talis renunciationem supponere aditionem, non ad finem, vt teneatur sicuti heres, sed ad conualidandam renunciationem, quod contradictionem impli-

48. cat. Etsi hæc opinio apud alios DD. non sit omnino tuta; siquidem renunciatione tunc aditionem supponit, vbi principali liter esset ordinata ad adenndū, & ad acquirendū, non autem ad renunciatum quo casu illa momentanea acquisitione nō est in consideratione habenda *arg. l. qui se fide solut.* prout non dicitur verum,

quod non durat verum, nec dicitur factum, quod durat factum c. unde de verb. signif. & ita in specie concludit *Soccin. in conf. 53. Phanuc. de lucr. dot. glof. 8. num. 18.* vbi subdit sic per Rotam fuisse resolutū, scilicet solemnitatem requisitā per Constitutionem Paulinam in alienatione rei Ecclesiæ, non esse necessariam in renunciatione, & cessione facta de iuribus hereditatis, quod inquit procedere in terminis propriis, quando ex actu, qui fit ad renunciandum non resultat acquisitione, secus vbi duo actus separati, licet incontinenti vnam post alium facti fuissent, puta si monasterium prius adiunxeret, & deinde in eodem instrumento cessisset, vt videtur loqui *Vinc. de Franch. in dicta decis. prout etiam respondit Rot. in decis. 67. p. 3. lib. 1. in nouiss. Pus. decis. 519. par. 1.* vbi fuit canonizatum *consilium Soccin. 53.* & sequitur *Gratian. decis. 17. num. 17. Mart. conf. 11. nu. 61.* & decisum quoque refert *Peguer. decis. 143. & latius Fontanel. de pact. nupt. claus. 4. glof. 9. par. 5. num. 125. & seq. cum aliis per me allegatis in addit. ad decis. Surd. 70. num. 11.*

Alias idem *Surdus* esset sibimet contrarius in *decis. 252.* vbi latè probat renunciatione à filia in matrimoniu collata facta, non esse cessionem, nec donationem, sed meram refutationem, & repudiationem, & pactum de non petendo, ex qua portio aliorum accrescit.

38. Et propterea concludit tales renunciantem facere partem in beneficium aliorum, quamvis ipsa non admittatur ad partem, & allegat eiusdem sententia *Bal. in l. unic. num. 20. C. quand. non potent. part.* vbi id intelligit quando renunciando aliquid recepit pro sua portione, puta dotem vel aliquid, quod etiam ita in specie tradiderunt *Fabian. de Chioch. in auth. nouissima num. 218. & Boer. decis. 104.* vbi nō solum communem appellat, sed ita iudicatum fuisse refert, in numeros alios allegavi in additio ad eundem *Surd. in d. decis. 252.* licet *Fab. de Ann. in conf. 45. nu. 9. volum. 1.* dicat tunc renunciationem hereditatis etiam delata esse repudiationem, & acquisitionem omnibus fratribus, vbi

frater

frater epitalis renunciatio fieret, & esset de cohæredibus pro qua opinione 16. allegati DD. omnes afferentes renunciationem à sorore factā mortuo patre iuuari nedum, cui fuit facta renunciatio, sed omnibus alijs.

Nec etiam obstat opinio *Roman. d.cōs. 22.* & aliorum sequacium; si quidem si verum est, renunciationem factam esse contemplatione masculorum, atque adeò in se tacitam habore conditionem, si masculus superiuuat, eodem modo renunciatio facta etiam per acceptilationem habet dictam tacitam conditionem, & consequenter non potest considerari, quod sit penitus extinctum ius dictae renunciationis ipso iure, nisi masculo su, periuente, & non eo mortuo, vt in specie respondeat *Capyc. ad Consuetud. Neap. s̄ mariatur fol. 81. in glas. ipsi successores, reprobēndo Antea. de Alexan. ibidem contrarium sententiam ex d. conf. Roman. 22. sic quoque Pisanell. in consuet. si quis, vel si qua in glas. prater quam in fin. fol. 131. in nouiss. vbi sic contra Roman. conf. decēsum refert, subdens sic alias se consuluisce.*

50 Similiter nec refragatur doctrina eiusdem *Roman. in l. qui superstis ff. de asquir. hæred. illa inquam procedit in diuerso casu, loquitur enim vbi filij renunciantis vellent aūo succederē, quod eo casu renunciatio matris illos excluderet; maximè vbi matris hæredes essent, ita vt ex propria eorū persona succedere nequeat pro vt loquitur *Minad. in d. cōs. 22. Bellon. Caffan. cæteriq̄e in princ. allegati Ann. Robert. lib. 2. rer. iudic. cap. 5. & diffuse Mart. de success. legal. p. 1. quest. 14. art. 1. dicens opinionem Bart. in d.l. qui superstis (qui pro contraria opinione allegatur) nu. 2. male ab illis fuisse intellectam, scilicet quod & si nepotem aūo succedere dicat, tamen hoc esse vbi concurreret cū alijs nepotibus, & sic in casu successorij edicti, secus verò vbi concurrere vellet cum patruo, nā tūc cū conueniat ex persona matris per subingressionem, quæ propter portionem exclusa reperitur, ergo ipse quoque filius excludi debetur,**

quia representando personam, debet representare cum omnibus eius qualitatibus, vt in specie aduertit *Hotoman. lib. 5. obseruat. cap. 25. & latius Thesaur. lib. 2. quest. for. quest. 90. num. 20. & 21. Vltra quod & si quæstio ista satis controversa, 51 sit, cum & contrariū alijs firmauerint dicentes renunciationem matris filijs non nocere pro vt tam in scribendo, consulendo, & iudicando affirmarunt infrascripti Moderniores, qui omnes colliguntur, v3. à Malfes. ad *Consuetud. Neap. tit. de regno. quest. 15. & 17.* quamvis essent hæredes matris vt iudicatu refert *Minad. in d. Consuetud. in aliquibus in 3. notab. num. 11. fol. 98. à ter. Suar. in l. quoniā in prioribus lim. 14. nu. 5. C. de inoff. test. Gomes. ad l. 22. Taur. num. 10. Peguer. decis. 265. Vinc. de Fræch. decis. 67. Thesaur. d. quest. 90. num. 6. Guid. Pap. decis. 228. Viu. decis. 211. Thesaur. sen. decis. 128. in fin. Surd. conf. 133. volum. 1. Georg. alleg. 30. num. 34. quod verum pro 52 cedit vbi renuncians prædecederet patri, vt latè distinguit idem Georg. ibidem, & latius *Molin. de Hispan. primog. lib. 2. cap. 3. num. 47. Alexan. conf. 75. num. 13. & 14. volum. 1. & cæteri DD. pro hac contraria opinione allegati, ex eo quod renunciatio in se tacitam habet conditionem, si hæreditas deferatur; Nec obstarere representationem mattis dicunt DD. & præcipue *Alex. conf. 75. nu. 13. & 14. vol. 1. Crau. conf. 127. nu. 4. latè Surd. conf. 133. nu. 25. vbi allegat Bar. in d.l. si superstis, & in l. l. S. si sic nepos col. 1. vers. 1. solut. ff. de collat. dot. & in l. l. S. si sit filius vers. sed mihi non placet ff. de coniunct. cum emanc. lib. quod etiam latè comprobatur *Fab. in suo Codic. lib. 2. tit. 3. definit. 14. ex eo, quod 53 nō ex quo matris personam representet, dicatur ex matris persona venire, quod enim filius succedat in locum matris, hoc est mediante legis dispositione, & non matris voluntate, & propterea *Bald. in l. 2. num. 4. G. de liber. præter. dicit quod duobus modis, quis in locum alterius succedere dicitur. Primo per priuationem. Secundo per transmissionem. Primo modo succedit quis in locum alterius ex propria tamen persona, à moto impedimen-******

mento q. ei obstat, quomodo succedit secundus hæres mortuo primo, nec tamen ei nocet factum primiti. Secundo vero casu factum primi nocet secundo, sic etiam in specie firmavit *Bessius in confil.* 107. num. 16. *Aicias. conf. 358. num. 1.* & ante eos *Arctin. in d. l. qui superstis num. 4.* in fin. vers. illud ergo dicēs, quod certo modo nepotes videntur venire ex persona matris, quatenus succederent in stirpes, & non in capita, quos omnes etiam refert, & sequitur *Surd. d. conf. 133. nu. 25.*

Quamvis circumscriptis omnibus loquendo in proprijs nostris terminis verissima est iuris conclusio, quod tunc renunciatio noverne nepotibus, vbi superest sent fratres renunciantis qui successuri erant cum ipsa filia si non renunciasset, ex eo quia pars renunciata fratribus accrescit tantum eorum persona contemplata, quod ius accrescendi est postius editio successorio cū per illud impediatur. 1. sum glof. C. quando nō pet. pars. & hanc conclusionem sic in specie tenuit *Bart. & Paul. de Castro. in dicta l. qui superstis, cæterique innumeris allegati per Roder. Suarez. in l. quoniam in prioribus ampliat. 10. num. 6. post med. vers. ista conclusio, subdens hanc esse veriorem, & communiorum.*

Nec obstat videtur conclusio in contrarium firmata s. & si renuncians, decadentibus masculis, succedat patri, tamen hoc esset vbi intestatus, & non condito pater testamento decederet. Quoniam id procederet vbi renunciatio non fratum, sed patris contemplatione facta esset, tunc enim cum patris persona sit contemplata, & inde ab intestato decederet, nullis existentibus masculis, qui filiam excluderent, tunc filia ex conjecturata mente defuncti videretur tacite vocata ex d. l. consciuntur. At vbi fratum, & non patris contemplatione diceretur facta, ea conclusio vera non videtur. Si quidem causa renunciationis, cum puderetur ad non caussam, filia siue testatus, siue intestatus pater decederet ad eius successionem admitteretur, tantum resoluta renunciatione cap. cessante de ap-

pel. adigere s. quamvis de iur. patr. l. his honoribus s. auctis ff. de vac. mun. & ita in specie tradunt *Bald. conf. 437. col. 2. vers. in contrarium videtur veritas lib. 1. & latè post multos Tiraquell. tract. cessant. caus. p. 1. num. 224. vers. renunciationis, Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1. q. 5. nu. 1. Fab. de error. pragmat. tom. 1. decad. 13. err. 9. num. 7.* alias si hoc etiam in casu traheretur illa conclusio, sequeretur absurdum; scilicet, quod cessaret renunciatio, sed nihil operaretur; nam poterit pater testatus decedens extraneum instituere, quod, ut veritatem fas sit dicere, contradictionem implicat, quippe aut conclusio illa, quod deficientibus masculis, cesseret renunciatio, sit vera, & certè renunciatio uti resoluta amplius in consideratione habenda non erit, nam fingeretur illam non interuenisse ex defectu conditionis per mortem masculorum; aut vera non sit, & ad quid illam DD. admittunt. Et propterea dicere cessare renunciationem præmortientibus masculis; & filiam, patre testato decedente non succedere, est quid incompatibile, prout ita etiam, indistinctè firmarunt *Viu. in decis. 221. num. 51. vers. nec refert in casu, V asq. de success. S. 18. num. 182. & seq. Gomes. ad l. 22. Taur. num. 11. Fell. Fernand. l. 6. Taur. num. 44. & seq. & post Couar. & Guttier. Harth. Pistor. lib. 4. cap. 6. num. 44. & seq. dicens hanc esse communiter approbatam citra omnem controvrsiam, cum renunciatio ad caussam, & personam ob quam facta est restringatur. Iuberius C. ad Vell. qua cessante, cessat ipsa renunciatio d. cap. cum cessante, & si interuenerit iuramentum, quod intelligi debet rebus sic stantibus l. quod seruens de condit. ob cauf. l. fin. C. qui satisf. cogant. 36 quamvis pro se, & heredibus stipulatus sit pater, nam non est presumendum de exteris intellexisse, sed de his qui à patre descenderent, & propterea caendum esse subdit idem Harthm. Pistor. loc. cit. ab Angelo, Maranta, & ab alijs id sententibus, in casu quo intestatus pater decederet, quod subdubitans refert *Afflct. in cap. si quis inuestigerit nu. 5. fait. 25. de feud. dat. in vic. l. commiss. sic quoque admittit Fab.**

- Fab. de error. pragm. 20m. i. decad. 13. error.*
 9. num. 1. dicens, filiam à patre præteriti non posse, vbi renunciatio non subsistet ob mortem filiorum masculorum. Et *Angel* in l. auus de paet. id ampliat nedum vbi masculi, quorum contemplatione, facta est renunciatio mortui sint, sed si viui essent, & cum eis extranei instituti 57 sint, cum respectu portionis extranei renunciatio non obsit, quod notabile refert *Aretin.* in l. qui superstis col. 5. num. 4. vers. verum autem in fin. Et *Dec. conf.* 31: num. 1. & ad stipulatur *Afflct.* in d. cap. Si quis inuestigerit fall. 14. nn. 40. quia inquit in parte data extraneo cesseat caussa finalis pactis, sic quoquè *Merlin.* de legitim. lib. 13: tit. 1. quest. 2. num. 65. & sequitur idem *Hartm.* ibid. n. m. 48. 19. num. 46. & 47. addit opinionem prædictam habere locū nedum 58 masculis patri præmortentibus, sed in omni casu, quò & si viai, tamen succedere nequeant, vel si inhabiles, vel exhæreditati, vel vbi succedere nollent, & allegat ad hoc quamplurimos D.D. prout etiam firmarunt *Hondea.* in cons. r. num. 85. lib. 2. cum alijs per *Merlin.* de legitim. d. tit. 1. q. 2. num. 65.
59. Nec obstat distinctionem illam, inquit idem *Hartm.* *Pistor.* in d. cap. 6. num. 54. tamquam impropriam, & absque fundamento, cum pater semper censeatur successione liberorum præferre voluisse exteriorum successioni, per iura superiorius allegata, vnde minime expandum est eam renunciationem hac de caussa, ut bona sua in extraneum transferret, acceptasse, sic etiam *Menoch.* in conf. 6. num. 10. vbi communiter contrariam opinionem rejectam probat, quamvis ad alium finet, ipse hoc dicat, scilicet, vt neque ab intestato filia renuncians succedere possit, etiam præmortuis masculis.
60. Secundus casus est, numquid renunciatio & si generalis, lucrum ex d.l. hac edictali proueniens, comprehendat. Pro cuius resolutione multi multa dixerunt. Inquiunt vero aliqui, si generalis esset renunciatio, quod tunc id, quod ex d.l. hac edictali defertur, comprehendenderetur; ex eo, quod talis renunciatio propter na-

- turam verborum vniuersalium porrigitur ad omnia iura sibi competentia, quāvis de illis nō fuerit cogitatum l. *Plautius ff. de aur. & arg. legat.* l. *Julius ad Trebell.* l. 1. 5. generaliter ff. delegat. præst. *Bald.* in l. sub pretextum, 2. C. de trans. & in l. tres fratres num. 4. ff. de paet. *Alex. conf.* 42. num. 8. lib. 1. & conf. 11. num. 12. lib. 2. *Aym. conf.* 368. num. 14. cum verba generalia, etiam 62 in odiosa dispositione, non sint restrin-genda, sed generaliter intelligenda ad tra-dita per *Angel.* in l. fin. col. fin. ff. de confit. vers. tertio queritur, quem sequitur *Decius conf.* 5. num. 3. etiam si maior ratio esset in 62 uno, quam in alio l. in fraudem in fin. & ibi *Bal. de testam. milit.* cum alijs per *Aym. conf.* 90. num. 4. & *Rot. Rom. decis.* 54. num. 18. cum seq. p. 2.
63. At nonnulli id firmarunt, quando in generali renunciatione fuerit dictum renunciando successionibus, tam ex testa-mento, quam ab intestato, & quibuscumque alijs ex quæsis caussa, & omni alio legum auxilio, eo enim casu ex vi prædi-starum clausularum intelligitur quoque lucro d.l. hac edictali renunciatum.
64. Ex eo, nam cum renuncians postquam expressit successionem, tam ex testamen-to, quam ab intestato addit: (*Et alijs ex quæsis caussa, & omni alio legum auxilio*) illa verba ampliant, & non restringunt dispositionem, ita vt non possint verificari nisi in actionibus diuersis à iure, quod cōpetebat in bonis renunciantis, vt latè *Surd. conf.* 303. num. 32. & sequens volum. 3. *Natt. conf.* 546. num. 22. *Rota Roman. decis.* 149. num. 3. par. 1. Nam quoad clausulam 65 alijs, licet illa nota si similitudinis, & im-plicet casus similes ad glof. in l. si fugitiui C. de seru. fugit. *Afflct. decis.* 244. num. 1. & 66 *Casperan. decis.* 167. num. 7. tamen quando stat augmentatiuē significat quid plus, quam sit expressum, & necessariō debet intelligi de diuersis iuribus præter specificata, ita *Natt. conf.* 546. num. 22. quem sequitur *Rota prædicta in cit. decis.* 149. num. 3. par. 1. *Socin. confil.* 390. num. 2. vers. 3. principaliter lib. 2. *Menoch. conf.* 335 num. 18. lib. 4. *Surd. d. cons.* 303 num. 33. cum sequen. Et quando ratio recti ferme-

nis non patitur numquam fit restrictio ad specificata, sed generalis clausula generaliter operatur d. l. *Plautus*, & l. *Iulius*, prout notant *Bart.* & *Castr.* in l. *de certa C. de transact.* idem *Castr.* in l. *Aquiliana ff. eod. Nat. d. cons. .num. 13. ac Surd. ibidem num. 35. Farinac. decis. 670. num. 1. par. 1.*

37 Respectu vero clausulæ ex quauis cauſſa, hæc inquam vti generalis videtur omnē titulum, & cauſſam complecti, alijs si excluderetur d. l. *hac edictali*, non erit verum dicere quæcunque alia bona, ex quauis cauſſa, vt in puncto *Nat. d. cons. 546. n. 22. Bald. cons. 184. lib. 4. cum alijs per Rotam d. decis. 149. num. 3. par. 1. in nouiss. dicentes, clausulam hanc non posse restrictio nem recipere, cum posita sint ad ampliandum, & propterea eadem met *Rot. in decis. 367. num. 9. par. 1. in nouiss. tenuit, quod 68 ex vi prædictæ clausulæ (ex quauis cauſſa, & titulo) in legitimatione positæ, feudū ex pacto, & prouidentia veniet propter geminationem dictionum vniuersalium, quæ multum operantur. Quod absque 69 dubio videtur dicendū, accedente præsertim clausula (omni legum auxilio) cuius interpretatio ea est, vt euilibet beneficio speciali etiam fauore introducto renunciatum videatur, *Aretin. cons. 104. num. 9. Curt. iun. cons. 18. num. 4. Tiraquell. in l. si inquam C. de reuoc. donat. Mart. de claus. par. 1. clausul. 136. num. 17. Et hoc siue de iure communi, siue mānicipali illud competat, ita *Dec. cons. 452. num. 19. Ruin. cons. 51. in 2. volum. I. Marsil. in rubric. de fidei usf. num. 35. Roman. cons. 25. num. 5. Rimini. iunior cons. 587. num. 28. vnde stante generalitate ipsarum clausularum, censem tur saltim de hoc lucro in genere cogitasse, quod sufficit argum. l. in dubiis S. colonus, & l. si duo S. idem *Iulianus ff. ad. iur. 70 iur.*****

Verbā enim renunciationis non debent esse sine effectu l. si quādo, & ibi Bart. & alijs ff. de leg. 1. l. generaliter S. 1. ff. de usu fructi leg. cap. 1. Papa de priuileg. in 6. & non solum verba, & quælibet dictio, immo 71 quælibet syllaba non debet membranas occupare glos. 3. in cap. 1. Romanorum 19. dist. glos. in l. 1. ff. de eo quod met. caus. Bald. in rubric. C. de contrah. empti. quest. 9. Dec.

*conf. 2. xx. 5. vol. 1. etiam trahendo verba 72 ad extraneam, & impropriam significationem, vt aliquid operentur, *Bald. in L. Titia S. 1. de leg. 2. Crauet. cons. 20. num. 9. & conf. 194. col. 5. & seq.**

73 Alij autem distinctioni proximi fuere, quærentes, an lucrum d. l. *hac edictali* item pore renunciationis, erat deferendum, vel delatum, nam in primo, inquiunt, casu illud non comprehendendi, in secundo vero sic, ea quidem diuersitatis ratione, nam cum renunciatio reguletur à verisimili mente renunciantis l. qui cum tutoribus ff. de transact. l. qui *Rome S. duo fratres ff. de verbis obligat.* & vt minus noceat renunciati ex dictis per *Surd. cons. 446. num. 23. lib. 3. & ius hoc tempore renunciationis non competeret, non comprehenditur, siquidem renunciatio intelligitur rebus sic stantibus, ita vt semper excludatur noua superueniens cauſſa, cum de ea non præsumatur cogitatū d. l. qui cum tutoribus, ubi *Bart. & alijs ff. de transact. l. 3. S. 1. ff. eod. l. si de certa C. eod. l. fin. S. idem quæsivit, ubi Bart. num. 1 ff. de condit. indeb. l. res fratres ff. de paci. l. *Emptor S. Lucius ff. eod. nemo n. præsumit renunciare iuri, quod sibi competere ignorat l. mater S. caterum ff. de inoffic. testamen. Fulgos. adl. 2. num. 5. C. de rescind. vend. Dec. cons. 352. num. 7. Marfil. de fidei usf. in rubr. num. 36. Felin. in cap. 1. diligentij de foro compet. quamvis in genere cogitare potuerit, vt dēcīsum in Rota refert *Par. 73. par. 3. cum enim renunciatio sit stricti iuris, non veniunt nisi ea, que expressa sunt, ita Dec. consil. 379. num. 3. adeo vt si in renunciatione diceretur omni iuri, quod habet, vel posset in futurum habere, vel quod haberet sperat, vel de omni, quod ad renunciantem spectat, siue pertinebit; semper ista renunciatio iuris de futuro restringē-****

75 da erit ad cauſſam de præsenti, ad *Bart. in l. qui Rome S. duo fratres ff. de verb. oblig. & in l. si uxor S. diui ff. de edilit. act. Bald. in l. pedum quæst. 13. C. de codic. Gozad. consil. 52. num. 16. Dec. cons. 411. num. 3. Handed. cons. 36. num. 19. & seq. lib. 1. *Gratian. tom. 2. discept. forens. cap. 346. nu. 1. & 7. Mart. de success. legali par. 1. quæst. 14. art. 4. n. 1.**

& 2.

- ¶ 2. Ultra quod iuri de futuro etiam expressè renunciari non potest l. si ita scriptum §. si sub conditione ff. de leg. 2. cap. 2. ubi Butr. & Abb. de renunc. glof. in l. i. C. de pact. q. opinionē cōem, & approbatā esse inquit Socin. conf. 230. num. 3. vers. secundo respondeo volum. 2. Tiraquel. de retract. §. 1. glof. 9. num. 121. Becc. conf. 106. numer. 47. Ann. finz. 439. Surd. conf. 70. num. 7. & 10. Gallerat. ac renunc. renunciation. 17. nu. 16.
- 77 quamvis per pactum hoc fieri possit, glof. d.l. 1. & ibi cōmuniciter Doctores ac Gallerat. d. renunc. 17. Præterea non solum vti incitatū lucrū hoc in generali renunciatione inclusum esse non censetur, immo ex alijs, scilicet, ne renunciando filia inuitaret parentes ad eam contristandā, & iniuriam inferendam, quæ filijs primi matrimonij per transitum ad secundas nuptias irrogatur §. si vero expectet, vers. si sit soboles authen. de nupt. & in §. prospexit auth. de non elig. secund. mibēt. Bertazol. conf. 82. nmm. 3. abhorrent enim filij primi matrimonij secūdas parentum nuptias, quibus ipsi nouo coniugi post habentur, ad quam inferendam iniuriam, & tristitiam in dubio non est præsumendum filiam renunciatione talium lucrorum parentes inuitasse; nec in renunciatione à filia facta includi debet illud, quod culpa sua.
- 78 quis perdidit, vt optimè in proposito considerauit Guid. Pap. in decis. 228. nu. 1. ex Bald. in auth. hoc amplius C. de fideicom. quem refert Dec. in rubric. num. 7. C. de secund. nupt. sicut non mi. itat renuncia-
tio quando quis testatur, nam facto suo filiam renunciantem includit Afflict. decis. 350. Gomej. l. 22. Taur. sub nu. 10. in fin. Co-
uar. cap. quamvis pactum part. 3. in princ. num. 6. Molin. de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 2. num. 6. Et propterea filia per gene-
lē renunciationem ab hæreditate pa-
rentum exclusa, non censetur ab hoc lu-
- 79 cro l. hac edict. ali explosa; prout ita in spe-
cie concludunt Beltr. in repet. d.l. hac edi-
ctali §. si verò plus num. 8. C. de secund. nupt. Bertazol. d. conf. 82. Baec. de melior. fil. cap. 10. num. 73. Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. claus. 5. glof. 8. part. 4. num. 39. & Castill. de usufruct. tom. 1. cap. 2. numer. 56. apud

- quos quamplurimos allegatos habes.
- 80 At in secundo casu, si tempore renun-
ciationis ea lucra essent renuncianti de-
voluta, tunc in ipsa renunciatione inclu-
duntur, cum cessent eæ rationes præsum-
ptæ mentis renunciantis, ita Dec. in rub. C.
de secund. nupt. nu. 7. & conf. 206. Myfinger.
cent. 5. obseruat. 24. nu. 3. Baec. d. num. 73. &
sentit Castr. in conf. 252. in fin. lib. 1.
Licet etiam in hoc casu pro filia renun-
ciante contrarium firmauerit Menoch. in
addit. ad Dec. in d. rubr. cit. num. 7. lit. F. vbi
ciusdem opinionis allegat Rip. in l. fiem-
ne q. 9. nu. 13. in fin. sed pro prima opinione
videtur firmare Molin. 10. 2. de maior. disp.
579. n. 21. & Mofsetto. 1. ad Cōsuet. Neap.
tit. de renunc. q. 1. nu. 35. ac Galler. de renunc.
cent. 2. renunc. 128. n. 11. & ita intelligi de-
bent Bart. cæterique DD. in l. qui cum tu-
toribus ff. de transact. & Paul. de Castr. ac
Guid. Pap. in d. decis. 228. dū volunt, quod
talis renunciatio non extendatur ad id,
quod postea sua culpa quis perdidit; qua-
si sentientes, quod si tunc hoc ius com-
peteteret, talis generalis renunciatio præ-
judicaret.
- 81 Cæteri namque indistinctè firmarunt
filiam ob renunciationem esse exclusam
ab hoc legis beneficio, ex eo quod lucrū
prædictum regulatur iecundum successio-
nem, vt in puncto tradit Paul. de Castr. in
dicto conf. 252. in fin. vol. 1.
- 82 Quod probari videtur ex autb. heres C.
de secund. nupt. & in §. soluto autben. de nupt.
vbi filij primi matrimonij à talibus lucris
propter ingratitudinem excluduntur, &
hoc non propter aliud, nisi quia filij pro-
pter ingratitudinem à parentum succe-
sione repelluntur §. aliud quoque capita-
lum, Autb. vs cum de appell. cognosc. at vbi
filia ob renunciationem à successione
excluditur, à beneficio huius legis quoq;
exclusa censetur.
- 83 Et denique alia, & ultima, ac coniectu-
ralis accessit opinio, quod aut renuncia-
tio talis sit, quæ huiusmodi interpretatio-
nem non patiatur, vt puta si quod à ma-
tre, vel à patre accepit, vt renunciareret
omnibus iuribus, quævis ratione sibi in-
bonis paternis, materialisq; competenti-
bus,

bus, aut competituris, tam exiguum sit, vt eam dumtaxat quantitatem, quæ ex d. lucro d. l. bac edictali iam quæsito, vel quærendo debeatur, vel vti solam æquet legitimam; tunc interpretatio est, vt de solis iuribus hæreditarijs cogitatum videatur, ne alioquin facta videatur renuntiatio sine causa, vt cum hac interpretatione decisum refert. Fab. in suo Codic. lib. 5. tit. 5. de secund. nupt. definit. 15.

84 His tamen non obstantibus, contrarium verius esse existimo. Si quidem diuersum est ius, quod ex legis bac edictali dispositi. ne filijs defertur, quam ius vniuersalis successionis, vnum enim satis ab altero differt; primum quidem reseruatur filijs vti filijs, secundum vti hæredibus, etenim beneficium huius legis nihil aliud respicit nisi poenam secundo nubentium, & ultra modum vitrico, vel nouercæ relinquentium; Renuntiatio vero successionem, quæ ex voto parentum defertur respicit, atque considerat; & sic ius quod ex d. l. bac edictali prouenit, omnino diuersum, & separatum est à successione.

Hinc fit, quod vbi duo iura alicui diuerso iure competit, si vnum remittitur, aliud non tollitur, ita Bart. in l. si dominus per illū sex. de seruit. urban. prad. Quod probatur argum. sex. in l. tutorem ff. de his quib. vi indig. vbi habetur, quod quando duo iura, quæ possunt esse penes diuersas personas reperiuntur concurrere in persona vnius, iudicandum est de illa, rā. quam de duabus personis; cum quo sex. arguit in punto Paul. de Caſtr. in conf. 312.

85 86 vol. i. dicens quod si quis renunciaret apothecam, & sic ius conductionis, non censetur renuntiasse ius intraturæ, cum illud sit separatum à iure conductionis, sed tantum conductionem, ex eo quod ius conductionis, quis habet vti conductor, ius autem intraturæ vti emptor, & sic ex diuersa causa, at in proposito filia duo iura habere dicitur, vnum scilicet, quod ei competit tamquam filiæ, & hoc est quod defertur ex l. bac edictali, alterum, quod habet tamquam hæres, & ex successione, renunciando autem nō cen-

setur renuntiasse nisi successionem, quæ est multum remota à lucro prædicto.

87 Hinc est, quod si ex forma alicuius statuti filijs aliqua portio debeatur, illa in generali renunciatione non venit, tamquam quid diuersum, & separatum à successione, vt latè post multos tradit Vinc. de Franch. in decis. 690. per singularem doctrinam Ignei in authent. ex causa vers. 4. limitat. num. 22 l. C. de liber. prater. vbi cōcludit per tex. in l. pro hærede §. si quid tam f. de acquir. hæred. quod in generali

88 renunciatione hæreditatis agnatorum, non intelligatur renunciatum, quando aliquid illi agnato cōpeteret iure agnationis, scilicet iure sanguinis, & sic alio iure, quam hæreditario, & quod hoc lucrum filijs debeatur vti filijs, & non vti hæredibus, satis dictum est supra, & latius in alijs quæstionibus dicemus, & habetur in Autent. hæres. C. de secund. nupt.

89 Nec hæc opinio caret auctoritatibus, nā ita in specie firmarūt Salyc. in l. fæmina C. de secund. nupt. Oldr. conf. 294. Dec. confil. 396. Guid. Pap. decis. 228. nō obstante iuramento Boer. decis. 185. nu. 24. Verall. decis. 26. p. 2. Marant. in sing. lit. F. incipiente filia

90 renūciās vbi sic per S. C. decisū refert scilicet renunciationē, & si generalissimam non comprehendere poenā secundo nubentium, sic etiam Surd. conf. 237. nu. 14. lib. 2. Caſtil. de vſuſr. lib. 1. cap. 2. num. 56. Fab. in suo Codic. lib. 5. tit. 5. de secund. nupt. definit. 15. Caualc. decis. 30. num. 65. p. 3. Cancer. lib. 3. var. reolus. tit. 5. de renunciat. numero 5. apud quos infinitos alios habes.

Et quāuis dici posset id bene procedere in material. fæminæ, & nō l. bac edictali prout loquuntur cit. DD. & sic in diuerso casu, & propterea auctoritates prædictæ ad præsentē quæst. adaptari nō debent, vt 91 bene aduertit Rip. in d. l. fæmina sub num. 42. C. de secund. nupt. ea diuersitatis ratione, nam lucrum d. l. fæmina defertur filijs propter iniuriam eis factam ob transitum parentum ad secunda vota; poena autem l. bac edictali propter iniuriam eis factam in plus relinquendo vitrico, quam filijs; quæ ratio cessat eo casu, quo parens nihil

hil teneatur relinquere propter renunciati nem prædictam, ob quam filia exclusa dicatur; Tamen respondeatur, quod & si filia per renunciationem exclusa parrens nihil relinquere teneatur, hoc tamen nihil refert, quia ita pariter vitrico, vel nouerçæ dare nihil cōpellitur, quam obrem si plus his reliquerit, quam tali filia, iniustè facit, & ipsi iniuriam infert, & ideo lege vindicatur, ut satis dicitur resp. n̄dēt *Fachineus lib. 3. controuers. cap. 68.*

Item etiam respondeatur, nam & si filia per renunciationem sit exclusa, non tamen efficitur incapax, cum & relictorum & aliorum similium capax sit, cum possit recipere ex testamento, aut alia parentum dispositione, ut ex *Afflct. decis. 350.* & considerat *Bald. in d.l. hac editali num. 93. 12. in lec. noua*, dum loquitur de fratre minore, vel hoste reipublicæ, quæ personæ sunt penitus relictorum incapaces, & propterea assent in eo locum non habere dispositionem d. l. *hac editali*, tanquam quod pro mortuis habeantur, scetus autem si relictorum essent capaces, ut filia, quæ ab intestato per renunciationem, vel statutum excluduntur, illæ inquit non propterea haberi debent pro mortuis, prout si essent penitus incapaces. Vnde data capacitate eius, cui relinquitur, militat ratio d. l. *hac editali*, ut plus nouerçæ, vel vitrico relinquere non possit, ut etiam in specie singulariter considerauit *Rota apud Sebassian. de Medic. in decis. 64. num. 2. in fin.*

94 Ultra quod ita in specie in materia d. l. *hac editali* firmarunt *Beltran. in d.l. S. si vero plus num. 7. Aym. Crauet. in conf. 242. Vincen. de Franch. decis. 690. num. 4. & 10.* & ita se consuluisse testatur *Cancer. lib. 3. var. resol. d. sit. de renunc. nu. 337. vers. cum typis, sic etiam *Bertazol. conf. 81. & conf. 82 Alex. Trentacing. lib. 3. var. resolut. titu. de matrim. resol. 5. fol. 344. col. 1. vers. idem dicas procedere, Fontanel. de pact. nupti. claus. 5. glof. 8. par. 4. num. 39. & sequen.* & hanc opinionem uti veram, & magis communem sequutam fuisse Rotam, testatur *Sebast. de Medic. in d. decis. 64. quæ est fi-**

nalis, & sequitur Galleras. de renunc. cent. 2. renunc. 128.

95 Et tenendo hanc opinionem non obstante opiniones in contrarium relatæ, nam quoad primam respondeatur, quod regulariter generalis renunciatio de sua natura trahitur, & restringitur ad specificata l. si de certa, vbi Bar. & alijs C. de transact. l. *emptor S. Lucius, & l. si ex pluribus, vbi DD. ff. de solut. l. si ita quis S. fin. ff. de verb. oblig. Anch. Imol. Abb. cæterique in cap. 1. de transact. Alex. conf. 11. num. 2. vol. 2. Purpurat. conf. 372. nu. 4. & 5. Cephal. conf. 427. num. 9. Bursat. conf. 32. num. 40. & 48. Rim. conf. 484. num. 33. & conf. 614. nu. 66. Farinac. decis. 471. num. 5. tom. 1. Et in specie dixit Cym. in l. si ex maiore C. de except. quod generale pactum de non petendo restringitur ad partem solutam, & Bald. ibi inquit, quod generalis refutatio restringitur ad specialem satisfactionem, & optimè declarat *Nass. d. conf. 546. num. 10. vndē inquit Menoch. conf. 496. nu. 54.**

96 97 quod generalis liberatio restringitur ad specificata expressè, & intelligitur secundum ea, quæ præcedunt, quod etiam Rim. iun. d. conf. 614. nu. 63. Eugen. conf. 13. num. 21. & seq. Bellon. conf. 6. nu. 14. & Crauet. conf. 171. num. 13. & conf. 221. col. pen. nu. 12. vbi dicit, quod quælibet dispositio restringitur ad suam caussam, sic etiam Farin. decis. 403. nu. 3. 20. 1. & idē Rim. iun. in conf. 338. num. 57. & seq. inquit liberationem regulari à caussa, propter qua in facta fuit; idemque in verbis renunciacionis amplis, at quæ uniuersalibus, tradit in conf. 484. num. 7. & seq. & in conf. 491. nu. 11. & seq. at cum renunciations non ad aliud fiant, nisi ut renuncians à dōrantis successione excludatur, nō debet extendi adeo, quæ præter successionē concernūt, & sic ad lucrum l. *hac editali*, renunciatio enim est stricti juris d. iuribus, & tradunt Calderin. conf. 5. sit. de præb. Paris. conf. 110. col. fin. vol. 1. Dec. conf. 45. nu. 11. Riminald. iun. co. f. 1. num. 26. Gayll. obseruat. 77. nu. 5. Berrett. conf. 125. num. 3. & conf. 144. nu. 7. & in dubio nemo præluminetur iuri sibi alieno modo competenti renunciare cap. super hoc de renunc. Bald. in l. 1. in ulti. notab.

C. de edic. diu. Andr. coll. & post innumerous Menoch. conf. 46. num. 9. vnde Ruin. post Cam. & Alex. in conf. 127. num. 13. volu. 3. concludit, quod in dubio potius error; quam renunciatio presumitur, etiam si agatur de facto proprio, immo potius factitatem censeri, quam renunciationem inquit Menoch. conf. 2. num. 212. Quod proculdubio verum esse videtur in muliere, & rustico in quibus personarum frater gilitas adeò est, vt potius errasse presumatur, quam renunciasse, vt etiam tradit idem Menoch. lib. 6. pref. 23. num. 22. & hoc ratione probatur si quidem renunciatio nihil aliud est, quam donatio, & proprij iuris remissio, ita Bald. in l. illud numero 7. C. de Sacrofanci. Eccl. vbi ait renunciationem, quæ excedit valorem quinq. gentorum aureorum egere insinuatione non minus, ac ipsa eget donatio, quod etiam secuti sunt Affili. de iur. probomis. in princ. num. 30. & alij apud Menoch. dict. conf. 1. num. 211. & seq. Donatio autem non presumitur, quia est perdere, & dilapidare l. cū de debito ff. de probat. ideo sumi debet quæcunque alia coniectura potius quam d. nationis, vt dicit post Dec. Affili. & alios innumerous Menoch. de arbitr. lib. 2. c. 88. & de pref. lib. 6. præsump. 23. nu. 28. scilicet vt potius præsumatur error in facto proprio, quam donatio; Et quod in casu non sibi questionis alia sumi possit coniectura, quam renunciationis, videtur constare ex eo, quod cum filia in potestate patris constituta inducatur ad renunciationem, hoc quidem videtur facere ex mandato patris, & sic vt illi pareatur, non autem ex sua spontanea voluntate; at vbi renunciatio sit præcedente mandato, potius illi parere, quam iuri sibi particulari concessio renunciare censetur, vt in specie tradit Burs. in cap. accendentibus vers. & per predicta de priusleg. dicens, quod canonici faciendo actum, madante Pontifice, intelliguntur potius voluisse parere Pontifici, quam renunciare statuto sibi concessio, quem etiam secuti sunt Alex. conf. 33. col. 4. vol. 5. & Dec. conf. 452. num. 24. & seq. Et hoc verissimum esse

videtur, attenta communis experientia, cum ut plurimum renunciations hodie fiant ex pacto parentum in capitulis matrimonialibus causa matrimonij contrahendi à suis filiabus prævia obligatione eorum virorum, quo casu sit ut renunciatione inde secura nō dicatur facta ex spontanea renunciantis voluntate, sed stimulacione parentum, vel eorum virorum, ad id obligatorum, nè incident in eorum indignationem, & sic coacte, vt in specie considerauit Magon. decis. flor. 18. dicēs quod renunciations istæ, quæ per filias parentibus sunt, parvifaciendæ sunt, vti dolo, metu, suasionibus, & suggestionibus communiter extortæ; Et propterea non debent ita in renunciantis præiudicium latè interpretari, sed ut minus ius illius lèdat Decius in l. postquam liti num. 16. C. de paci. Calderin. conf. 3. in fin. sit. de prob. Grauelli. conf. 290. col. 2. vers. 3. renunciatio, & sic ut de simplici successione cogitatum sit, & non de lucro l. bac. edictali voluntas enim, quæ ex facto colligirur limitatur quatenus necessariò ex tali facto inferatur l. 1. S. si quis hoc interdicto vbi Burs. ff. de iis. act. priuat. & facit glo. in clement. sepè in verbo partibus ff. de verbis signific. & sic verba renunciations intellegi debent secundum intentionem profertenis l. non omnis in princ. ff. si cert. pet. d. l. 1. S. si quis hoc interdicto, sic etiam Paul. de Castr. conf. 333. col. 1. volum. 1. vbi ait, quod intentio colligitur ex causa, & ratione disponendi, & sequitur Grauelli. conf. 3. num. 12. ob quod Gabriel. conf. 60. num. 6. volum. 1. inquit quod renunciatio in dubio intelligitur contra eum, cui sit, & pro eo qui renunciauit, & ad hoc multos colligit DD. & sequitur Cephal. conf. 605. num. 5. dicens quod interpretationi debet in fauorem renunciantis.

110 Quod absque dubio videtur procedere, quando renunciatio est aliquid operata, cum eo casu restringi debeat, ut minus præiudicet renuncianti, quam sit possibile ita glo. in l. si domus & ibi Burs. & alij ff. de servit. urb. prædior. Curt. iun. conf. 23. num. 1. & sequitur Bursat. conf. 347. num. 9.

¶ Me.

& Menoch. conf. 182. num. 9. At cum similes renunciationes statim operetur suum effectum, dum per eas statim exclusae dicuntur à suorum parentum successione, non debent ad aliud extendi, sed in contum restringi.

111 Accedat prædictis. Beneficium l. bac edictali non ad aliud per Imperatorem introductum fuisse, nisi in recipi pensationem iniuriæ filijs primi matrimonij illatae ex transitu parentum ad secundas nuptias, & ex reliquo ultra modum in beneficium vitrici, vel nouercæ collato, cum parentes ipsi ob transitum ad secundas nuptias non solum filiorum personas contemnant, sed etiam illos ob secundi coniugis amorem excoriare presumatur l. que tutores C. de administr. tutor. l. 4. ff. de inoff. test.

112 Hec inquam beneficium speciali filiorum favore, & cum maxima caussæ cognitione introductum, non debet generali renunciatione tolli; si quidem ubi aliquid est introductum speciali priuilegio, vel favore alicuius, opus est, quod tollatur specialiter, nec sufficit generalis clausula, ut probat Glos. in l. decurionibus C. de Glentiar. lib. 12. & Felin. in cap. 1. col. 7. vers. secunda dispositio de rescripto. Tiraquell. de retr. consag. S. 1. glos. 14. num. 103. & sequ. Surd. decif. 323. num. 7. Vinc. de Franch. decif. 162. num. 14. idem in decif. 181. num. 6. ubi post Bar. & Dec. inquit renunciationem quantumuis generalem non comprehendere beneficium specificè, & cum maxima caussæ cognitione concessum, & num. 10. subdit ex quo renunciationes, & si generales sint, consuetum est fieri cum parua caussæ cognitione, ideo strictè intelligendæ sunt, ad quod facit tex. in l. libertis la 2. S. postbumis ff. de alimen. & ci-

113 bar. kgas. ubi generalis legatorum renuncatio, non includit legatum alimentorum, ex eo quia illa sunt specialiter priuilegiata, ut etiam latè Surd. de alimen. sis. 8. priu. 20. & dicta Deciz. 323. num. 7. & 8. Et ob id Caffr. in consil. 73. volum. 2. in vicion. impress. inquit, quod sicut generalis renunciatione non excludit à iure pendi supplementum legiūmæ nisi sit fa-

cta specialis mentio, per notata in l. & quando S. fin. C. de inoff. testamen. & post Bald. Anch. Alexand. Ber. Rol. pro absolu-
tū luto firmat Mantic. de tacit. & ambig. lib.
26. sit. 2. num. 18. ita generalis renuncia-
tio non excludit à iure petendi supple-
mentum dotis subrogatæ à statuto in lo-
cum legitimæ, ergo pari ratione filia ex-
cludi non debet à singulari remedio hu-
ius legis in favorem filiorum primi ma-
trimonij introducere.

Nec debet etiā filia ab hoc lucro ex-
cludi, si quidem id oritur ex facto paren-
tum in plus relinquendo vitrico, quam
vni ex filijs primi matrimonij; at ea, quæ
ortum habent ex facto illius, cui facta fuit
115 renunciatio, renunciatio ipsa nunquam
includit l. qui offici. S. fin. ff. de contrab. empr.
Dec. consil. 27. num. 2. vers. tercia est ratio,
Paris. consil. 7. nu. 72. vol. 2. Marsil. sing. 96.
nam renunciatio nō refertur ad id, quod
quis sua culpa, vel facto amittit Bar. Salic.
Corn. & Ias. in auth. hoc amplius C. de fidei-
cōd. Oldrad. cōf. 294. Goradin. consil. 43.
in fin. ac Manent. decis. 46. num. 28. cum
seq.

116 Nec obstant l. Plauſius, & alia iura in contrarium allegata, si quidem procedunt in his, quæ sunt eiusdem naturæ, sicut ex-
pressa, scilicet circa successiones, quomo-
docunque ab intestato deferendas, vel
delatas; at secus in lucro l. bac edictali, il-
lud enim non venit appellatione suc-
cessionis, tanquam quid diuersum, & sepa-
ratum; & propterea renunciatio prædicta
illud complecti non debet, cum generalis
clausula ad non verisimilia non extenda-
117 tur cap. 2. de decim. lib. 6. & cap. fin. de offi.
Vicar. lib. 6. l. obligatione ff. de pignor. Rom.
consil. 436. num. 9. & in specie renuncia-
tionis, quod ad non similia expressis non
trahatur post multos tradit Mantic. de ta-
cit. & ambig. lib. 16. sit. 18. nu. 6.

118 Cessare videtur quoque secunda opinio; si quidem in iure verissima est cō-
clusio, renunciationem quantumuis ge-
neralissimam non trahi ad incognita ipsi
renuncianti l. qui cum tutoribus ff. de trans.
l. 3. ff. cod. l. 6 de certa C. cod. l. mater dece-
dens, ubi Bar. ff. de inoff. testam. Incogni-
tum

cum autem mulieri dicitur id, quod ei iuris dispositione cōfertur l. regula §. 1. ff. de iur. & fact. ignor. in specie p. st Fulgos. Alexan. Ruin. Soccin. Alcias. & Grauett. tradit. Menoch. de presump. lib. 6. presump. 23. num. 17. Gratian. tom. 3. discept. forens. cap. 519. num. 53. igitur dum quād auferatur vitrico, iuris dispositione filijs applicatur, non potest præsumi in renunciatione id comprehensum fuisse tanquam incognitum, & in renunciantis præiudicium.

Quæ conclusio adeò vera est, vt procedat, quamvis in instrumento renunciationis adessent verba illa, scilicet id fecisse ex certa scientia; illis enim non obstantibus adhuc ignorantia præsumetur, & talis clausula nihil operaretur, ita Ruin. conf. 60. num. 28. lib. 3. & ante eum Bald. in l. impetrata col. 3. C. sent. rescind. non poss. Marfil. conf. 118. num. 18 Heft. Felic. de societ. cap. 40. num. 15. Menoch. de presump. lib. 2. presump. 20. num. 5. & lib. 6. presump. 23. num. 21. & 22. Manent. cons. 139. num. 48 & 49. lib. 2. post suas decis. Mancuan. & in terminis l. bac edit. Itali, tradit Beltran. in d. l. §. si vero num. . sic quoque firmat Ias. in l. Sticchum §. item quasitum sub num. 4. & 7. ff. de condit. indeb.

121 dicens hoc procedere, etiam si mulier dubitasset illud ius sibi competere, cum in generali renunciatione id vti incognitum non veniat, ex eo, quia debet dicere, sciens se ad prædicta non teneri, vel quod donare volebat. Et rationem supradictæ ampliationis satis doctè ostendit Ruin. in d. conf. 60. scilicet, quia mulier, minor, & rusticus ignari dispositionis legis 122 ea facilitate, qua actum conficiendo renunciauerunt, eadem facilitate patiuntur in ipso actu apponi clausulam, ex certa scientia, & aliæ similes, iuxta l. dol. §. diuersum ff. de dol. mal. & mer. excep.

Hæc inquam ratio non solum deseruit pro responsione huius ampliationis, immo pro omnibus aliis supradictis clausulis in renunciatione interuenientibus, vt inquit idem Ruin. & latius de his omnibus clausulis simul unitis tradit Gratianus tom. 3. discept. forens. c. 501. nu. 8. & tom. 5. cap. 824. num. 20. ac Bec. consil. 90. nnn. 19.

& 20. sic etiam Schrader. conf. 13. nu. 242. vol. 1. & Aldou. conf. 69. nu. 56. qui loquentes in materia renunciationis cum clausula, omni iuris, & legum auxilio, inquiunt, quod vbi agitur de magno præiudicio, expressio specialis, & individua requiratur, nec sufficit vniuersalis etiam geminata dispositio; ignorantia enim defectus per geminationem non tollitur, ita Menoch. conf. 918. num. 24. & sequen. lib. 124 10. eadem met ratione, scilicet, eadem facilitate, qua quis motus est ad faciendum primum actuū, dicitur impulsus ad faciendum secundum, sic etiam Affici. decis. 110. Curt. iun. conf. 51. num. 7. cum aliis per Gratian. tom. 5. discept. foren. d. cap. 824. nu. 20. & 59.

125 Effectus enim harum clausularum (ex certa scientia, ex quavis caussa, omni alio legum auxilio) & similiū, restinguuntur ad scientes effectum talium verborum, alias nihil operantur, vt norabiliter voluit Bar. in l. fin. §. idem quassit ff. de cond. indeb. & in his nostris terminis Beltran. in d. l. bac edit. Itali §. si vero num. 16. ac Marfil. sing. 18. & propterea inquit Merli. in decis. Luc. 45 num. 7. ex mente Ias. in l. sciendum ff. de verbis. signific. quod debent notarij certiorare tales personas non solum de huiusmodi clausulis, immo de omni re, licet leui, cum renuncians iuri suo, vel alicui priuilegio, debeat prius certiorari, vt tradit idem Ias. in l. pen. num. 19. Cod. de pact. 126 nec sufficit, vt in renunciatione fiat mentio certiorationis, nisi cum effectu exprimatur Rot. in decis. 657. uum. 5. par. 3. in nouiss. & idcirco Beltran. in d. l. §. si vero num. 14. respondendo contrarijs, inquit, ea procedere, vbi renuncians esset certificata de clausulis prædictis, alias non certiorata, nihil operarentur, tanquam apposita ex stylo notariorum, argum. l. si certa C. de transact. Raud. decis. 25. qum. 54. conf. 9. nu. 95. volum. 2. & de Analog. cap. 3. nu. 24. Farinae. decis. 624. nu. 8. par. 3.

127 Quod eo magis procederet, vbi clausulæ prædictæ in executiuis verbis posita essent, quo casu principalem dispositionem non alterant, ita Gemin. conf. 86. num. 6. Natt. conf. 582. num. 4. Rimini. iunior conf.

cons. 268. num. 26. & cons. 525. num. 53. Ludois. decis. 311. numer. 5. Siquidem ad aliud non deseruunt, nisi vbi dispositio principalis esset dubia, ut declarant Bald. in *l. eam quam num. 36. C. de fideicommiss. Seraph. decis. 574. num. 2. decis. 716. num. 3.* & *decis. 1321 num. 5. Farmac. d. decis. 624. num. 8. par. 3.*

Nec obstat tertia opinio admittens distinctionem illam, an lucrum erat delatum, vel deferendum tempore renunciationis; siquidem respondetur id verum 128 non esse, cum ad hoc, ut beneficio renuncietur, requiratur specialis, & expressa renunciatio, ut in materia l. fœminæ decisum refert *Boer. in decis. 183. num. 34. & in Rota Romana Verall. decis. 26. par. 2. ac Papon. lib. 15. tit. 1. arreß. 11. de nupt. & in terminis l. bac edictali*, sic firmarunt *Ferrer. in addit. ad Guid. Pap. in decis. 228.* subdés falsam esse hanc distinctionem, & *Fontanell. de pact. nupi. claus. 5. glof. 8. par. 4. num. 49.* vbi id ampliat, quamvis expressè huic 129 lucro per mulierem renunciatum fuisset, cum nisi certiorata fuerit, talis renunciatio, tale lucru nō cōprehendat, quamvis fuisset delatum, supradicta ratione, quia mulieres sunt personæ idiotæ, quæ licet sciant parentem plus reliquissimæ vitrico, vel nouercæ, quam ipsis, non tamen sciunt beneficium, quam lex eis tribuit in casu prædicto; & sic vñquam potest renunciatio, & si generalis ad hoc ius ignoratum, & in eis quasi impossibile cognitum extendi, d. l. *mater decedens*, vbi *Barto. ff. de inoff. testam.* cum alijs iuribus supra allegatis, scilicet, quod renunciatio non trahitur ad incogitata, & quæ renunciants nesciat sibi competere, & hac de causa *Molfesius ad Consuetud. Neap. tit. de renunciat. q. 11.* probat multorum auctoritate, renunciationem alicuius iuris sibi competentis non sustineri absque certificatione, quæ specialis, & particularis esse debet, alias diceretur absque causâ cognitione, & sine voluntate renunciantis 130 factam esse renunciationem, sed potius ex stipulatione, & styllo notarij appositam esse censeretur. Et si hoc limitari debeat in filio Doctore. arg. tex. in l. late culpa finis *ff. de verb. signif.*

131 Minusquoque obstat quarta opinio; siquidem illi satis superque supra responsum fuit, hoc ius non deberi iure successionis, cum illud filia tanquam filia habeat, & in recompensationem iniuriæ sibi per parētes illatæ in plus relinquendo vitrico, vel nouercæ, quam filijs ex primo matrimonio, & latius in sequen. quæstio dicemus.

132 Quamvis quinta opinio, & si conjecturalis sit, non displicet per ea, quæ tradit *Herr. Bauer. in sing. iuramentum num. 17.* dicens, quod & si alimentis ex legis dispositione debitibus renunciari non possit, tamen fallit quando ex causa renunciationis aliquid loco alimentorum receptum fuerit.

ARGUMENTVM.

Statutum exclusiuum fœminarum propter existentiam masculorū an verificetur in masculis secundi matrimonij.

Et num fœminæ à statuto exclusæ, ab hoc quoque beneficio l. hac edictali excludantur.

S V M M A R I V M.

1 *Dispositio l. bac edictali, an in filia statuto exclusa locum habeat, & nu. 2. 3. & 44. cum seq.*

4 *Statutum fœminarum exclusiuum, an in masculis secundi matrimonij existentibus verificetur.*

Et quid de iur. confit. huius Regn. in aliquibus nu. 8. 23. & 31.

5 *Statutum excludens fœminas propter masculos, non ratione conseruæ agnationis, sed vi fauor masculinitati conditum esse censetur, & nu. 11.*

Constrarium nu. 25.

Ampliæ quamvis agnationis mensio facta, non fuerit num. 26. & 27,

6 *Fœmina congrue dotata non indigent tantæ substantia, & tot bonis quot indigent masculi.*

7 *Sta-*

- 7 Statuta fæminarum exclusua propter solam conseruanda agnationis rationem condita esse non censentur, ubi illa expressa non fuerit.
- 9 Constitutio huius Regni in aliquibus habet locum tam in hereditate paterna, quam materna.
- 10 Frater uterinus num sororem excludat, supposito statuto fæminarum exclusuo propter existentiam masculorum, & nu. 32.
- 12 Constitutio in aliquibus masculinitatem, & non agnationem prospexit.
- 13 Fæmina ob existentiam masculorum statuto exclusa, illis viuo patre, decadentibus reintegratur, quamuis dotata.
- 14 Soror innupta non excludit sororem nupia, attenta Constit. in aliquibus.
- Contrarium num. 15.
- Intellige num. 21.
- 15 Exclusio Constitutionis Regni in aliquibus, an constitut in dotatione, vel ne in existentia masculi, & nu. 17. 18. & 19.
- 16 Soror partem successionis petere potest, ubi masculus oam maritare distulerit.
- 20 Verbum, Puragium, in Constit. in aliquibus usurpatum quid denoset.
- 22 Tesaurus lib. I. qq. forens. q. 42. & Osasch. cons. 76. declarantur.
- 23 Masculi ex secundo matrimonio filiam ex primo matrimonio non excludunt, attenta dispositione Constit. Regn. in aliquibus.
- 24 Soror à fratre alterius matrimonij de iure communi non excluditur.
- 27 Ratio ubi à statuto non exprimitur, inest illi ratio naturalis, & ciuilis, ac iuris communis se adaptari potest.
- 28 Ratio legis ubi est certa, licet tacita, potest ex illa argui tanquam ex causa finali.
- 29 Masculinitatis ratio, quando à statuto fæminarum exclusuo considerata censematur.
- 30 Frater consanguineus an sororem excludat, supposito statuto fæminarum exclusuo, & nu. 33.
- 31 Constitutio in aliquibus num in masculis utrinque coniunctis locum habeat, & n. 36. Sed intellige nu. 37.
- Contrarium nu. 38.
- 34 Statusum exclusuum fæminarum tanquam accusatorium natura, strictè intelligi debet.

- 35 Fratris appellatio in materia statutaria, non venit frater ex uno latere, sed utrinque coniunctus.
- 38 Constitutio in Aliquis non ratione agnationis, sed predilectionis facta censemtur.
- 39 Filii tam primi, quam secundi matrimonij respectu patris sunt in pari gradu, & ab eo equaliter dilecti.
- 40 Duplicitas vinculi non requiritur in successione patris, sed fratris ab intestato.
- 41 Affl. in Const. In aliquibus configuratur.
- 42 Constit. In aliquibus nedum fauore masculorum quam fæminarum facta censemtur.
- 43 Mulieres propter sexus fragilitatem plenique contra propria commoda labrant.
- 44 Filia à statuto exclusa non concurrit cum masculis in hoc beneficio l. bac edictali.
- 45 Fæmina à statuto exclusa propter masculos non facit partem in computatione legitime.
- 46 Paria sunt exire, & non succedere, ac in rerum natura non esse.
- Intellige num. 73.
- 47 Filia à statuto exclusa censemtur ex hereditate, & suitatem amittit.
- 48 Filia à statuto exclusa non facit deficere conditionem à lege subintellestam, si sine filiis decesserit.
- Intellige nu. 75.
- 49 Dispositio l. bac edictali ad hoc ut verificetur, quae requirantur, & nu. 76. & 77.
- 50 Beneficium l. bac edictali denegatur omnibus ex causis, quibus denegatur querela.
- Contrarium num. 78.
- 51 Filia à statuto exclusa denegatur querela, immo neque ad supplementum agere potest, quamuis ei aliquid relictum fuerit, non tamen ad legitimam ascendens.
- Contrarium num. 79.
- Declaro num. 80.
- 52 Fæmina non admittuntur ad successionem emphyceusis pro se, filiis, & filiabus patris concessis, stante statuto exclusuo fæminarum.
- 53 In habentibus similitudinem facilior est transitus.
- 54 Filius ingratu sicut à successione excluditur, ita pariter à beneficio l. bac edictali.

55 Ordo

- 35 Ordo successionis in omnibus iuris à lege prouincientibus attenditur.
- 36 Filia à statuto exclusa non comprehenditur in proprietate quarte Autb. praeterea C. tuis vir. & vxor filijs reservata.
- 37 Item uic in bonis dominatorum.
- 38 Item in portionibus, quas mater ex forma statuti filijs servare tenetur.
- 39 Item in eis, que ex dispositione l. feminina C. de secund. nupt. filijs referuantur.
- 40 Filij in Antefato succedunt uti baredes, & non uti filij.
- Intellige ex dispositione Confuet. Neap. sacerdos de iure communii num. 89.
- 61 Quoad exclusionem bonorum paternorum, santon operatur exclusio bariuus, quantum exclusio legis.
- 62 Filia exclusa à statuto, excluditur etiam à beneficio l. bac edictali.
- 63 Autb. bares C. de secund. nupt. declaratur.
- 64 A renunciatione per pacatum ad exclusionem per statutum non recte arguitur, & num. 66.
- 65 In renunciatione requiriatur acceptatio eius cui fit.
- 67 Beneficium l. bac edictali est quid diversum à successione.
- 68 Beneficium l. bac edictali competit filiis iure sanguinis, & non successionis.
- 69 Filia à statuto exclusa à beneficio l. bac edictali expulsa non censetur.
- Et afferetur ratio num. 70.
- 71 Lucrum l. bac edictali ab ipsa lege haberi dicatur.
- 72 Tresor. decis. 159. confutatur.
- 74 Beneficium l. bac edictali est fundatum in obligatione, & affectione naturali, quibus exclusa per statutum non priuatur.
- 76 Dispositio l. bac edictali non verificatur in hostie Republica, & Monaco incapaci.
- 81 Lucrum l. bac edictali non regulatur secundum ordinem successionis.
- 82 A filio integrato ad exclusam ex statuto ad excludentem beneficij l. bac edictali non recte arguitur.
- 83 Specialitas in uno casu arguit regulam in contrarium.
- 84 Surd. in decis. 8. nu. 26. confutatur.
- 85 Tex. in Autb. bares C. de secund. nupt. explicatur.

- 86 Surdus in decis. 8. declaratur, & nu. 87.
- 88 Angel. in l. deportatus C. de bon. damnat. declaratur.

Q V A E S T I O XII.

Plerisque in locis municipali iure cauetur, vt existentibus masculis, feminis non succedant, sed debeant daturi, prout disponitur per constitutionem huius Regni: In aliquibus. Ex quo sèpè ac sèpius de pluribus dubitari contingit. Et primò an pater, vel mater secundo nubens possit ad libitù in secundū coniugē disponere, nulla habita ratione filix ex primo matrimonio existentis, tamquam à statuto exclusæ. Secundò esto quod nequeat; an existentibus masculis, filia ob dotationem per statutum exclusa, ab hoc quoque beneficio repellatur.

1. Quoad primum, dubium aliquod fieri non videtur, quin parentibus prohibicium sit; primo, quia statuti exclusio non respicit nisi ab incestato successuros, ob quos statutum feminas exclusisse censetur, & nos propter extraneos non successuros, vt vitricus, vel nouerca, qui plus, quam alij omnes extranei, quoad dispositiones coniugis sunt legibus exosi d. l. bac edictali, & §. optimè authen. de nupt. cessante igitur persona ab incestato successura, quia in secundum coniugem facta est dispositio, cessat exclusio statuti, ne forte dicamus voluisse excludere propter extraneos, vel odiosos.

2. Secundò, nam & si parentes nihil filiae exclusæ relinquere teneatur, tunc quia propter statuti dispositionem fingatur in rerum natura non esse, tunc etiam quia beneficium d. l. bac edictali ab Imperatore introductum est, ne parentes filiis ex primo matrimonio iniuriam faciant, plus relinquendo vitrico, vel nouerca, unde nihil tali filiae relinquendo, non videtur iniuriam facere, cum non teneatur quicquam dare præter dotem, vt in specie considerant Tiraquell. in l. si unquam versi suscepit num. 107. in fin. C. de reuoc. donat. Ramin. iun. conf. 47. nu. 40. Petogr. conf. 76. & La-

& Laderch. conf. 27. Attamen non per hoc sequitur posse secundo coniugi ad libitum relinquere, nam nec vitrico, nec nouercæ relinquere tenetur. Quamobrem, si plus vitrico, vel nouercæ reliquerit, quam filiæ, iniuste fecisse videtur, & ipsi filiæ iniuriam intulisse censeretur, & ideo tale relictum lege vindicari debere inquit Fachin. lib. 3. controuers. cap. 68.

Sed esto quod sit vera; prout verissima est hæc opinio, scilicet dispositionem ab altero ex coniugibus in beneficiū vitrici, vel nouercæ factam, ob existentiā filiæ ex primo matrimonio, quamvis statuto exclusæ subiacere dispositioni d. l. hac edita, ut latius infra dicemus.

Tamen an id cessare videatur, masculis ex secundo matrimonio existentibus, atque adeò eorum qui ab intestato successuri sunt.

4 Pro cuius resolutione duo discutienda sunt, primum an statutum exclusum fœminarum ob existentiam masculorum, verificetur in masculis ex secundo matrimonio existentibus.

Secundum an, stante statuto prædicto, ob quod filia dotata à parentum successione exclusa est, ab hoc quoque beneficio expulsa dicatur, & hoc indistinctè siue primi, siue secundi matrimonij extent masculi.

Quoad primum, primo intuitu dicendum videtur, nullam esse difficultatem, quin statutum fœminarum exclusum, verificetur in masculis, siue ex primo, siue ex secundo matrimonio progenitis, siue veterini, siue consanguinei sint; Si quidem lex, vel statutū

5 excludeas fœminas propter masculos à successione aliqua, ex duabus rationibus moueri potest, vel ratione conseruandæ agnationis, vel ut faueat masculinitati. Et quidem & crassima est distinctio; Quod vel statutū loquuntur de hæreditate agnati, puta patris, vel avi, & tunc ratione conservandæ agnationis talia statuta facta censeruntur. Si vero agatur de excludendis fœminis propter masculos ab hæreditate illius, qui agnatus non est, ut puta ab hæreditate materna, vel alius as-

cedentis per lineam maternam; tunc excludendi ratio agnationis à statuto considerata non est, cum filius licet masculus non dicatur matri agnatus, sed sola ratio masculinitatis considerata censetur; nam matres ipsæ potius ad masculos hæreditatem suaq; bona optant deuenire, cum quibus viuant, & magis suum nomen conseruetur; quam ad filias, quæ in alienam familiam transeunt, ut optimè distinxit Paul. de Cœtr. in conf. 91. in fin. lib.

2 quem secuti sunt Soccin. sen. conf. 1. num. 15. lib. 1. vbi ait, rationem esse, quia fœminæ congruè dotatae non indigent tantæ substantia, & tot bonis, quot indigent masculi; nam ipsæ à suis viris aluntur, & ultra dotes habent fructus de substantia viri; Quod etiam admiserunt Ias. consil. 15. num. 23. cum seq. lib. 4. Dec. conf. 302. num. 6. vers. nee videtur Paris. cōf. 49. nū. 55. cum seq. lib. 3. Rim. sen. conf. 253. num. 25. lib. 2. Bero. conf. 120. num. 13. lib. 2. Brun. de statut. exclud. fœmin. art. 3. sub num. 18. & art. 8. sub num. 52. & considerant in materia Gabriel. conf. 15. numero 38. lib. 1. Hondon. conf. 1. num. 28. Peregr. conf. 106. nū. 7. lib. 2. Immo secundum Ias. & Paris. in locis citatis cum respectu maternæ successionis alia ratio reddi nequeat, habetur hæc pro expressa; quoniam statuta fœminarū exclusiva propter solam conseruandæ agnationis rationem condita esse non censentur, vbi illa expressa non fuerit, sed ob plures alias rationes quæ assignari possunt, ut firmant Salic. int. serui vestri G. de noxal. act. Bart. in l. libero-num col. 6. vers. bis premissis ff. de verbor. signific. Alex. in l. si constante col. 3. in princ. ff. solut. matrim. & conf. 80. col. 5. conf. 16. col. 1. & conf. 128. col. 2. lib. 1. quos refert Dec. in l. si quis nec causam num. 4. ff. si cert. pet. & in l. 2. C. de ius. vocand. Bald. in l. se defunctus col. fin. vers. quaro utrum si statutum C. de suis leg. hæred. Anchær. in clemen. 1. de Baptis. Imol. in l. si vero s. si de viro in fin. ff. sol. matrim. Aretin. conf. 77. col. pen. Rub. conf. 145. num. 8. Et ideo hanc rationem non expressam, non esse veram probat Bero. conf. 148. num. 51. volum. 2. sic etiam firmavit Tortus luperi statut. Pap. cap. 95. num.

num. 17. Dec. conf. 13. col. 3. in fin. Rol. conf. 55. nu. 2. lib. 3. Molin. de Hispanor. primog. lib. 3. cap. 5. num. 27. Mart. conf. 136. num. 21. cum seq. Handed. conf. 1. num. 37. Thob. non. conf. 16. uum. 11. Paris. conf. 54. num. 4. lib. 2. Botta. conf. 12. nu. 3. qui rationem ob quam verisimiliter statuentes duci fuere eam esse inquit, ob sexum masculinum, qui in Republica maiores sustinent labores, & de communi testatur Soccin. iun. conf. 1. num. 11. & 12. lib. 1. Surd. decis. 95. numer. 2. & Gabriel. sis. de ffas. conclus. 6. num. 4. 5. & 7.

Quod etiam videtur procedere, at tenta Constitutione huius Regni. In aliquibus illis, inquam, dum tractat de successione paterna, vel materna, promiscue vtitur verbis filij masculi, & filia feminæ. Item fratri, & sorori. Vnde si attenditur verbum filij respectu patris, vel matri omnes veniunt, & intelliguntur ex quo vis matrimonio fuerint suscepiti, cum omnes & quæ sint filij, siue ex primo, siue ex secundo procreati, ex quo sola naturalis causa inspicitur iuxta sex. in aut. in successione C. de suis, & legitim. Quod considerarunt Peregr. Gabriel. & Handed. in locis citatis. Si ergo attendatur nomen fratri, quod etiam in dict. Constitutione usurpatur, adhuc tamen, ne dum consanguineus, sed virinus comprehenditur, qui verè, & propriè frater est l. iurisconsulitus S. secundo gradu ff. de grad. affinit.

Nec refert quod Constitutio predicta in hereditate paterna tantum loquatur, viles foeminas masculos præferri; si quidem communiter sicut intellecta etiam in hereditate materna locum habere, in qua foeminae per masculos excluduntur, ut Isern. ibi vers. sed nunguid filius, ubi ita dicit vnu, & consuetudine probatum Aflit. quest. 11. sub num. 47. & decis. 178. num. 1. & 2. dicens ita iudicatum fuisse Luc. de Penn. in l. fin. col. 2. C. quand. & quib. quart. pars Vinc. de Franch. decis. 171. num. 1. vbi ait hodie sic absque dubio iudicari, & decis. 667. num. 5. & de Ponte conf. 74. lib. 1. Molfes. ad Confuet. Neap. p. 4. in addit. ad quest. 40. num. 2. & 3. & in terminis similis statuti in punto tenuerunt Handed.

d. conf. 1. Peregr. d. conf. 106. ac Gabriel. conf. 11. num. 35. cum mult. lib. 1. & conf. 18. num. 44. lib. 2. Cum igitur statura, & Constitutio, tam ad paternam, quam ad maternam successionem vocent masculos, & propter eos foeminas excludant, non agnationi fauere, quam nullus filius cum matre habet l. pronunciatio S. familia ff. de verbor. significat. sed masculino sexui consolere voluisse videtur. At masculinus sexus, quem statuta intendunt, pariter in uterino reperitur, sicut in utrinque coniuncto; meritò soror ab eo excludi debet, vbi enim de materna successione agitur, tunc sola attenditur materna coniunctio Authent. itaque vbi glos. verbo utroque C. de comm. success. l. de emancip. C. de legit. hered. Handed. d. conf. 1. uu. 25.

10 Et quamvis respectu virini nonnulli secus sentiant, inter quos est Soccin. in cōf. 84. lib. 1. & conf. 241. lib. 2. quod etiam secutus est Thob. non. conf. 12. num. 9. dum vult ab hereditate matris per fratrem uterinum sororem non excludi; tamen ea opinio obstat non videtur, tum quia illa nititur ratione, quod id statutum voluit prouidere agnationi, quod regulariter verum non est ex Doctoribus supra citatis inter quos est ipse Soccin. conf. 1. num. 15. lib. 1. vnde oportet, quod constaret talem illius statuti, mentem fuisse, ut Gabriel. agnoscat d. conf. 11. sub num. 38. & optimè explicat Bald. conf. 30. numer. 4. lib. 1. Angel. conf. 110. col. 2. & conf. 383. an-

11 te num. 2. quem sequitur Alba conf. 81. nu. 35. lib. 1. dicentes, id intelligi, quando constaret, statutum, non masculinitati, sed agnationi fauere voluisse; nam hoc in dubio non præsumitur, sed potius masculinitatis fauore, vt senserunt etiam Socc. sen. conf. 304. lib. 1. & Soccin. iun. conf. 5. lib. 2. Tum etiam, quia loquitur in statuto excludente filiam dotatam à patre, fratre, vel patruo. Vnde incongruum videbatur à materna excludi hereditatem, ne pater dotando filiam ei præjudicet, & foueat filius ex altero matrimonio, qui sunt ipsis dotanti extranei, ut ipse met Soccin. in l. cum vir. num. 2. ff. de condit. & demonstr. & in d. conf. 84. in tertia ratione

At *Constitit.* huius Regni. Non ita simpliciter exclusionem ob fratres cōcedit, dum tamen eam habeant maritare de paragio, & sic onūs dotandi eis imponitur.

12 Et quod *Constitutio in aliquibus non aliter considerauit agnationem, sed masculinitatem, probatur ex communi DD. sententia ibi tradita, scilicet quod fēmina ob existentiam masculorum exclusa, illis decedentibus, uiuo patre, reintegratur, quamuis dotata esset, ut post multos tradit Minad. in repetit. eiusdem Constit. not. 2. num. 65. & 66. Ieem etiam aiunt, & si masculi non extarent, sed tantum soror innupta, quod per eam maritata non excludatur uigore d. constit. ita *Afflīct. in decis. 161.* Si igitur, deficientibus masculis, fēmina reintegratur, sequitur quod *Constitutio non aliter fēminas excludere voluit caussa agnationis seruandæ, sed fauore masculinitatis, & sexus;* nam si aliter diceremus, fēmina non reintegraretur, cùm ab alijs agnatis excluderetur. Quod etiam comprobatur ex altero argumento in quo dum innuptam non excludit, consequens est dicere fauore masculinitatis, & sexus Constitutionem prædicam conditam fuisse. Quicquid alij opinati sint distinctes ab innupra excludi sororem nuptam, ex quo exclusio non consistit nisi in dotatione, quæ loco portionis succedere debeat, ex *Afflīct. decis. 158.* & in specie similis statuti considerauit *Osach. in cons. 76.* & post eum diffusè *Theſaur. lib. 1. qq. forens. quæſt. 42.* Ob quod fit, quod si masculus sororem collocare, vel dotem tradere nequiret; partem successionis soror petere posset, vt dicit *Andr. in Constit. in 3. col.* Quod si verum esset, sequeretur quod si filia à patre dotata fuisset, quamvis masculus superesset, non excluderetur, quia cessaret cauſa ob quam masculus eam excluderet; quod verum non est, nam eo ipso quod masculus superest, excluditur, siue à patre, siue à fratre dotata fuerit; ergo non ea sola ratione, quod fuerit dotata excluderetur, quia masculus superesset. Vnde fit, quod si, uiuo patre, masculus præmoriatur, ces-*

18 faret exclusio, quia cessaret ipsa cauſa exclusionis, vt omnes DD. ibi uno ore fatentur. Igitur cauſa exclusionis non erit dotatio, aliter semper remaneret exclusa, sed existentia masculorum. Quod patet ex eo, quod satis docte in hac specie perpendit idem *Minad. in d. Constitut. not. 2. num. 66. vers. præterea;* scilicet si ius exclusionis esset transfusum in ius paragij, sequeretur, quod etiam ab intestato, non existentibus masculis, excluderetur, quod est falsum, & sic exclusio non est ipsa dos, cum in *Constitut.* prædicta non aliqua fiat mētio, vt dos à patre data filiā excludat, sed exclusio est fauor, & prærogatiua masculi sub onere dētandi, vt singulariter in materia dictæ nostræ *Constitut.* considerauit *Dec. in cons. 26. num. 5.* cum illud verbum *paragium* in d. *Constitut.* usurpatum referatur ad parentes, & parentelam, ac qualitatem domus, vt colligitur ex tex. in l. *quero ff. de iur. dot. l. si filia pater ff. de leg. 3. Menoch. de arbitr. cas. 140.* & sic illud verbum non refertur ad pātrem, & portionem aliquam; aliàs si contrarium diceretur masculi fēminas excludentes haberent potius rationem vtilitatis propriæ; quam honoris, collocando sorores hominibus inferioris gradus, & hac ratione hoc verbum *paragij* positum fuisse in d. *Constitut.* inquit *Dec. in d. cons.* cuius opinionem veriore appellat ibi *incertus auctor in add.* & sequitur *Minad. in d. 2. not. num. 64.* Et illud quod dicitur de innupta, scilicet quod nuptam excludat nō procedit in terminis dictæ *Constitut.* in aliquibus, sed *Constitut.* vt de successionib. vt bene *Affl. in d. dec.* declarat vbi relata differentia, in hoc casu inquit sororē nuptā, collatis suis dotibus, æqualiter concurrere cum sorore innupta, ergo nulla repertur exclusio, nisi vbi masculus existet. Et propterea dum masculi sunt cauſa exclusionis, & alia ratio adaptari non potest, quam masculinitatis, non uidetur procedere argumenta contraria. Et quoad doctrinam *Osach.* & *Theſaur.* responderetur illam obtinere ubi ex statuto innupta expressè ad exclusionem nuptæ esset uocata, prout supponitur in sta-

- tutis per eos relatis, & ut loquitur *Constitut.* vt de successionibus, & sic in diuerso casu.
- 23 At contrarium uerius uidetur, scilicet sororem non excludi per fratres secundi matrimonij, & hoc ne dum iuris communis dispositione, sed statutorum, & *Constitutionis nostræ*, causa, & ratione.
- 24 Ex iuris dispositione soror à fratre alterius matrimonij non excluditur, sed æqualiter succedunt, ita in his terminis habetur in l. 4. C. de secund. nupt. ibi pro debita portione, & declarant ibi *Alber.* & *Bald.* ille in finalibus verbis hic num. 2. in fin. summarij, & benè explicat *Decian. cōf.* 94. nu. 13. lib. 3.
- 25 Ratione uero staruti, si quidem hac de causa factum, & inuentum fuisse censemur, scilicet ut bona in agnationibus conseruentur, ita ferè omnes DD. tam inscribendo, quam consulendo, ac iudicando tradiderunt in scribendo *Io. Andr.* in addit. ad *Specul.* in rubric. de success. ab intest. col. 1. *DD.* in l. 1. C. de adult. *Iacob. Aretin.* in disputat. incipient. statutum *Alberic.* in authent. itaque in ultim. col. C. comm. de success. *Bald.* in l. maximum vitium col. 3. C. de lib. prater. & in l. certum in princ. C. vnd. cognat. in l. 1. 13. col. vers. subsequenter queritur C. de summ. trin. & fid. cathol. & in l. quod vero ff. de legib. ac in l. 2. C. de in ius voc. idem in l. fin. ubi etiam *Imol. S. viden-* dum ff. ad tertull. *Cyn.* in d. l. 1. C. de adult. & in l. 1. C. que sit long. consuet. sic etiam post multos *Gabriel.* lib. 6. comm. opin. sit. de statut. conclus. 6. nam. 1. & hanc opinionem nedū ueram, sed cōmunem appellat post innumeros *Molin.* de *Hispaniar.* primog. lib. 3. cap. 5. num. 25. & seq. quod sing. no- taut *Matthes.* in not. 130. dicens ita fuisse consūlturn permultos solemnes Docto- res totius penè Italiæ, sic etiam *Franc.* *Piscina* in disput. de statut. exclud. fœmin. num. 22. & 35. de communi, & ueriori te- statut *Brun.* de statut. art. 3. nu. 11. cum seq. *Mangil.* de imput. quest. 52. num. 6. 14. & 18. *Merlin.* de legitim. lib. 3. tit. 1. quest. 2. num. 2. & 3. *Alexan Trentacing.* lib. 1. var. restit. de statut. resol. 1. sub num. 1. vers. huic 26 rationi, Et hoc procedere dixit Merlin.

qui supra etiam in dispositione testantis quamvis agnationis mentio facta non fuerit, vt latè *Rustic.* ad l. cum auus lib. 4. cap. 2. num. 14. & 15. *Marzar.* conf. 5. cum alijs per *Merlin.* in decis. *Lucen.* 97. nu. 12.

In consulendo tradidere *Corn.* conf. 271 nu. 6 lib. 4. afferens aliam rationem com- modè adaptari non posse, quod negari non posse scribit *Dec.* conf. 13. num. 7. vers. non obstat successuē, & conf. 308. col. 2. lib. 1. *Paris.* conf. 85. num. 26. vers. per *Cyn.* lib. 2. *Socin.* senior conf. 127. num. 9. lib. 4. *Bald.* conf. 465. num. 1. lib. 3. *Socin.* junior conf. 1. num. 38. cum sequen. lib. 3. *Rimin.* sen. conf. 336. num. 33. & sequen. lib. 2. *Cephal.* conf. 145. num. 13. & conf. 309. num. 23. cum sequen. lib. 3. & conf. 490. num. 31. cum sequen. lib. 4. & conf. 521. num. 8. cum sequen. eodem lib. *Bursat.* conf. 208. num. 4. & 5. lib. 2. *Ri-* min. junior conf. 606. num. 28. lib. 6. & hanc communem sententiam post receptos alios consulentes inquit *Surdus* conf. 443. num. 38. vers. quicquid reclamarint aliqui in contrarium citati *Thob.* Non. conf. 24. nu. 30. *Turrett.* conf. 2. num. 12. *Menoch.* conf. 6. num. 12. conf. 95. num. 60. lib. 1. & conf. 150. num. 38. lib. 2. *Paul.* de *Montepico* conf. 85. num. 34. & seq. vbi eam de communi, & hanc rationem in statutis semper pro expressa habendam esse inquit post *B. ir-* bat. conf. 49. col. 2. vol. 2. *Marta* in conf. 102. sub num. 11.

In iudicando *Theſaur.* decis. 47. num. 5. *Merlin.* decis. *Lucen.* 97. num. 12. *Magon.* decis. *Flor.* 105. num. 10. & ad eundem in decis. *Lucen.* 28. sub lit. C. circa med. *Peregrin.* decis. *Patauin.* 64. *Farinac.* decis. 461. num. 5. par. 3. dicens opinionem *Bal.* & *Socin.* contra ea, quæ tradiderunt *Gab.* & *Honded.* magis communiter receptam esse, eamq; sequutam fuisse Rotam, & decis. 104. num. 4. vers. *Predictis* accedit mens statuentium par. 1. ait sic Rotam decla- rasse, sicut etiam in decision. 563. numer. 2. par. 2. inquit vbi non apparet, masculinitatem fuisse contemplatum, tunc masculi- lus vnius matrimonij fœminam alterius excludere nequit, cum regulariter sta- tuti, ratione agnationis condata censean- tur.

- 27 Ratio autem esse potest, nam ubi in statuto ratio non exprimitur, inest illi ratio naturalis, & ciuilis, & iuris communis, si adaptari potest; & ideo in ipso statuto videtur inesse ratio agnationis conservandæ, quæ de iure communi consideratur *l. 1. §. pen. ff. de ventr. inspic. interest enim Reipublicæ, ut familiarum dignitas salua sit, nam Nobilitas familiarum per diuitias conseruatur, & augetur, vt latè Marzar. de fidei commiss. par. 2. quæst. 1. & tradit Bald. in l. ea qua vers. undecimo queritur C. de condit. indeb. idem voluit in l. maximum vitium C. de liber. præter. dicens ex quo ista sola ratio videtur posse assignari, ut bona in agnatione, & familia conseruentur, ideo talis ratio in statutis debet haberi pro expressa; quoniam ubi est certa ratio legis, licet tacita, potest ex illa argui tamquam ex causa finali *l. miles agrum ff. de re militar.* Et hæ ratione licitum esse arguere contra Bart. in d. l. librorum ff. de verbor. signif. inquiunt Socin. conf. 1. num. 44. & per tot. volum. 1. Curt. junior conf. 6. num. 7. & 8. cum sequen. conf. 87. num. 5. & conf. 150. uum. 1. volum. 2. Curt. senior cons. 9. num. 18. & sequen. & conf. 80. Roman. conf. 16. num. 5. & conf. 41. latè etiam Dec. conf. 372. per totum, & signanter nu. 5. scribens, aliam rationem reddi non posse, subdens hanc non esse interpretationem extēsiuam, sed intellectiuam. Ita quoque Corn. conf. 127. num. 2. volum. 1. Grat. lib. 1. respons. 43. nu. 19. & Rulan. & Vall. conf. 55. num. 22. vol. 1. ubi hanc magis communem esse profitetur.*
- 28 Ratio autem masculinitatis, tunc dicitur considerata, quando foeminae aliquo casu à statutis prædictis sunt vocatæ, tūc enim cessat agnationis cōiectura, vt post Bald. Alex. Socin. Dec. Crauett. Mantic. & alios innumeros tradit *Marta in conf. 136. sub num 23. vers. redditur indubitate.* Vel limitaretur ad certum gradum, ita Brun. de statut. art. 3. prope fin. vel ubi vocentur propinquai, Aym. Crauett conf. 250. num. 4.
- 29 Et quamvis supposita hac opinione, frater consanguineus tantum sororem

excluderet, cum per eum ita conseruatur agnatio, sicut per utrinque coniunctum, vt latè Surd. in decif. 239. & plenè Ego ipse in Additio. cum duplicitas vinculi in hoc casu nihil deseruiat, vt ibi post inumeros tradidi; Tamen vigore nostræ Constitutionis in aliis, nedum per uterinum, immo nec per consanguineum soror excluditur, cum Constitutio prædicta locum habeat in masculis utrinque coniunctis tantum. Siquidem & si Glos. 31 Caram. Andr. Afflict. & cæteri afferant, dispositionem illius Constitutionis obtinere tam in successione paterna, quam materna; attamen loquuntur de filiis unius matrimonij, qui sicut excludunt sorores in bonis paternis, easdem quoque excludunt in bonis maternis. Non autem loquuntur de filiis diversi matrimonij. Immo Afflict. in d. Constit. in aliis num. 3. in ff. le excusat, q̄ non posuit, inquiens Decreueram super ista Constitut. multa tangere, sed viso tractatu Domini Alberti Bruni retraxi mentem à proposito, & illum tractatum antepono meis scriptis, quia totus ille tractatus pro maiori parte est pro repetitione presentis Constitutionis. Videndum est igitur, perfecitne Brun. hanc disceptationem, & quænam fuerit eius opinio. Ee certè in pluribus locis luculenter hanc quæstionem tractauit in art. 12. quæst. 18. num. 258. cum sequen. Quærit enim ibi nu. 250. An statutum excludens foeminas propter masculos, intelligatur de fratribus utrinque coniunctis solum, an verò de consanguineis tantum, vel de uterinis. De utrinque coniunctis dicit non esse dubium. Subditque: Si loquamur de uterino, tenui, quod non, supra eodem artic. quæst. 9. Et ita reperio etiam suis consultum per quendam Doctorem inter consilia Angel. 282. quia uterinus non debet admitti, cum sit coniunctus ex foemina tantum arguendo à ratione statuti. Allegat eiudem sententiæ Bald. Paul. Corn. Fulgos. Roman. & alios, probans eandem opinionem in d. art. 12. quæst. 30. & art. 9. quæst. 15. quod etiam ante eum firmavit Bald. conf. 30. num. 4. vers. tertio queritur vol. 1. Hanc eandem opinionem sequutus fuit Georg.

- Georg. *Nat. quest. 3. num. 62.* prout sic Rotam pluries determinasse inquit *Farinae. decis. 563. par. 2. som. 1.*
- 33 Si verò loquamur in fratre consanguineo tantum, an excludat sororem utrinque coniunctam; adhuc videtur dicendū, quod non, inquit idem *Albert. Brun. & mo uetur rationibus traditis per Fulg. cōf. 84. post n. 2. vers. primo incip. in proposita quaestione*, scilicet ex eo, quia cum de iure cōmuni æqualiter succedant fratres, & sorores utrinque coniuncti, & consanguineo tantum præferantur *Authen. itaque C. comm. de succession.* ita quoque de iure municipali, & non posterior, prout est consanguineus, tum quia tale statutum tamquam accusatorium naturæ, iuxta l. maximum vitium *C. de liber. præter. debet strictè intelligi l. quod vera contra, & l. quod non ratione ff. de legib. tum etiam, quia statuta sunt ita interpretanda, vt quanto minus fieri possit, iura communia corrigan, dummodo possint aliquid operari e, cum dilectus de consuet. & l. 2. C. de noxa, ita quod satis operetur statutū faciendo eum, qui de iure cōmuni erat par, anteriorē, subdens hāc opinionē tenuisse *Capr. in cons. 8. Corn. conf. 271. col. 6. vol. 4. & conf. 269. col. 1. eod. vol. & Alex. in l. ex facto nu. 45. ff. de vulg. & pupill. dicentes,* 35 qd appellatione fratri in materia statutaria, non venit frater ex uno latere, sed utrinque coniunctus, & allegat *Paul. de Castr. in conf. 356.* quod etiam firmavit *Georg. Nat. in d. quest. 3. num. 62.* quamvis sub dubio deinde ab hac opinione videatur recedere idem *Albert. Brun. in d. ar. 12. num. 558. in fin. per ea, quæ tradidit Iag. in l. tres fratres col. 4. de pæt. cum quo purat transendum, & si (subdat) multum in contrarium vrgeant, quæ dicta sunt in præcedenti quest. quæ est 17. vbi contra fratrem consanguineum tenuit.**
- 36 Et sic dispositio Constitutionis prædictæ *In Aliquis*, attenta opinione *Alberti Bruni*, ad quem se remittit *Afflict.* non verificatur, si filii secundi matrimonij.
- 37 Quamuis ego, vt verum fas sit dicere, hanc opinionem veram profiterer, vbi filii secundi matrimonij vellent in totum

fororem ex primo matrimonio exclude-re, scilicet nedum à successione illius parentis, quo sunt coniuncti; sed immo alterius, respectu cuius penitus extranei; veluti si uterinus vellat succedere, nedū in bonis maternis, cuius latere est coniunctus; immo in bonis paternis, respectu cuius est omnino extraneus, cum esset illius priuignus; Sic etiam in consanguineo, ne dum in bonis paternis, cuius latere est coniunctus, sed in maternis, quod esset absurdum, esset enim dare successionem priuigno in bonis vitri, vel nouercæ, quod nullo iure reperitur: autum. Secus verò ubi uterinus solummodo succedere vellat in bonis maternis, & consanguineus in paternis, tūc. n. probabilius assueverem iuxta eorum coniunctionē sororē ab eis excludi, nam *Constitutio In Aliquis* non ratione agnationis facta censemtur, sed prædilectionis, quæ nedum in filiis primi, immo secundi matrimonij consideratur; omnes enim respectu patris sūt 38 in pari gradu, & ab eo æqualiter dilecti, ita *Bald. in l. testamento C. de testam. Surdus conf. 31. num. 34. & 35. volum. 1. Honted. conf. 1. num. . Tiraquel. de retract. consanguin. 5. 1. 1. glos. 1. xu. 13. Bero. conf. 143. nu. 8. volum. 2. Mart. de success. legal. par. 4. quest. 10. num. 3. & *Gratian. tom. 4. discep. forens. cap. 661. num. 18.* subdens, duplicitatem vinculi requiri, vbi agitur de suc- 40 cedendo fratri ab intestato, prout lo-quuntur *tex. in Authen. itaque C. commu. de success. Authen. cessante C. de legit. hered. & alia iura concordantia, vt etiam respon-det Alexan. in cons. 30. num. 5. lib. 2. dicens: secus in patre, cum omnes æqualiter ab eo dilecti sint.* Quicquid aliter sentiat *Afflictus in dicta Constit. in fine, inquiens, Constitutionem agnationem prospexit, quod est contra communem sententiam DD. & contra mentem legislatoris. Si quidem ea attenta, essent statuentes naturæ accusatores l. maximum vitium C. de liber. præter. & ibi statuentes id expressè prohibuerunt, vt clare colligatur ex princ. dictæ Constit. quæ reprobat illam pravam Consuetudinem, per quam masculus agnatus foeminam excludebat. Immo si**

ratio agnationis in *l. Confisit.* habita fuisset non esset dispositum in verbo *caserum tantum*, quod si ad sint filiae tantum, ex admissi debent, exclusis alijs agnatis, & consanguineis, per quos conservatur familia, *Iason in l. suggestioni num. 21. C. de verbor. signif.* Et si, verum etiam sit dicere,

42 quod *Constitutio* non tam masculorum, quam foeminarum fauore facta sit, ex eo, quod in principio ipsius *Constitution*. tollitur illa prava Consuetudo inducens masculos etiam consanguineos, exclusis foeminis, succedere. Deinde fuit constitutum, ut quando masculus, & foeminae sint ut concurrent ad successionem, quod hoc casu praesenti debeant masculi cum illa conditione, ut dotare teneantur suas sorores de paragio, quae praelatio dictum potius inducta ad fauorem foeminarum; quoniam si foeminae una cum masculis succederent absque dubio ab illis essent deceptae, quod facilius venire posset, ut notatur in *l. in eo S. mulieribus ff. de reg. iur.*

43 quia propter fragilitatem sexus plerunque laborant contra propria commoda, *l. 3. C. de secund. nups. l. si pater C. de sponsal.* ut dixerunt *Dec. in l. 2. num. 82. ff. de regn. iur. & Crassett. de antiquis tempor. par. 1. vers. queritur etiam num. 36.* quod etiam videtur probari ex prefatione ipsius *Constitutionis*, in qua tractator de admittendo foeminas ad successionem, tempore quo ipsis reperiebantur exclusae, cum de successione masculorum non erat dubium, ergo in eorum fauorem condita dicitur, *argum. tex. in l. 6 quis nec caussam, ubi DD. ff. si cert. petas.* & ita in specie tradit *Mivid. in repet. eiusdem Confisit. in discuss. sex. num. 3. fol. 55.*

44 Sed circumscribris omnibus quoad secundum caput, reassumendo articulum in genere, an foemina à successione propter statutum exclusa, ab hoc quoque beneficio reiecta datur, exstantibus tamen masculis.

Pro cuius resolutione si coram tam-
tum spectemus, videtur dicendum, casum
hunc nullam pati difficultatem contra-
filiam à statuto exclusam, ex eo quod ad
hoc ut filii ad lucrum *d.l. hac edicte* con-

currere possint, opus sit, ut respectu pa-
rentum sint habiles ad successionem; vn-
de cum per statutum singatur foemina non extare, & sic respectu parentum insuc-
cessibilis sit, necessaria sequitur conse-
quentia, filiam sic exclusam ab hoc quoque
beneficio expulsam censeret; nam ut
dicit *Theaur. in decis. 159.* foemina exclusa
45 à statuto propter masculos nō facit par-
tem in computatione legitimæ, cum eo
casu filiarum numerus consideretur ciui-
46 liter, & non naturaliter *Bald. in Autb. no-
uissima nu. 6. C. de inoff. testam.* cuius respec-
tu, ac si in rerum natura non esset habe-
tur, argument. *l. 1. S. pater ff. de coniug. pa-
ria enim sunt extare, & non succedere,*
vel non esse in rerum natura *l. pater filium
ff. de inoff. testam. l. 3. S. si sunt sui vbi Bart.
ff. ad Tertull. quod etiam videtur esse de
mente eiusdem Bart. in *l. sciendum num. 3.*
*ff. de suis legit. hared. dicentis filia à statu-
to exclusam censeret exheredatam*, ex
47 quo iura suitatis amittit, quod etiam se-
quitur *Rimin. iun. conf. 47. num. 43. & seq.*
ob quod Doctores communiter conclu-
48 dunt, quod filia à statuto exclusa non fa-
cit deficere conditionem à lege subin-
tellectam, si sine filiis decesserit, ut per
*Manic. de coniug. ultim. vol. lib. 11. tit. 14.
nu. 15. Simon. Petr. de interpr. ultim. volunt.
lib. 3. interpetr. 3. dub. 3. nu. 38. fol. 313.**

49 Et hæc opinio videtur probari ex *tex.
d. l. hac edicte* in verbis illis, cui minor
portio derelicta, vel donata fuerit; quæ
duo supponunt in filiis scilicet habili-
tatem, & succendi, secundum ius ex
voluntate defuncti, cum dispositio illius
legis non sit ad aliud introducta, nisi in-
compensationem iniuriæ filiis illatæ ob
inæqualitatem factam erga vitricum, vel
nouercam; igitur quotiescumque filij ha-
bilitas deficit, & ius ex voluntate testa-
toris in eum non defertur, cessat iniuria
à lege prædicta considerata, & successiu-
cessat illius dispositio.

50 Hinc dixit *Beltrand. in d. l. hac edicte* *Baldi*
S. ita tamen num. 18. quod beneficium d. l.
denegatur omnibus ex caassis, quibus
denegatur querela, ut etiam notauit
*Bald. in d. l. vers. nisi ex his caassis, quem se-
quitur*

quieur Surd. conf. 227. num. 2. at feminæ à statuto exclusæ denegatur querela propter exclusionem Desian. conf. 46. num. 5. lib. 3. Clar. S. testamentum quest. 42. in fin. Pedrasb. conf. 15. num. 4. & 8. vbi de communi testatur. & Surd. decif. 8. num. 26. igitur ad hoc lucrum non erit admittenda. 51 quod adeò, verum est, vt etiam si aliquid filiæ per statutum exclusæ relictū fuerit, ad legitimam tamen non ascendens, neque ad supplementum agere posset, ita Paul. de Castr. conf. 403. lib. 2. & alij relati per Farinac. decif. 64. nu. 10. p. 1. vbi subdit sic in vna Romana supplementi contra filiam fuisse decisum, vt etiam voluerunt Macerat. lib. 2. var. resol. 27. Surd. conf. 212. num. 21. Bero conf. 79. num. 59. lib. 2. conf. 51. num. 24. lib. 1. & conf. 70. num. 10. lib. 2. de pluribus decision. eiusdem Rotæ testantur Gratian. tom. 3. discept. foreus. 496 num. 57. vers. quia contraria opinio est veterior. & Ludouis. decif. 135. num. 19. & de communi post multos Mangil. de imputas. quest. 72. num. 15. cuius conclusionis ratio videtur fundata in l. omnimodo C. de inoff. testam. vbi ius agendi ad supplementum legitimæ illi competit, qui testamentum impugnare potest, & sic qui ab intestato succedere posset, quod non est dicendum de filia per statutum exclusa.

Comprobatur supradicta opinio auctoritate Bart. in l. iusurandi S. si liberi ff. de oper. libert. & in cons. 172. dicetis, quod si pater stipuletur emphiteusim pro se, & filijs, & filiabus, quamvis de iure communi filiæ vigore dicti pacti pariter admitterentur; attamen si extat statutum, quod masculi excludant feminas à successione, tunc etiam ab hac emphyteusi excludantur, licet non veniant vt hæredes, sed vti filij ex contractu paterno. Itaque prout in lucro obueniente ex proportione patris filijs vti filijs, attenditur ordo, qui adhibetur in successione intestati; Ita & fortius videtur dicendum in lucro, quod defertur filijs vti filijs ex dispositione legis, cum maiorem concomitantiam, & similitudinem vna lex cum alia habeat, quam lex cum priuato pacto partium, & in habentibus symbolū idest

53 facilior est transitus l. si rem S. item que- cunque ff. de rei vendicat.

54 Et quod dispositio d. l. hac edictali se conformer cum dispositione iuris disponentis de successione, habetur in S. optimè vers. si vero autent. de nupt. vbi sicut ingrati à successione excluduntur, ita beneficio huius leg. hac edictali non potiuntur.

55 Quod ne dum in lucris ex dispositione d. l. hac edictali procedere videtur, immo in omnibus alijs lucris, à lege tamen delatis, cum semper in eis consideretur ordo successionis, prout de quarta

56 vigore Autent. præterea C. vnd. vir. & uxor. filijs reseruata consideravit Surd. in decif. 8. scilicet in proprietate illius filiam, ex statuto exclusam non comprehendendi, vt etiam tradit Mangil. de impus. quest.

149. per tot. sic etiam de bonis damnatorum tradit Angel. in l. si deportatus C. de bon. damnat. dicens, quod si bona alicuius pu-

57 blicentur, & ex forma statuti dimidia illorum filijs reseruatur filia à statuto exclusa tali casu non admittatur ad illam dimidiā, ex eo quod huiusmodi successio sit ad instar successionis, quæ ab intestato defertur, & sic bona prædicta reseruata eodem modo capiuntur, quo capiatur vera successio ex tex. ibi, quod portio reseruata, sit conferenda, & hanc opinionem secutus est Brum. de Stat. exclud. fa. min. art. 8. quest. 13. num. 50. ad' quod facit Consil. Castr. 442. nu. 2. vol. 1. afferentis, quod si mater ex forma statuti teneatur

58 tres quartas suæ substantiæ reseruare si- lijs, vtique ad eas non aspirabit filia statuto à successione exclusa; ex eo quod successio, quæ sit ex statuto habet simili- tudinem cū successione, quæ ab intestato defertur, & succedens ex statuto obligatur oneribus, non minus, quam succedens ab intestato; Sic quoq; de antephato, ieu-

59 donatione pp nuptias filiis reseruata vi- gore l. famina C. de secund. nupt. in eo in- quā filij succedunt vti hæredes, & nō vti filij, ita Camill. de Medic. in conf. 43. nu. 19.

60 Molfes. ad Confuet. A cap. p. 1. quest. 3. num. 21. & p. 2. q. 2. num. 7. cum seq. Iacob. Anch. de Bott. in addit. ad Confuetud. Neap. more

ma-

- Magnatum sol. mibi 132. lit. a. & decisum non semel refert Vrsil. ad Afflct: contra eundem Afflct. in decis. 314. sub num. 5. & Vinc. de Francb. in decis. 106. cum alijs per me adductis ad Surd. in d. decis. 8. num. 3.*
- 61 *in hac sententiam cōcedit etiam Peregr. in cons. 76. num. 18. in fin. volum. 3. quod ad exclusionem à bonis paternis tantum operatur exclusio hominis, quantum exclusio legis, ergo exclusa propter statutum ab hereditate parentum, censetur etiam exclusa à beneficio huius legis.*
- 62 *Præterea hæc opinio nedum rationibus fulcitur, sed etiam authoritatibus, si quidem ita in specie in terminis l. bac edictali tradit Angel. in S. optimè in verbo ingratitudinem aub. de nupt. dicens talem filiam à statuto exclusam non concurrere in hoc beneficio l. bac edictali, quem in specie secuti sunt Berthach. in verbo pater, Brun. de statut. exclud. fœmin. art. 12. num. 159. & art. 13. num. 76. idem Peregr. in d. cons. 76. à num. 16. usque ad finem col. 3. Rimini. junior cons. 47. num. 40. volum. 1. & cons. 406. per totum, Surd. decis. 8. post Rol. Ias. & alios Mangil. de imput. quest. 149. Sanchez in l. heredes mei S. cum ista par. 10. num. 7. in fin. ff. ad Trebell. (licet incaute pro contraria parte allegetur) Ladercb. cons. 27. num. 1. cum seq. & Cof. de port. ras. quest. 85. num. 5. 6. & 7.*
- 63 *Nec mouet rex. iu. Aathen. hæres C. de secund. nupt. vbi habetur, quod & si filii heredes non sint, tamen ad hoc lucrum admittuntur; ille enim procedit vbi heredes esse possent, non autem vbi non possent, quoniam eo casu non admitterentur, ita post multos Surdus in dicta decis. 8. num. .*
- 64 *Minus quoque refragantur, quæ dicta sunt in præcedenti quæstione, circa renunciationem; cum non recte arguatur à renunciatione per pactum; ad exclusionem per statutum, ut admittit Fab. de error. pragmat. lib. 2. decad. 27. error. 8. & 9. Primò, quia exclusio non interpretatur à verisimili mente exclusæ, vt in renunciatione; sed à verisimili mente statuentium. Secundò, quia in exclusione per statutum consideratur sola ea qualitas, ob quam*

excluditur, nempe, quod fœmina sit, quæ qualitas durat etiam quando lucra ex l. bac edictali deferuntur; at causa renunciationis non est ea qualitas, sed libera renunciantis voluntas. Tertiò in renunciatione requiritur acceptatio eius, cui fit, 65 alias irrita, vt notatur in l. 1. & l. fin. C. de patr. & ibi Ias. num. 1. vers. tertio limita, Dec. nu. 8. & l. postquam liti C. codem, Surd. cons. 264. num. 30. lib. 1. Vnde sicut si disponat expressè in renunciantem censetur renunciationem remittere, vt ducent Gomes. ad l. 22. Taur. num. 10. & Molin. de contract. disp. 579. num. 23. sic etiam si tacite disponat, actum faciendo ex l. bac edictali prohibitum, quo ex iuris illius ministerio bona in filios primi matrimonij deferuntur, nam tale gerendo actum censetur in eos disponere, & recedere à renunciatione. Et hoc est, quod intelligebat Guid. Pap. in decis. 228. In statuto vero non ita, cum exclusio fœminæ, vt valida sit, non pendeat à voluntate eius, à cuius bonis excluditur, qui etiam si voluerit cā includi in præjudicium vocatorum efficiere nequit.

66 67 Verum quicquid sit de hac controvèrsia, contrarium verius esse existimo, nam beneficium l. bac edictali filiis prioris matrimonij delatum, est à successione separatum, vt latius in præcedenti quæstione diximus, talę enim lucrum defertur filiis in poenam parentum plus vitreico, vel nouerco, quam eis relinquendum; vnde id eis debetur tanquam filiis iure sanguinis non tanquam heredibus, quamvis re vera non sint heredes, vt habetur in Autb. hæres C. de secund. nupt. & in S. super. ijs Aathen. de nupt. Et propterea exclusa à successione cessit, ne propter statutum, ab hoc beneficio expulsa non censetur, vt in specie tradit Salic. in l. fæmine S. illud C. de secund. nupt. Bertrand. in d. l. bac edictali vers. si vero plus num. 25. dicens hanc esse veram, communem, & approbatam opinionem contra Angel. in d. S. optimè, quam post plurimos relatos, seQUITUR Old. ijs. 249. Dec. cons. 206. num. 2. cons. 396. num. 3. & in rubric. C. de secund. nupt. num. 7. Roland. cons. 95. num. 43. volum. 2. Fachin. lib. 3. cons. 68

trouers. cap. 68. Surd. cons. 137. per totum volum. 2. vbi de veriori, & communiori Bertazol. conf. ciuil. 81. & 82. lib. 1. Cesar. Mansri. conf. 15. lib. 1. conf. 126. lib. 2. post suas decisiones, & decis. 46. num. 28. & sequen. Alexan. Trentacing. lib. 3. var. resol. tit. de m. iurim. resol. 5. num. 34. vers. tu non discedas fol. 549. colum. 1. & vers. declaratur hoc non procedere, & vers. confirmatur hac opinio. Pascal. de vir. patr. potest. par. 3. cap. 7. num. 29. Cancer. lib. 2. var. resol. tit. de inuentar. num. 197. Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1. quest. 21. num. 7. Sanchez. de matrim. lib. 7. dispui. 88. num. 3. Fontanell. de paet. nupt. claus. 5. glos. 8. p. 4. num. 45. Mart. de success. legal. p. 1. quest. 13. art. 11. Thesaur. iun. lib. 1. quest. forens. quest. 29. num. 13. & lib. 4. quest. 66. num. 2. & 6. Forster. in l. is Taur. latè ego ipse in addit. ad Surd. in decis. 8. num. 4. & 5. cum seq. Et ita pro filia à statuto exclusa in Rota Roman. iudicat. 70 tū probat Sebalt. de Medic. in decis. 64. Id autē ratione nititur, si quidem quod iure hæreditario defertur, æquis portionibus defertur l. vt iuri surandi s. si liberi ff. de oper. liberti. & tamen si filius sit unicus, & institutus pro certa tantum parte, totum hoc lucrum consequetur, quod equaliter inter filios, quamvis inæqualiter institutos diuidendum est s. optimè auth. de nupt. ergo ad hunc effectum, vt lucrum consequatur nulla ratio habenda est, an ab intestato patris hæres sit, etenim lucrum 71 hoc nec à matre, nec à patre, sed à legi haberi dicitur, vt nouissimi addet. ad Guid. Pap. in d. decis. 228.

72 Nec obstant in contrarium adducti, si quidem quoad primum, opinio illa Thesaur. quod fæmina à statuto exclusa non faciat partem in computatione legitimæ, vera non videtur, cum masculorum legitima non sit neque maior, neque minor, quam si fæmina per statutum non esset exclusa, vt tenuit Bald. in cons. 61. super puncto computationis n. 4. lib. 1. & ita inquit etiam tenuisse in authent. nouiss. C. de inoff. testam. & cons. 498. num. 3. & 4. lib. 1. & cons. 490. nu. 2. lib. 4. latè Surd. decis. 252. Marant. in suis singul. vers. stante statuto. Boer. decis. 104. Peregr. de fideicom. art. 38.

Ann. sing. 215. Pascal. de patr. potest. p. 2. cap. 4. num. 27. & sequen. Minad. in repet. const. in aliquibus in 2. not. numer. 17. & in 7. not. illat. 4. Et hanc esse veram contra Thesaur. profitetur Vinc. de Franch. in decis. 549. cum alijs per me in addit. ad Surd. in d. decis. 252. sic quoque Guid. Pap. decis. 599. ibiq; add. infinitos coaceruat Merlin. de legitim. lib. 1. tit. 4. quest. 3. num. 19. vbi hanc veram communem, & in praxi receptam testatur, & eod. tit. q. 1. num. 2. ad stipulatur idem iuris esse in filijs tam primi, quam secundi matrimonij, qui omnes indistinctè connumerantur pro calculanda legitima. hanc denique sequitur Petr. de fideic. q. 15. nu. 144.

73 Minus quaque obstat secundum argumentum, quod paria sint extare, & non succedere, ac non esse in rerum natura; si quidem huic motu latè respondi in addit. ad Surd. in decis. 8. num. 9. & tradit Dec. cons. 396. scilicet hoc esse respectu successionis, non autem respectu lucri ex d. l. bac edictali obuenientis, tanquam quid diuersum, & à successione separatum, & sequitur Cancer. lib. 3 var. resol. tit. de inuentar. num. 197. subdens cauendum esse à Consil. Laderch. 27. & latius cap. 15. tit. de renunt. num. 5. & 130. Castill. de usfr. lib. 1 cap. 2. num. 56. ac Fab. in suo Codic. lib. 5. tit. 5. de secund. nupt. definit. 15.

74 Et ita quoque responderetur Bart. in d. l. sciendum num. 3. ff. de suis legit. hæred. dicenti filiam à statuto exclam perdere iura suitatis; quoniam non per hoc desinit esse filia, & sic non cessant iura sanguinis, & obligatio, ac affectio naturalis, in quibus est fundata dispositio d. l. bac edictali, vt latius dixi in addit. ad dictum decis. Surd. 8. nu. 10. ultra, quod Suitas ex hæredatione non amittitur, vt expressè Angel. in l. Papin. S. si ex causa per illum tex. ff. de inoff. testam.

75 Nec militat tertium argumētum, quod filia à statuto exclusa conditionem si sine filijs à lege subintelle. Etiam non faciat deficere; quoniam, licet questio ista si satis controversa, tamen id intelligitur quando pater grauatus de restituendo intestatus deceperet; secus vero vbi testamen- tum

tum condidisset filiamq; suam licet particulariter hæredem instituisse, cum eo casu talis filia succederet, ut post multos tradit Sanchez. in l. hæredes mei §. cum ita p. 10. nu. 14. & 21. & ante eum Corn. conf. 202. num. 11. volum. 3. Ruin. conf. 152. num. 3. volum. 2. Menoch. conf. 755. num. 13. volum. 8. Handed. conf. 57. num. 73. lib. 1. Brun. de statut. exclud. famin. art. 5. num. 36. post innumeros Peregr. de fideicomm. artic. 25. num. 41. Rustic. ad l. cum auus lib. 3. cap. 16. Et hanc esse communem opinionem testatur Petr. de interpetr. ultim. volunt. fol. 314. num. 42. & 45. cum seq. de communi etiam Mart. de successf. legal. p. 1. quest. 13. art. 1. nu. 12. ac Fusar. de substit. quest. 402. num. 74. cum seq & num. 131. etiam si esset instituta in minus solemnii testamento, vel intestamento nullo, ut per eosdem DD. licet non desinat, qui etiam in casu intestati hoc firmarunt, ut habetur in addit. meis ad Surd. in decis. 66. num. 4. maximè vbi testator nullam agnationis suæ conseruandæ considerationem habuerit, Menoch. conf. 95. nu. 75. vol. 1.

Cessat etiam quartum argumentum desumptum ex d.l. hac edictali in verbis illis, cui minor portio derelicta, vel donata fuerit, si quidem respondetur primò, id verum esse, vbi ob statutum totaliter incapax efficeretur filia, ne dum à patris ab intestato successione, sed à quavis alia dispositione, ita ut etiam ex testamento capere non posset, ut bene considerauit Bald. in d. l. hac edictali num. 12. in lectura noua C. de secund. nupt. dum loquitur de fratre monacho, vel hoste reipublice, quæ personæ sunt penitus relictorum incapaces; & propterea asserit in eis locum non habere dispositionem d.l. hac edictali tanquam quod pro mortuis habeantur; at vbi filia incapax tantum esset ab intestato patris successionis, & non ex testamento, cum ei relinquiri possit. Mart. de successf. legal. p. 1. quest. 13. artic. 1. numer. 18. dubitandum non videtur, quin in ea dispositio d. l. hac edictali militari debeat, nam cum capax sit, hoc sufficit ad obtinendum beneficium prædictum, ut plus vitrico, vel nouercæ relinquiri non possit,

quam filijs ex primo matrimonio, ut decisum per Rotam in puncto refert Sebastian. de Medic. in decis. 64.

77 Item & secundò respondeatur, quod data capacitate filiæ non requiritur alia parentis dispositio ad hoc ut datum vitrico, vel nouercæ dispositiōni huius l. hac edictali non subijciatur, cum ei satis sit dote m habuisse, respectu cuius datum vitrico, vel nouercæ regulari debet, ita ut si plus fuerit eis datum, quam ex dote filia habuit, pro non dato, vel non relichto haberi debet, applicaturq; filiæ, sic à statuto exclusæ, ut determinatur in d. l. hac edictali §. si autem ibi quam filius, vel filia habet, cui minor portio ultima voluntate derelicta, vel data fuerit, aut donata. Nec consideratur, qua iure, titulo pater filiæ dederit, sed quantum, quo uis modo dederit, ut latius dixi in quest. 8.

78 Quoad quintum argumentum, dicitur contrarium verius esse, scilicet hoc lucrum datur filijs propter iniuriam iure sanguinis, ut supra alias dictum est; nec curandum est de decis. Surd. 8. qui contrarium conatus sit tueri; si quidem ipsem et oppositum comprobauit in conf. 237. per tot. aduersariam sententiam confutans; Insuper ei satis responsum est in addit. meis in dict. decisione 8. num. . ex auctor. hæres C. de secund. nupt. Ut etiam pro hac opinione quamvis hæredes non sint filii, iudicatum testatur Papon. lib. 15. tit. 1. de nupt. arrest. 7. subdens ita in prælentia seruari, sic quoque post Salic. Rol. & alios Pascal. de patr. potest. c. 7. p. 3. nu. 30.

79 Nec verum videtur aliud argumētum, scilicet quod adeò sit vera contraria opinioni, ut & si aliquid filiæ statuto exclusæ relictum sit, non tamen ad legitimam ascendens, ad supplementum agere non posset; si quidem contrarium firmarunt. Ruin. conf. 40. lib. 3. Curt. sen. conf. 37. Soc. conf. 150. lib. 1. Eugen conf. 3. nu. 21. & seq. volum. 2. & Rot. Roman. decis. 232. num. 6. p. 1. in nouiss. maximè vbi pater pro tali illâ recognoscere; veluti ei relinquendo iure institutionis, vel legitimæ, vel cum prohibitione ne plus petere possit; quoniam eo casu recedere censetur à dispositione

- sitione statuti, & redire ad ius commune, quod non est penitus sublatum à statuto, sed tantum impeditus effectus.
- 80 Et Doctores in contrarium adduci loquuntur in legitimato, cum clausula citra præiudicium venientium ab intestato, qui ab intestato succedere non potest; & sic in diuerso casu, & hoc esse verissimum, & ita sape iudicatum fuisse testatur Mart. de successione legal. par. 1. quæst. 13. art. 1. num. 16. & art. 2. num. 39. cum sequentia Me-noeb. cons. 251. num. 92. volum. 2. Farinas. decis. 408. num. 3. par. 4. vbi ait sic per Rotam resolutum fuisse; & in filia à statuto exclusa ipsimè DD. in contrarium adduci hoc firmarunt, vt est videndum in locis citatis in num. seq.
- 81 Et quod dicitur de lucro l. hac edictali, quod reguletur secundum ordinem successionis, verum non est; hoc enim in iure cautum non reperitur, cum ex tex. in Auben. heres C. de secund. nupt. id expressè determinetur; scilicet id deberi filiis vti filijs, & non vti hæredibus. Nec potest applicari argumentum de filio præterito, ex eo enim non potest fieri illatio ad hūc casum, siquidem ingratitudo arguit culpam in filio, exclusio vero statuti non, & responderet Dec. in cons. 396. in fin. subdens, hoc esse speciale propter ingratitudinem, & propterea alios non ingratios indistin-
- 82 Et debere admitti, nam specialitas in uno casu arguit regulam contrarium l. 1. ff. ad municipalem. Quicquid contrarium tueatur Surd. in d. decis. 8. num. 26. dicens
- 83 Autb. heres procedere, vbi filij hæredes esse potuerint, sed noluerint, non autem vbi non potuerint; cuius consideratio minus vera videtur, vt diximus in additio. ad eundem Surdum d. decis. 8. sub num. 8. cum in effectu paria sint hæredem esse posse; & non succedere, vel non posse, ultra quod tex. d. Auben. heres satis aperte lo-
- 84 quitur, in eo enim cauerit, filios succedere, etiam si non sint hæredes, excepta causa ingratitudinis, & ideo ex omnibus alijs causis impediti filij hoc lucrum capere possent; & sic d. Autb. heres intelligenda est, vt competit beneficium filiis, etiam non hæredibus, qui noluerint, vel
- non potuerint, dummodo non sint ingratiti, eo magis, quia d. l. hac edictali idem disponit; vnde otiosè essent tot dispositio-nes, & sine effectu.
- 86 Immo quod dicit Surd. ibi, procedit quoad ea, quæ iure successionis deferun- tur, quo casu paria sunt non esse in rerum natura, aut non posse succedere, non quando lucrum est à successione separatum, prout est hoc, quod ex hac l. hac edi-ctali defertur, vt tradit ipsemet Surd. sibi contrarius in cons. 237. lib. 2. & ante eum Socin. senior cons. 35. num. 12. volum. 4. & sequitur Cancer. lib. 3. var. resol. cap. 2. tit. de inuenit. num. 297.
- 87 Et propterea non est in consideratio- ne huius quæstionis, quod tradit idem Surd. in d. decis. 8. circa successionem pro- prietatis, Auben. propterea C. und. vir. &
- 87 vxor. siquidem quarta d. Autb. propterea debetur iure hæreditario, & sic diuerso iure, at remedium huius legis non est uni- versalis successionis, sed oblationis lucri à secundo viro, quatenus plus sibi datum sit, vt notat Paul. de Castr. in cons. 348. nu- 2. vers. remed. l. hac edictal, & latius dixi- mus in addit. ad Surd. d. decis. 8. num. 7.
- 88 Nec militat opinio Angel. in d. l. depor-tatus, ipse enim se fundat in tex. d. legis, in quo filia videtur exclusa, ex eo, quod illud quod defertur ex illa lege, defertur iure hæreditario, & sic filii non dicuntur à lege, sed à patre habere, vt explicat ibi Bald. per illa verba tex. quod portio reseruāda sit conferenda, portio vero l. hac edictali non dependet à patre, sed à lege, immo contra voluntatem patris; igitur illatio de uno ad alium casum fieri non potest.
cum sit non ens, quoniam succedi non po-
test alicui, antequam moriatur.

Nec etiam potest dici, quod ex quo
facta fuit in vitricum, vel nouercam di-
positio ergo est filio ius quæsitum; nam
respondetur, quod aut dispositio sit facta
inter viuos, & hoc in casu non potest dici
aliquid ius irreuocabiliter filio acquisi-
16 tum, nisi adueniente parentis morte, ex
eo quia poterat parens, in ultima volun-
tate tandem filio relinquere, vel alia
bona si tunc non sufficiebant, hoc medio
tempore acquirere, ob quod dici non pos-

sit ultra modum l. bac edictali fuisse dispo-
situm, aut verò dispositio in ultima vo-
luntate erat collata, & tunc idem dicen-
dum, cum possit parens illam usque ad
eius mortem mutare.

Secundus casus est, quando filius tem-
pore, quo pater in nouercam disposue-
17 rat, damnatus erat, tempore vero mor-
tis restitutus esset, & in hoc casu duæ
accesserūt opinione, quarum prima est,
quod restitutio nihil operetur per tex. in
d. l. alienum §. 1. vbi habilitas succedendi

18 tam tempore dispositionis, quam mortis,
requiritur; dispositionis inquam ad hoc
ut non valeat parens in præiudicium filij
in vitricum, vel nouercam plus dispone-
re, quod tamen posset si incapax esset
§. infirmans Authen. de nupt. mortis verò
ad hoc ut possit dispositionem prædictam
vti contra l. bac edictali factam reuocare;
ut de instituto dicimus, qui in vtroq; tem-
pore capax esse debet. Institutionis in-
quam ad hoc, ut sustineatur Institutio,

19 mortis verò, ut effectum habeat Institu-
tio, ut d. l. alienum §. 1. Vnde & si mortis
tempore capax sit, & tamen incapax tem-
pore dispositionis, nulla erit institutio, &
dispositio; ut in spurio instituto, & post te-
stamentum legitimato concludit Paul. de
Castr. in conf. 41. volum. 2. nam ut not. glos.
d. l. si alienum vers. data, quod ab initio nō
valet non potest deinde valere, licet re-
cidat in eum casum, à quo incipere po-
test; Et in hoc casu, scilicet in tritemes
damnato, voluit Barr. de success. lib. 1. tit. de
incap. num. 4. dicens, quod si talis damna-
tus esset institutus, & ante testatoris mor-

20 tem à Principe restitutus, non valeret re-
stitutio, quia Principis restitutio non re-
trotrahitur sicut in postliminio, subdens
sic pro hac opinione iudicatum fuisse; &
est casus in l. neq; enim §. deportato in princ.
ff. de milit. testament. Quicquid aliter de
æquitate sentiat Graß. in §. institutio queß.
6. cuius sententia Barrio non probatur.

21 Nec huic opinioni obstare videtur tex.
in l. nequem enim §. deportati in fin. vbi L.C.
ait, quod satis sit, si tempore mortis ca-
pax sit, & sic satis esset habilitas tempore
mortis; quoniam id procederet fauore
militis

militis, ut loquitur tex. & sic ex particula-
ri priuilegio militis, quod si etiam admit-
teretur in testamento pagani, non esset
in illo militis priuilegium.

22 Secunda est opinio, quod habilitas tē-
pore dispositionis in hoc casu necessaria
non sit, sed solum tempore mortis, quod
verum ego existimo; & propterea posset
sic restitutus dispositionem contra for-
mam à d.l. *hac edictali* traditam impugna-
re, & reuocare; si quidem pēna huius le-
gis non ad aliud introducta fuit, nisi ad
tollendam illam inæqualitatem, quam
23 parentes ob secundi coniugis amorem
erga filios prioris matrimonij seruare so-
lent, quæ inæqualitas in ipsius parentis
morte considerari debet, cum tunc actio
à filio exerceri possit; quamuis dispositio
ex tunc in illo pluri nulla sit, ut alias infra
dicemus. Vnde cum tempore, quo actio
competit capax sit filius, & parens dispo-
sitionem à se factam in beneficium vitri-
ci, vel nouercæ reuocare poterat, & non
reuocavit, non prohibetur filius sic resti-
tutus illius l. beneficio vti, quoniam l. *hac*
edictali non restringit eius dispositionem
in aliquo casu, & tempore, sed generali-
ter omnia tempora complectitur, ibi siue
datum, donatum, vel relictum, quasi quod
adueniente tempore mortis parentis, si
plus fuerit vitrico, vel nouercæ collatum,
quam vni ex filijs primi matrimonij, pro
non dato, non donato, vel non relicto ha-
beri voluit Imperator; hoc quidem co-
gnosci non potest, nisi per mortem, in qua
fit collatio; igitur capacitas morte paren-
tis in filio existens sufficit ad hoc, ut di-
spositio nulla iudicetur.

24 Et hæc opinio comprobari videtur
ex tex. in l. non oportet ff. de leg. 2. & l. inter-
uenit ff. de legat. præst. vbi qualitas requisi-
ta ad succedendum debet adesse præcisè
eo temporē, quo cedit dies substitu-
tio, nec sufficit si postea superueniat,
quod etiam probat tex. in l. si quis haberet
ff. de suis legit. bared. & in l. 1. S. si quis pro-
ximior ff. vnd. cognat. ita legatur S. in fiduci-
commisso ff. de leg. 2. cum alijs per glos. con-
cord. per quæ iur. Molin. de primogenit. lib.
1. cap. 13. num. 36. inquit sufficere, primo-

genitum tempore mortis maioratus ca-
pacem inueniri, ad hoc ut in eo succede-
re possit, quamvis prius incapax fuisset
cum inhabilitas præcedens consideran-
da non sit, per tex. in l. intercedit ff. de con-
dit. & demonstr. quod etiam firmauit lib.
3. cap. 2. num. 14. ver. dubium autem vbi
allegat eiusdem sententiæ Frederic. de sen.
in conf. 26. incipiente quidam est iugressus,
26 qui eleganter ait, quod si tempore
delata successio monachus in mona-
sterio incapaci inueniatur, nō potest suc-
cedere, etiam si ex post facto capax effi-
ciatur; secus si tēpore delata successio
ad monasterium capax translatus sit, tunc
namque, cum tempore delata successio
nisi capax inueniatur, de incapacitate
præcedenti curandum non est, cuius op-
inionem etiam securi sunt Pore. in conf.
23. num. 39. cum seq. & Tiraquell. de retract.
lignag. S. 1. glos. 9. nu. 105.
27 Id quoq; probatur ex glos. in S. & quid
si tantum in verbo esset in fine, vbi pater
restitutus ante mortem aui recuperat hæ-
reditatem, durante banno, nepoti dela-
tam pet quam glos. ita in puncto firmat
Bart. ibi num. 10. ac Gauliaul. ibid. num. 56.
Et hanc veram, & communem profitetur
Sfort. Odd. de reflit. in integr. quæst. 99. art. 2.
2. num. 11. ver. tamen vera, & communis,
nam vbi hæreditas non est apprehensa,
licet delata, Principis restitutio opera-
tur, ut restitutus ad eam dumtaxat suc-
cessionem admittatur, cum non dicatur
ius alicui acquisitum, nisi hæreditas sit
28 apprehensa, quamvis delata, prout han̄c
esse communem testantur Surd. conf. 569.
num. 5. & seq. volum. 4. Rol. à Vall. conf. 45.
num. 32. volum. 4. qui in specie reprobatur
Gomes. lib. 3. var. resol. cap. 13. num. 36. sic
etiam firmant De Pont. conf. 69. num. 25. &
seq. volum. 1. Peregr. de iur. fisc. lib. 5. titul. 2.
num. 38. ver. contra vero, & Coß. de port.
rat. quæst. 30. num. 11. etenim regulariter
restitutus non recuperat id quod alteri
medio tempore esset quæsumum.
29 Et demum hæc opinio clarius proba-
tur in l. 1. S. filio qui matris ff. ad Tertull.
vbi restitutus ad bona recuperat hæredi-
tatem matris, quam propter condemnationem

L

tionem adire non potuerat, quod etiam post Salic. Aretin. Menoch. & alios notat Mastrill. de induit. cap. 20. num. 78. & latius Facchin. lib. 1. controuers. cap. 39. dummodo tamen ab alio non sit adita, ut in specie idem Peregr. d. tit. 2. num. 30. vers. hoc au-
30 tem dannatus, vbi id intelligit, quando plenariè fuerit restitutus, secus si simpli- citer.

31. Nec mouent iura in contrarium alle- gata, loquuntur enim in institutione, in qua utriusq. temporis habilitas requiritur, sed in præsenti casu secus, ut de legato dicimus, quod rectè ad legatarium spe- ciat si tempore mortis testatoris capax sit, quamuis incapax tempore legati re- periebatur ex eo, quod cum legatum non 32 capiat vires, nisi à die mortis testatoris, in qua capax est, incapacitas tempore le- gati non nocet. l. s. chorus S. area, & seq. ff. de leg. 3.

33. Item etiam procedunt in successione ex testamento, prout loquitur d. l. si alienum §. 1. & aduertit Freder. de Sen. d. consil. 26. col. 3. quod in præsenti casu dici non potest, cum quicquid à nouerca, vel vitri- co auocetur, iure hæreditario filijs non deferatur, ut aliás diximus.

34. Tertius casus est, vbi filius nedum tē- pore dispositionis, sed etiam mortis inca- pax repertus esset, nam tunc cessaret con- troueria, quoniam hoc in casu rekitatio. inde sequuta nihil operaretur ex eo, quod, cū ille nihil amiserit, de restitutione tractari non potest. quid si minor. ff. de minor. & in specie Bald. in l. gallus §. & quid si tantum in fin. vers. deinde videtur ff. de lib. & posth. & post eum Paul. de Castr. Iaf. cæte- rosque tradit Vinc. de Franch. in decis. 213. numer. 2. Et probatur per eandem met- glos. d. §. & quid si tantum in fin. vbi si ne- 35 pos succedat auo defuncto, filius depor- tatus, & postea restitutus non auocat à nepote filio suo hæreditatem, quam glos. sequuntur ibi scribentes omnes; Et ratio esse videtur, quia ius quærendum & in- spe subsistens non dicitur esse in bonis 36 antequam fiat aditio l. substitutio ff. de ac- quir. rer. domin. Tiraquell. in l. si unquam in verbo donatione largitus num. 186. C. de re-

uoc. donat. Rebuff. in l. unic. in glos. in verbo dupl. num. 23. C. sent. quæ pro eo, quod ins. Et propterea cum restitutio sit rerum amis- 37 sarum recuperatio l. fin. S. fin. C. de sensens. pass. & ibi Bart. num. 18. & sequitur Bald. in auth. excipitur C. de bonisq. liber Gauliaul. in d. §. & quid si tantum num. 58. & ibi Al- ciat. num. 138. ac Calcan. conf. 52. num. 13. non extenditur ad non acquisita, ut latè probat Menoch. lib. 5. præsumpt. 46. quasi per tot. & decisum in Rota testatur Merlin. in decis. 27. & 28. post tract. de legitim. 38. Hinc dixit Andr. in cap. 1. S. præterea si vassallus num. 14. vers. sed quod si pater, quæ sit prima caussa benefic. amic. quod si moriatur pater, existente filio pri- mogenito rebelle, vel incapace, non ha- bebit locum hæc restitutio ad feuda de- uoluta secundogenito, tempore quo pri- mogenitus incapax erat, de quo etiam dicto meminerunt Iacobus de Franch. ad Alexan. in d. §. & quid si tantum, & Affili. post multos in cap. 1. glos. 3. num. 9. tit. quæ fuit prim. caus. ac Vinc. de Franch. in decis. 213. sub num. 2. & sequitur Gigas. tit. de- pen. comm. crim. Iaf. mac. quest. 20. quam conclusionem vti veram probauit Me- noch. discurrédo per casus in cons. 275. nu- 41. & cons. 103. num. 24. & de præsumpt. lib. 5. d. præf. 46. num. 18. vbi ait male se re- spondisse Alciat. in d. respon. 782. prout ait se demonstrasse in præf. 63. numer. 7. quam non potui inuenire, quod absque difficultate apud Molin. esse videtur in tract. de primogen. lib. 3. cap. 2. num. 14. ex eo quod non potest Princeps iam domi- nium, semel etiā à iure civili inuentum, & 39 acquisitum auferre, nisi ex caussa publi- ca, ac bono cābio assignato, quod etiam admisit Peregr. de iur. fisc. lib. 5. tit. 2. 33. prout de legitima tradit Merlin. in d. decis. 28. post tract. de legit. dicens filium banni- 40 tum, & post mortem patris restitutum non recuperare ius petendi illam, subdēs sic Rotam determinasse.

41. Nec obstat rex. in l. fin. C. de senten. paff. vbi regulariter restitutus recuperat omnia, quæ ex caussa damnationis amissa- fuerunt. Si quidem respondeatur illud pro- cedere in his, quæ damnationis tempore erant

erant penes damnatum, & deinde per eius damnationem alio fuerunt deuoluta, dispositione statuti, vel iuris communis. At ubi tempore damnationis nihil filio erat deuolutum, neque acquisitum, cum post damnationem fuerit in vitricum, vel nouercam dispositum, nulla videretur difficultas; non enim plus restituitur, quia laesio abstulit; sed sic est, quod nulla laesio in hoc casu considerari potest, ex quo nihil ei fuit sublatum, ergo nulla restitutio.

43 Sed si velis dicere cum Sforz. Odd. de integr. restit. quest. 99. artic. 2. quod & si talis damnatus occasione damnationis aliquid realiter non amiserit, quia nihil ipsi competebat; attamen non poterit negari, quin sit causa immedia ta, quare filius parentis dispositionem in nouercæ, vel vitrici beneficium factam impugnare non posset, & pater ipse totum ei relinquere potuisset. Et propterea cum restitutio sit in pristinum statum repositio, & faciat eum esse prout prius absque damnatione erat, non videtur in dubium reuocari posse. Quin dispositio d.l.final.C.de sent. pass. in hoc quoque casu militaret, & consequenter collatum in vitricum, vel nouercam resecandum esse iuxta d.l. hac edictali dispositionem.

44 Ex hoc autem destrueretur communis omnium DD. sententia decernentium, Principem non posse absq; causa tollere ius legitimè tertio quæsum, quod esset, si dispositio post condemnationem facta in vitrici, vel nouercæ beneficiū reuocaretur. Ultra quod in contrarium etiā verior, & magis communis opinio vigeret, scilicet 45 restitutio nō operari recuperationem eorum, quæ tempore damnationis ad alios deuoluta fuerunt, ut firmarunt Alciat. in l. s. is qui pro tempore numer. 16. ff. de usucap. Bart. in l. 1. §. filio qui matriis ff. ad Tertull. Boff. de restit. quæ sunt à Princ. post bell. nu. 15. & de remed. ex sol. clem. Princ. nu. 13. vbi ita se tenere Bart. inquit in fin. num. 10. C. de sentent. pass. & quod ita se habeat communis opinio, prout etiam ita eam appellat. Iul. Clar. lib. 5. sentent. §. fin. quest. 59. vers. sed quaro pone nunquid tempore,

& sequitur Cephal. conf. 395. num. 9. vol. 3, Bonac. comm. opin. part. 2. vers. gratia Principis facta bannito Crot. conf. 282. num. 36. & 40. & hanc in consulendo, & iudicando scripsit Nest. conf. 470. num. 20. & seq. & ad stipulatum Marcobr. conf. 83. nu. 201. & seq. Surd. conf. 90. num. 42. Decian. confil. 86. num. 39. Farinac. de inquisit. quest. 6. nu. 36. vers. verum Menoch. lib. 5. presumpt. 46. nu. 9. vers. secundum, & conf. 185. nu. 2. & seq. Gayll. de pac. public. lib. 2. cap. vls. nu. 12. cum seq. Et hanc communem quoque appellat, & implicitè sequitur Sforz. Odd. d. tract. quest. 99. art. 1. num. 7. qui propterea illam limitat, ubi Princeps illum restituisset, dicendo, quod Bannum ita cancelleret, ac si nunquam ille bannitus fuisset, quod pro cautela aduertit Boff. d. num. 15. de restit. quæ sunt à princ. post Bell. dicens, quod ad hoc ut casus iste comprehenda tur, debet ita concipi, ut etiam recuperentur non quæsita.

47 Nec obstat, quod condemnatio dicatur causa immediata dispositionis factæ in beneficiū vitrici, vel nouercæ, & quod propterea per restitutio rem reuocant omnia iura tunc temporis competentia. Si quidem illud immediatè ex damnatione peruenisse censem, quod immediatè ex ipso agere, seu sententia peruenit, veluti in bonis penes damnatum existentibus; illa, inquam, immediatè ad proximiores eius per damnationem transirent; at ubi de non acquirendo agitur, ex quo incapax reperitur, & tunc ea, quæ iure successionis ad alios deferuntur, vel ex contractu, vel quavis alia ultima voluntate, quæ sublata incapacitate, ad damnatum spectabant, non dicuntur immediatè ab eo peruenisse, sed mediatè ex ipsius incapacitate, cum condemnatio non potuisse hunc effectum operari, ut latè declarat Bellamer. decis. 744. col. ant. pen. vers. nem. quaro, & Paris. in d. S. & quid si tantum n. 103. ac Ruin. num. 63. & latius Ludouis. decis. 114. num. 7. Sed ea, quæ mediatè, & non immediatè ad proximiores perueniunt per restitutio nē non reacquiruntur, & sic restitutio ad ea non extenditur, ut in puncto sic distinguendo probat post

L 2. Cardin.

*Cardin. Aretin. in cap. ad petitionem nu. 14.
vbi lo. de Anan. num. 4. Felin. num. 14. de-
cūsus. qnod latē prosequitur Soccin. conf.
266. sub num. 53. vers. decimo quibus in sero
lib. 2. sic etiam Bero. conf. 60. num. 19. ad
fin. vers. & conclusio in effectu idem Ludouis.
d. decis. 114. num. 7. quod etiam sequitur
in specie Merlin. in decis. Rot. Roman. 28.
sub num. 10. post tract. de legitima. vbi hac de
48 causa inquit restitucionem filio bannito
post mortem patris concessam non ope-
rari recuperationem legitimæ, cum tem-
pore banii illam non dum acquisierit,
subdens sic fuisse in Rot. resolutum.*

*Et hac ratione dicunt DD. contrariam
opinionem fundatam in regula l. fin. C. de
sentent. pass. procedere in his, quæ iuris di-
spositione ab intestato ad proximiores
damnati peruenirent; secus verò vbi ex
49 contractu, vel alia hominis dispositione,
tunc enim restitutus ad ea non admittetur,
vt latē Bart. in d. S. filio qui matris, &
latius Facin. lib. 1. controv. cap. 39. circa
fin. qui inter vnum, & alterum casum di-
stinguit per tex. l. 2. S. si quis à principe ff. ne
quid in loc. publico. quod etiam admittit
Bellamer. in decis. 715. col. ante pen. vers. sed
quod si ex persona, & Peregr. de iur. fisc. lib. 5.
tit. 2. post n. 34.*

*50 Quartus, & ultimus casus est, vbi dam-
natio post mortem patris superuenisset, &
sic postquam ei erat aduersum parentis
dispositionem ius acquisitum, quoniam
eo casu per superuenientem restitutio-
nem admitteretur ad annullādam disposi-
tionem contra formam l. bac edictali fa-
ctam, ex eo quia restitutus recuperat om-
nia, quæ damnationis causa amiserat, ex
d. l. fin. C. de sens. pass. & hæc est communis
omnium DD. opinio.*

ARGUMENTVM.

*Num dispositio l. hac edictali
in emancipatis locum
habeat,*

S V M M A R I V M.

- 1 *Differentia emancipationis, & patriæ po-
testatis, quoad effectum succendi sublata
est.*
- 2 *Emancipatus ob præteritionem patris testa-
mentum querelare potest.*
- 3 *Frater licet emancipatus sit, erit tamen fra-
trum suorum legitimus tutor.*
- 4 *Legitima filio emancipato titulo institutionis
relinqui debet.*
- 5 *Filius emancipatus potest alienationes à patre
voluntariæ factas reuocare, ad effectum
detrabendi legitimam.*
- 6 *Emancipatio quid operetur.*
- 7 *Successio est de iure naturali.*
- 8 *Emancipatus iura sanguinis retinet.*
- 9 *Pater an iterum filiam emancipatam dotare
teneatur, vbi dos fuerit consumpta.*
- 10 *Pater filium emancipatum alere tenet.*
- 11 *Dispositio l. bac edictali est fundata super
naturali affectione, & obligatione.*
- 12 *Filius emancipatus à lucro l. bac edictali nō
excluditur.*
- 13 *Naturalia plus operari debent, quam acci-
dentalia.*
- 14 *Familia per emancipatum conseruatur.*
- 15 *Emancipatio non tollit reverentiam, quæ pa-
tri debetur.*
- 16 *Filius emancipatus absque venia non potest
patrem in iudicium vocare.*
- 17 *Legitima debetur patri emancipanti super
bonis filij emancipati.*
- 18 *Pater potest alienationes voluntariae à filio
emancipato factas reuocare pro eius legi-
tima.*

Q V AE S T I O X VI.

*I*n præsenti quæstione nulla cadit dif-
ficultas; quin dispositio huius leg. bac
edictali in emancipatis quoque locum
habeat, si quidem de jure nouo sublata
est differentia emancipationis, & patriæ
potestatis quoad effectum successionis,
ita ut pariter succedant emancipati, ac
in potestate retenti l. meminimus C. de legis.
hared. autb. cessante C. eodem, S. nulla vero
Autb. de hered. ab intest. venient. & sicut in
potestate retenti, patris testamentum ob-
præ-

- 2 præteritionem ad querelandum admittuntur, ita pariter emancipati à patre, vel à matre præteriti eorum testamenta querelant; & de nullitate dicunt, ita *tex.* & ibi *Bart.* *caterique Doctores in l. filio præterito ff. de i. niuſt. testam. latè Peregrin. de fideicom. art. 36. nu. 38. in fin. plenè *Graſian.* tom. 4. diſcept. *Soren.* cap. 637. num. 19. *Mart.* de ſucess. legal. par. 1. quæſt. 6. art. 3.*
- 3 num. 8. & dicto nouo iure attento *Aldobr.* in *S. eſt.* & alia num. 1. *Inſtit.* de fideiu. tuſtel. poſt *Bart.* in l. 1. ff. de legit. tutor. inquit, quod frater ſive in potestate, ſive emancipatus ſit, legitimus erit fratum ſuorum tutor, ex eo, quia iura agnationis retinet *d.l. minimus*, & hanc eſte veriorem opinionem teſtatur *Mart.* de ſucess. legal. par. 3. quæſt. 2. art. 3. nu. 14. *verſ.* pro parte affirmando, tanquam qualitas innata ex l. de nobis *C. de episc.* & *cleric.* & tradit *Bald.* in l. qui ſe paſſis num. 36. C vnd. liber. Et id
- 4 circ̄o titulus institutionis in emācipatis requiritur, iuxta *tex.* in *S.* aliud quoque capitulum, *Aub.* vt cum de appell. cognos. vt inquit *Merlin.* de legitim. lib. 1. tit. 2. quæſt. 3. num. 10. cum ei legitima debeatur, ſicut in potestate existenti, vt latè *Marc.* *Māſ.* ſing. 562. *Bereng.* in l. in quartam num. 35. cum ſequen. ad l. *Falcid.* *Petr.* de fideicom. n. quæſt. 15. nu. 96. *Aſcan.* *Clem.* de patr. potest. effect. 17. num. 2. & cap. vñl. num. 39. *Surdus de alim.* tit. 1. quæſt. 1. num. 24. in fin. & *Aretin.* in *S.* testibus *Inſtit.* de testam. & ob id datur eis reuocatio voluntariæ alienationis, licet in ſubſidium ad effectum illam retrahendi, vt probat *Couarr.* in cap. *Raynūtius* §. 10. ſub num. 2. de testam. *Peregrin.* de fideicom. art. 36. num. 37. ac *Merlin.* de legitim. lib. 2. tit. 1. quæſt. 18. num. 13. ea ratione; quia emācipatio operatur, vt filius ſit ſui iuriſ quoad acquisitionem,
- 6 & liberationem patriæ potestatis, vt in omnibus liberè contrahere poſſit, non
- 7 autem quoad ſucessiones; liberorum enim ſucessio iuriſ naturalis eſt cap. ius naturale 1. diſp. & cap. ſi pater de testam. lib. 6. l. ſcripto in fin. *C.* vnd. liber. l. nam & ſi parentibus in princ. ff. de inoffic. testamen. quæ per emācipationem non tollitur; & proinde & ſi ceſſent iura ſuitatis, non tamen
- 8 ceſſant iura ſanguinis l. iura ſanguinis ff. de regu. iur. Vnde ſublata ſuitate, non tollitur obligatio, & naturalis affectio, vt de emācipatione inquit *glos.* in *S.* in testibus inſtit. de testam. ibique eam ſecuti ſunt *Ioan.* de *Plat.* & *Io.* *Fab.* ac *Aretin.* in *S.* ius autem Inſtit. de patr. potest. vbi ait, quod & ſi emācipatio patriam tollat potestatem, tamen adhuc remanet patriæ potestatis reliquiae, & adſtipulatur *Boer.* in dec. 131. num. 6. & seq. vbi dubitat de opinione *Socin.* in l. 2. num. 24. ff. ſolut. matrimon. dicentis patrem non teneri filiam emācipatam iterū dotare, vbi dos fuerit quo cumque modo consumpta, quia per emācipationem non eſt ſublata affectio, & naturalis obligatio, quam opinionem cōmunem appellat, eamq; ſecutus *Campeg.* de dot. q. 26. ac *Bald.* *Nouell.* ibid. q. 6. par. 6. priuil. 5. in fin. & priuil. 16. ſic quoque *Surd.* de alim. tit. 1. quæſt. 1. nu. 20. cum seq.
- 10 dicens filium emācipatū à patre ali debere ex eo, quia obligatio alendi à charitate ſanguinis oritur, & non à patria potestate, quodque ante eum firmarunt *Ias.* in l. quod dicitur num. 34 ff. de verbor. oblig. *Bald.* in l. vnic. num. 9. in fin. *C.* quand. non pet. part. & *Aſc.* *Clem.* de patria potest. effect. 17. num. 2. At cum diſpositio d. l. hac edi-
- 11 tali fundata ſit ſuper naturali affectione, & obligatione, quam pater erga filios habere debet, vt dixi in addit. ad *Surd.* in decif. 8. idcirco filius & ſi emācipatus ſit ad hoc beneficium admitti debet, vt in ſpecie firmavit *Surdus* conf. 237. num. 15. volum. 2. nam per emācipationem filius
- 12 non definiſit eſſe filius, quia naturalia plus debent operari, quam accid. ntalia l. cum in adoptiuis *C. de adopt.* ſed hodie Inſtit. eod. tit. l. qui habet ff. de tutel. *S.* ſed naturalia Inſtit. de iur. natur. Sed naturale eſt, quod quis ſit filius l. cum ſcimus *C. de agricol.* & genſ. lib. 11. ideo nulla ratione fieri poſt, vt definiſat eſſe filius *S.* aliud quoque capitulum *Aub.* vt cum de appell. cognos. eſt enim
- 13 de familia, & per eum illa conſeruatur *Bald.* in l. fin. per illum. *tex.* *C.* de emācipat. *Mart.* de ſucess. legal. par. 3. quæſt. 2. art. 3. num. 17. Sicut pater per emācipationem filij non definiſit eſſe pater, nec ſublata

- 15 etiam remanet reverentia, quæ illi debetur, ita Socin. in l. sicut num. 7. C. de ius voc. quem etiam sequitur Surd. de alimen. titu. 1. quæst. 17. num. 12. subdens filium
- 16 emancipatum absque venia non posse patrem in iudicium vocare, & conuenire, & ad stipulatur Merlin. de legit. lib. 1. tit. 2.
- 17 quæst. 3. nu. 6. qui propterea subdit, quod sicut emancipato filio legitima debeatur, ita & patri emancipanti l. si filius C. de,
- 18 inoff. donat, & potest eodem modo alienationes lucrari, vel voluntariè titulo factas pro eius legitima detrahenda reuocare d. l. si filius.

ARGUMENTVM.

Dispositio l. hac edictali num.
filium naturalem comprehendat.

SYM M A R I V M.

- 1 Filius emancipatus tam ex testamento, quæ ab intestato patri succedit.
- 2 Filius naturalis prater vinciam insuccessibilis est.
- 3 Dispositio l. hac edictali naturalem non comprehendit, & num. 16.
- Intellige respectu patris, & non matris num.
20.
- Sed contrarium verius nu. 25.
- 4 Dispositio l. hac edictali ad quid invenia.
- 5 Pater naturali filio nibil relinquere sentitur.
- 6 Dispositio l. hac edictali ultra suos casus non extenditur.
- 7 Filius ubi in dispositione legis nominatur, intelligitur de vero, & legitimo, & non de naturali.
- 8 Dispositio l. si unquam C. de reuocan. donat, in filio naturali non militat.
- Sed contrarium num. 9.
- Declarata num 10.
- Et quid in spurio num. 12.
- 11 Filius naturalis testamentum patris impugnare non potest, etiam in eo casu quo ab intestato in aliqua parte succedere possit.

- 13 Dispositio l. hac consulemissima S. ex imperfe-
cto C. de testam.cessat in testamento, in
quo filius naturales instituitur.
- Limita in testamento matris num. 10.
- 14 Naturalis, & spurius non connumerantur
in immunitate à lege patri concessa ob na-
merum duodecim liberorum.
- 15 Coniux naturalem excludit.
- 17 Dispositio l. hac edictali in legitimato per re-
scriptum Principis l. cum non habet.
- 18 Dicitio, ex, denotat causam proximam, &
immediatam.
- 19 Dispositio l. hac edictali in adoptivo non mi-
litat.
- 20 Naturales respectu matris in uniuersum ab
intestato succedunt.
- 21 Naturales respectu matris cum legitimis in
successione concurrunt.
- 22 Legitima debetur naturalibus, sicut legitimi.
- 34 Naturalis habet querelam contra matris te-
stamentum.
- 26 Lex, vel statutum pænale loquens de filijs nō
comprehendit naturales.
- 27 Consuetud. Neap. si quis moriens non proce-
dit superstite filio naturali.
- 28 Status. m excludens feminas proprias mas-
culos non comprebendit naturales, etiam si de
materna ageretur successione.

Q V A E S T I O X V I I .

- I
- Iacet in præcedenti questione dictu sit dispositionem l. hac edictali ve-
rificari in filijs emancipatis; hoc autem
cessare videtur, existentibus naturalibus,
& spurijs, ex eo, quod emancipatus, & si
sub patria potestate non sit, tamen non
desinit esse capax, & legitimus, & prope-
trea negari non potest, quin tam ab in-
testato, quam ex testamento, & contra pa-
tris dispositionem succedere possit; siue
extant, siue non extant alij legitimii, vt
latius dicemus, at naturalis sicut, ille
in quam existentibus legitimis ex testa-
mento prater vinciam insuccessibilis est
l. prima, & Authen. licet in fn. C. de na-
turalib. Quod expressè probatur in d. l. hac
edictali, in verbis illis ex primo maritimo
liberis progreatis, cum quo concor-
dat

4 dat tex. in l. quoniam præterita in princ. & l. fin. C. de secund. nupt. quasi non sufficiat quem esse si ium nisi legitimè natus sit; & ratio ea esse videtur, quoniam dispositio l. hac edictali ad aliud inuenta non fuit, nisi ut succurratur filiis primi matrimonij aduersus iniuriam per parentes secundo nubentes eis illatas, & ob inæqualitatem quam binubi erga illos propter secundi coniugis amorem seruare solent plus secundo coniugi relinquendo, hæc inquam ratio in filijs naturalibus, & spurijs adaptari non potest, tum respectu iniuriæ, cum in eis nulla consideretur, tum etiam respectu inæqualitatis, quæ in illis nullo modo militare potest, nedum enim ab intestato, quia præter duas vncias non existente legitima sobole succedere nequeunt, immò nec ex testamento, cum pater nihil relinquere teneatur d. Aucten. licet, & tradit Vinc. de Franch. in decis. 720. Et propterea cessante in eis potentia succedendi, cessat inæqualitatis ratio, & dispositio d.l.

5 Præterea dispositio d.l. hac edictali, & si respectu filiorum fauorabilis sit, attamen respectu binubi est poenalnis, ex ea enim restringitur libera facultas disponendi; vnde cum sit exorbitans à regulis iuris communis non habet locum nisi in propriis terminis, scilicet existentibus filiis ex primo matrimonio, vt voluit Bart. in l. C. de inoff. dot. & latius Beltran. in d.l. hac edictali nu. 4.

7 Quæ opinio comprobari potest, ex eo quod ybi filius in dispositione legis nominatur, semper intelligitur de vero, & legitimo, nō autem de naturali, vt inquit Iur. Consule. in l. filiam in princ. ff. de his qui sunt sui, vel alien. sur. & habetur l. generaliter §. cum autem C. de inst. & subffit. quod regulare esse tam in legibus, quam in statutis dicit Paleott. in tract. de nos. & spur. cap. 32. quem etiam sequitur Vincen. de Franch. in decis. 640. n. 10. & Brun. de stat. exclusis. femin. art. 12. quest. 3. Vnde habemus, quod & si ex dispositione l. si unquam C. de revocand. donat. donatio per superuenientiam liberorum revocetur, id tamen ad naturales, & spurijs non exten-

ditur, vt post innumeros probat Io. Lupas de illegit. & natur. comm. 1. S. 1. nu. 35. cum sequen. & comm. 4. S. 2. nu. 42. in fin. & 43. vbi respondet Tiraquel. in d.l. si unquam vers. suscepit num. 62. dicenti, quod donatio revocetur solum pro ea parte, pro qua valet succedere patri, cum revocatione illa non debeat fieri prouisione d.l. si unquam, sed prouisione inducta à Justiniano, & Iuris Pontificis clementia, vt scilicet tali casu donatarij tanquam successores bonorum paternorum teneantur ad præstandam partem, vel alimenta.

Et hæc opinio comprobari videtur ex traditis per Fabr. in suo Codic. lib. 5. tit. 16. de nat. lib. afferentem filium naturalem nō posse patris testamentum impugnare, etiam in eo casu, quo ab intestato in aliqua parte succedere posset, subdens ita non semel decisum fuisse, quodque sntc cum tradidit glo. in l. 1. vers. naturales ff. de bonor. possess. contratabul. quam vti singularem sequuntur Gomes. in l. 9. Taur. num. 11. & iudicatum quoque refert Vincen. de Franch. in decis. 605. num. 10. decis. 640. nu. 3. & decis. 720. & sequitur Morot. cons. 94. lib. 1. Quicquid inter naturalem, & spurijs in materia d.l. si unquam distinguit Alex. cons. 40. nu. 15. vol. 4.

Hinc videmus, quod & si dispositione l. hac consultissima §. ex imperficio C. de sestat. parentibus permisum sit testamētum inter liberos coram duobus testibus condere, id tamen ad testamētum in quo naturalis instituitur, non porrigitur, vt satis doctè Dec. in cons. 610. num. 3. vbi hanc nedium communem appellat, verum super ea laborandum esse non credit, allegans eiusdē sententiæ Alexandrū, Bald. Corn. & Ang. qui nedum ita se consuluisse probant, sed etiam iudicatum profitentur, prout etiam post alios firmat Boer. in decis. 240. num. 13. & sequuntur Rub. Alex. cons. 7. num. 7. & Clar. in S. testamētum quest. 12. in princ. & hanc veriorem, & communem quoque appellat Crass. in S. testamētum q. 15. num. 1. & talem existimat Fachin. lib. 4. contravers. cap. 3. vers. sed contrarium.

Prout dicimus de immunitate patri à lege

lege concessa ob numerum duodecim liberorum; de qua in l. si quis decurio la 2.C. de decurion. lib. 10. vbi glōs. cæterique DD. 14 tamen inter eos naturalis, & spurius non connumerantur, ita Bald. in l. 1. vers. in tex. legitimo ff. de excus. tutor. Paleos. de nob. & spur. cap. 32. num. 3. Tiraquel. in l. si unquam vers. suscepit num. 65. Cotta in memorab. vers. Bastardi non sunt.

Nec videtur super hac quæstione amplius laborandum, siquidem habemus tex. expressum in Autben. licet C. de natural. lib. vbi & si naturalibus legitima sobole non extante ab intestato in duabus succedant vniuersijs, id tamen erit vbi legitima non supersit coniux, quo casu ipsa existente insuccessibiles in illis efficitur; igitur cum coniux naturalem excludat, frustra videatur controverti, an plus ei, quam naturali filio relinquiri possit.

16 Et hæc opinio nedum rationibus est fulcita, verum auctoritatibus, cum ita in specie firmarunt Bald. & alij in l. cum pater S. mater ff. de leg. 2. Alexand. in L. mulier in princ. ff. ad trebell. Roman. sing. 229. licet ibi dicat, sed effet videndum an dispositio d. l. hac edictali fuerit iure digestorum, & certè non, & ideo forse Bald. non dicit verum, sed tene mente propter auctoritatem tan- ti viri, quod etiam post eum voluit Crem. 17 sing. 88. & id verissimum existimat Beltr. in d. l. hac edictali nu. 4. & 7. vbi etiam in legitimo per rescriptum Principis id extendit, cum & si aliquando legitimati veniant appellatione filiorum legitimorum, non tamen veniunt appellatione legitimorum ex legitimo matrimonio natorū, vt voluerunt Bald. I mol. Aretin. cæterique DD. in l. Gallus. S. si eius ff. de liber. & posth. Anton. de Butz. & alij in cap. per Venerabilē extra qui filij sint legitim. Et probatur secundum Beltra. ex verbis d. S. optimè autb. de nupt. ex priori matrimonio, dictio enim 19 ex denotat causam proximam, & immediatam l. ex hoc iure, & ibi DD. ff. de iust. & iur. vt in materia l. si unquam, quod in legitimo eius dispositio non procedat tradit per discursum Cacheran. decij. 121. & vide Lup. loc. cit. & latius Brun. de statut. exclud. femin. art. 12. quæst. 4. sub num. 51. vbi laicē.

19 Verum quod dictum est de naturali amplia etiam in adoptiō, nam & ille in dispositione l. hac edictali non comprehenditur, vt pro absoluto firmat Beltr. in cit. loc. nu. 8.

20 Sed hæc, & si vera sint, tamen procedere videntur respectu patris, non autem matris, respectu cuius naturales pro legitimis habentur, eique in vniuersum ab intestato succedunt S. pen. insti. de success. cogn. & licet extenti legitimī, cum eis tam in successionē concurrunt l. pen. in fin. vbi etiam Bart. & Corn. C. ad orficiā. ibique Cagnol. num. 34. cum seq. & nu. 42. dummodo mater persona illustris non sit; Et quod in omnibus quoad matrem pro legitimis habeantur, probat Alexan. in l. ex facto S. si quis rogatus num. 45. il primo ff. ad trebell. Guliel. de Bened. in cap. Raynus. vers. testamen. il primo num. 84. extra de testam. Surd. de alim. sit. 8. priuile. 88. num. 5. cum seq. Pascal de patr. potest. p. 1. cap. 4. nu. 50 cum seq. Merlin. de legitim. lib. 1. sit. 2. q.

21 4. num. 10. & sicut legitimis legitima debetur, ita & naturali, vt ex S. nouissime inst. ad Orfic. firmat Cras. in S. legitima quæst. 3. sub num. 1. Peregr. de fideicom. art. 36. nu. 40. quod sequitur Vafq. de success. creat. S. 22 10. num. 494. ac Merlin. de legitim. d. q. 4. num. 1. adeò vt testamentū matris que- 24. relare possint l. si suspecta S. 1. & ibi com- muniter DD. ff. de inoff. testam. innumerū apud Peregr. de iur. fisc. lib. 3. sit. 18. sub nu. 24. Vinc. de Franch. decij. 640. nu. 4. & decij. 720. in fin. Hinc dixit Clar. in S. testa- mentum quæst. 12. num. 2. quod dispositio l. hac consultissima S. ex imperfecto locum- habet in matre testante inter liberos naturales, quicquid sit respectu patris, & quod hæc opinio nedum vera, immo cō- munis sit, testantur Alexan. Boer. Natt. Ga- liel. de Bened. alijq. ab eo citati.

25 His tamen non obstantibus adhuc à priuile opiniōne discedendum non puto, si quidē licet naturalis pro legitimo quoad matrem habeatur, non tamen sequitur, quod in eo verificari possit dispositio d. l. hac edictali, quæ duplici conditione filios vocat, scilicet quod sit filius, & ex matrimonio, vt colligitur ex verbis illius,

ex priori matrimonio, ut supra diximus, hoc duplici ex causa primo ob iniuriam primi viri per secundas nuptias illatam, secundo ob contemptum liberorum propter secundi coniugis amorem, haec inquam rationes in naturali militare non possunt; quoniam in dispositionibus legum, & statutorum respicientibus poena, & odium sub nomine filiorum non veniunt naturales l. Iulia § hoc capite, &c. ibi Bald. ff. de ris. nupt. Bart. in l. quis semper ff. in ius voc. idem Bald. in l. filium in princ. ff. de hi, qui sunt sui, vel alien. iur. Dec. in cap. in praesentia num. 134. de probat. Brun. de stat. exclud famin. artic. 12. q. 3. num. 43. Et ob id. Vinc. de Franc. in decis. 640. ait consuetudines Neapolitan. per quas mulier habet filios, nedum de dotibus, immo de alijs bonis sibi peruentis ab agnatis, & cognatis non possit disponere, nisi de decima, non verificari in filiis naturalibus, non quia dos soli matrimonio, & non concubinatu conueniat, sed quia verbum filij à lege, vel statuto prolatum semper pro legitimis, & naturalibus accipi debeat, ultra quod prædictæ consuetudines in alijs partibus de filiis legitimis, & naturalibus loquutæ fuerunt.

8 Hinc videmus, quod statutum excludens feminas propter masculos non comprehendit naturales, ut docet Bald. in l. cum acutissimi col. 2. vers. quaro nunquid naturales C. de fidic. & conf. 24. ad fin. lib. 1. Albert. Brun. de statut. quest. 3. art. 12. qui in num. 39. vers. sed contrarium id extendit etiam ubi statutum excluderet feminam propter masculos à successione materna, & hoc sedum ubi statutum parentum fauorem concerneret, sed ipsorum filiorum, & inter alios allegat Cin. & Bald. in l. quisquis C. add. Iul. mai. qui inter alia mouentur ex eo quia attento communius loquendi verbum filij, de legitimis, & naturalibus intelligatur.

Ergo à fortiori erit dicendum ubi verbum filij simpliciter à lege non fuerit prolatum, sed conditionaliter ex matrimonio.

ARGUMENTVM.

Nunquid filius, & haeres absque beneficio inuentarij, possit dispositionem contra formant l. hac edictali facta impugnare.

S V M M A R I V M.

- 1 *Heres nos conficiens inuentarium tenetur aduersus credores, & legatarios etiam de proprio, amplia quamvis hereditas non effet soluendo nu. 4.*
- 2 *Beneficium inuentarij ad quid introductum fuit.*
- 3 *Heres conficiens inuentarium, censemur se ab hereditate abstinere.*
- 5 *Filius, & haeres absque inuentario non possumus beneficio l. hac edictali contra vitrum, vel nouercam, & num. 8. & 24. sed contrarium nu. 12. & 18.*
- 6 *Heredis actiones confunduntur per omissionem inuentarij.*
- 7 *Heres factum defuncti ratum habere tenetur.*
Amplia etiam inuentario censesto nu. 9.
- 10 *Testator potest rem heredis alteri obligare.*
- 11 *Heres adeundo videtur obligationem defuncti ratificare.*
- 13 *Heres simpliciter adeundo non censemur dispositionem à lege improbatam, approbare.*
Amplia etiam absque inuentario nu. 14.
- 15 *Vnusquisque contra proprium factum, quod nullum est, venire potest.*
- 16 *Heres eadem persona defuncti reputatur.*
- 17 *Heres facilius admittitur contra factum defuncti, quam contra proprium, maximè ubi factum defuncti tenderet ad eum fraudandum.*
- 19 *Tex. l. cum à matre C. de rei vendic. non procedit ubi testatoris factum effet contra legis prohibitionem.*
Intellige nu. 36.
- 20 *Item non procedit quando, quis iure proprio, & ex propria persona succederet.*
Item non procedit in heredibus necessariis, sed voluntariis nu. 23.
- 21 *Consentiens insui prejudicium non nocet heredi-*

- redibus in eorum iure.*
- 22 *Beneficium l. hac edictali desertur filijs iure sanguinis.*
- 24 *Filius & haeres tenetur seruare dispositio-
nem in contractu factam a parente vitri-
co, vel nouerca, ratione euictionis, licet di-
spositio esset contra formam l. hac edictali.
Sed contrarium nu. 29.*
- 25 *Haeres eadem actione tenetur, qua tenebatur
defunctus.*
- 26 *Haeres matris, qua transiit ad secunda vo-
ta, non potest reuocare, ea qua ipsa aliena-
uit, & qua erant ipsi haredi referuanda.*
- 27 *Haeres obligatur de euictione per defunctum
promissa, quatenus erit in hereditate.*
- 28 *Phanu. de inuent. quest. 244. num. III. &
148. confutatur.*
- 29 *Surd. decif. 99. nu. 11. declaratur.*
- 30 *Vendens rem alienam, tenetur de euictione.*
- 31 *Vendor de euictione non tenetur ubi em-
ptor rei vendite incapax esset.*
- 32 *Euictio non debetur ubi contractus esset nul-
lus, legis dispositione.*
- 33 *Euictio rei spiritualis vendite non debetur.*
- 34 *Filius, & haeres absque inuentario non potest
dispositionem parentum vti contra for-
mam l. hac edictali impugnare.*
- 35 *Filius, & haeres non potest factum defuncti
impugnare, sub praetextu quod sit contra
dispositionem l. hac edictali ubi in her-
editate remaneret tanta substantia, que
equivaleret ad partem vendicandam.*
- 36 *Dispositio Tex. l. cum à matre de reiuendic.
procedit etiam in materia l. hac edictali,
ubi inuentarium non fuerit confessum.*
- 37 *Filius, & haeres etiam absque inuentario,
quando factum defuncti vti contra dispo-
sitionem l. hac edictali impugnare possit.*
- 38 *Dec. conf. 19. & Io. de Amic. in conf. 4. de-
clarantur & nu. 40.*
- 39 *Quando plura iura deueniunt ad eandem
personam ea omnia retinent pristinam na-
turam, & quatenus is eligit ius ex persona
alterius, illius fit stinet vicem, & pro ea
habetur, nec consideratur tanquam persona
alterius.*

Q V A E S T I O XVIII.

Quoniam autem sàpè contingit, vt pa-
rentes nimio in secundùm coniugem
amore flagrantes filios, vt eos fraude cir-
cunueniant, hæredes instituant, quò ipsi
beneficij legis, & inuentarij fortassis igna-
ri, nequeant subsidio d. l. hac edictali ad-
uersus vitricum, vel nouercam vti, ea-
ratione, quod eis plus relictū, donatumue
fuerit, Hinc non raro à DD. disquiritur;
An filius, & haeres absque inuentario pos-
sit remedium d. l. hac edictali intentare.

- 1 Pro cuius resolutione primo intuitu
negatiuè respondendum videtur, cum ve-
rissima sit iuris conclusio, hæredem, in-
uentario non confessum, teneri aduersus
creditores, & legatarios, etiam de pro-
prio, vt habetur in l. fin. §. in computatione
C. de iur. delib. ex eo quia haeres præsumi-
tur bona in hæreditate remansia occultas-
se ad tex. in §. sancimus Authent. de hæred. &
falcid. Alex. in rubr. de acquir. hæred. nu. 5.
- 2 Cum beneficiū inuentarij fuerit intro-
ductum, vt haeres excusat ab obligatio-
nibus hæreditarijs, ne teneatur ultra vires
hæreditarias, & vt præseruentur hæredis
bona; ne sequatur immixtio; & vt haeres,
prout quilibet creditor, possit suum cre-
ditum iure separationis habere l. 1. § sed
si quis ubi glo. & l. Paulus, ff. de separat.
Phanu. de inuentar. p. 5. num. 10. Nam pro-
pter inuentarium quis se ab hæreditate
3 abstinuisse censeret, vt tradunt Minad. in
conf. 17. num. 3. Monticul. de inuent. cap. 8.
De Pont. conf. 37. num. 3. vol. 3. Giurb. decis.
43. num. 25. ad med. Anna allegat. 30. num.
13. cum alijs per me congettis in Addit.
ad Surd. in decif. 315. num. 6. Ad quod fa-
cit Decif. Vinc. de Franch. decis. 536. dicen-
tis, quòd haeres non conficiens inuenta-
rium, quamvis hæreditas non esset sol-
vendo teneatur tamē legatarijs per d. §.
sancimus, & l. fin. §. si vero postquam C. de
iur. deliber. Ex eo quia Imperator in d. §.
sancimus & §. si vero duo considerat, pri-
mò fortè subreptionem, secundò contem-
ptum legis, cum in d. §. sancimus habeatur
quod si hæredes voluerint ea immunita-
te gaudere, seruent purā legis potestatē,
& non

& non per ea, quæ forte surripiunt, aut malignantur, introducere pertentent falcidiam; Et in vers. si vero, mandat inuentarium fieri; &, si omiserint, teneatur creditoribus, & legatarijs de proprio. Vnde si forte cessaret subreptio, quia hæreditas non esset soluendo, non cessat contemptus legis.

5 Hinc est, quod si filius, & hæres absque inventario vti vellet remedio legis bac edictali contra vitricum, vel nouercam, non posset; tum quia non diceretur plus vitrico, quam filio relictum, stante iustis presumptione contra eum ob occultationem bonorum; tum etiam quia confusè essent eius actiones l. debitori vbi DD.C. de pact. l. urannius ff. de fideiuss.

7 Præterea hæres factum defuncti ratum habere tenetur l. cum à matre C. de reiund. l. ex qua persona de reg. iur. ac ideo hoc beneficio l. bac edictali filius, & hæres potiri nō debet. Ita ī specie firmarūt. l. o. de Amic. in conf. 3. Dec. conf. 19. in fin. Bellon. conf. 13. nu. 22. & T hesaur. in add. ad eius genitorē in decif. 170. in vli. add. vbi subdit, sic per Senatū decisū fuisse, quod quādō filij sūt patris, vel matris hæredes beneficio l. bac edictali vti non possunt; vt etiam senserunt Domini de Rot. Delph. apud Franc. Marc. quæß. 57. p. 1. quamuis quoad eum casus erat dubius.

9 Et hæc conclusio vera videtur, nedum vbi filius, & hæres inuentarium omiserit, vt tradit Dec. in conf. 185. num. 6. sed vbi confecerit, cum inuentarium non sit herba Bettonica, ita vt admitti possit hæres contra factum defuncti. Quo errore multi labuntur, vt tradit Pinell. de bon. matern. l. 1. p. 3. ant. num. 82. inuentarium enim tantum prodest ne teneatur hæres ultra vires hæreditarias, vt colligitur ex scribent. in d. §. in computatione, & notant Roman. conf. 18. num. 4. cæterique à Pinell. in loco citato allegati, non autem vt ex eo possit defuncti factū impugnari, quo niam posset testator res hæredis alteri obligare in illius præiudicium. Ita Afflīct. in decif. 200. & decif. 201. Vinc. de Franch. decif. 321. & latè ego ipse in Addit. ad Surd in decif. 315. Vnde hæres adeundo vide-

11 tur obligationem defuncti ratificare, vt post multos notauit Surd. in d. decif. 315. num. 10.

12 Sed contrarium videtur dicendum, scilicet simplicem aditionem non impedire hæredem, quin contra factum defuncti venire possit. siquidem verissimum est de iure, parentes non posse plus nouercæ vel vitrico, quam filijs ex primo matrimonio conferre, vnde si plus eis contulerint, quā portio filiorum ex primo matrimonio importaret, illud plus pro non scripto, & nō dato habetur d. l. bac edictali

13 Arque vbi dispositio à iure reprobatur, hæres simpliciter adeundo non censetur illam approbare, vt in specie post multos firmat Phanuc. de inuent. q. 244. nu. 157. in tract. diuers. & Crauett. conf. 200. n. 8. igitur filius, & hæres factum defuncti à iure improbatum non prohibetur impugnare.

14 Neque in hoc casu inuentarium ad aliquid deferuit, nam ex eo, quod dispositio nulla, & inualida est, cessat inuentarium.

Quod ratione fundatur, nam parens, dum prohibetur plus vitrico, vel nouercæ relinquere, quam vni ex filijs primi matrimonij, si contra prohibitionem relinqueret, certum est, nullā esse dispositionē, contra quā ipsem parens venire posset, cum vnuquisque cōtra proprium factum, quod nullum est, & contra legis prohibitionem venire possit, ita Bart. in l. post mortem in princ. vbi Alex. ff. de adopt. idem Alex. conf. 123. nu. 5. volum. 2. Afflīct. 335. num. 11. cum alijs per Cacher. in de-

16 cis. 180. num. 1. Ergo hæres quoque non prohibebitur factum inualidum defuncti impugnare, cum eiusdem sit iuris, cuius erat defunctus l. hæredem ff. de reg. iur. vt in specie ita arguedo tradiderunt glos. Bald. & alij in d. l. cum à matre per l. quemadmodum C. de agricol. & censit. lib. 10. Aretin. conf. 123. ad fin. num. 7. Curt. iun. conf. 175. nu. 10. in fin. Gramat. decif. 93. num. 8. cum alijs per Pinell. de bon. mater. l. 1. p. 3. sub nu. 85. circa med. sic etiam Afflīct. decif. 240. num. 8. & Cacher. decif. 180. num. 2.

17 Immò facilius admittitur contra factū defuncti, quām contra proprium Dec. cōf. 185. nu. 6. in fin. ex tex. l. fin. C. de euic̄. & fin-

- singularis est glos. in l. 2. verbo reuocare C. si in fraud. patron. alienat. fact. si maximè vbi defuncti factum tenderet ad eum fraudandum beneficio à lege concessò d. l. 2. cum glo. vbi Bart. Bald. Castr. & alij C. si in fraud. 18 patr. Et in specie l. hac editali firmarunt Bald. in conf. 161. vol. 1. Beltr. in d. l. hac editali S. si verò plus nu. 1. & seq. & vers. ita tamen nu. 26. Gramat. decis. 93. nu. 9. Crau. conf. 200. Menoch. conf. 11. nu. 25. Gabrie. de secund. nupt. conclus. 4. num. 42. Lancell. Gall. ad Confuet. Alexand. in verbo non possit quest. 15. num. 3. vbi ampliat. etiam si poena per testatorem hæredi apposita esset, ne eius facto contraueniret. Et latius dicemus in seq. questione. Neque in hoc casu inuentariū opus esse censuerunt Pba. nuc. de inuentar. quest. 244. nu. 113. in tract. diuersor. & de lucr. dor. glos. 5. num. 45. Menoch. d. conf. 11. num. 25. & Surd. conf. 91. in 6. conf. 196. num. 55. & conf. 237. num. 20. Irrita igitur testatoris dispositione, cessare videtur controversia prædicta, an inuentarium factum sit.
- 19 Nec militant ea, quæ dicta sunt de l. cum à matre C. de rei vendic. vbi & si regulariter hæres, non veniat contra factum defuncti, tamen hæc regula plure patitur fallentias; quarum prima est vbi testatoris factum esset contra legis prohibitionem, tunc enim hæres illud ratum habere non tenerur glos. sing. est in l. Lucius ff. sol. matrim. S. his igitur a nobis Autben. de hæred. & falc. & sequuntur Soccin. conf. 29. num. 7. volum. 1. & conf. 79. num. 34. & 47. volum. 4. Soccin. iun. conf. 77. nu. 134. Crau. conf. 200. nu. 5. & 6. Pinell. de bon. master. l. 1. p. 3. sub num. 83. circa med. Gramat. decis. 93. num. 7. & 8. Cacher. decis. 180. num. 1. cum seq. Affl. et. decis. 240. num. 8. Serbphin. decis. 477. num. 1. Anna alleg. 126. nu. 8. & Mart. de succeß. legal. par. 4. quaff. 9. art. 3. num. 16. At in hoc casu, cum dispositio testatoris ultra mod. à l. hac editali tradita, nulla, & inualida sit d. l. hac editali, & S. optime Autben de nupt. non est seruanda, nec aditione conualescit, vt ex citatis DD.
- 20 Secundò non procedit, vbi quis iure proprio, & ex propria sua persona succederet, vel ei aliquid competeteret, cum eo

casu liceat, hæredi cōtra factum defuncti venire, ad tex. singul. in l. debitor. 59. S. fin. vers. quia non quasi hæres ff. ad trebell. & hæc receptam esse sententiam testatur Alciat. in l. filius famil. S. diui ad fin. ff. de leg. 1. sic etiam Pinell. in l. 1. p. 3. nu. 99. vers. fulcitur 5. C. de bon. matern. Eamq; esse veriorem, & magis communem dicit Guttier. pp. qq. lib. 2. cap. 149. num. 2. Et vt in talem post infinitos alios securi sunt Menoch. conf. 89. num. 22. cum seq. lib. 1. & Gratian. tom. 2. discept. forens. cap. 205. à num. 29. usque ad 37. & tom. 3. cap. 433. n. m. 3. cum sequ. & num. 33. vt in iure retractus firmarunt per illum tex. d. l. debitor. Herric. Boic. in cap. constitutus col. 2. post princ. vers. in contrarium arguitur, & ibi Bellamer. col. 2. vers. primo oppono de restit. in intagr. & ob id DD. per tex. in l. 1. S. quod ait vbi notat Bart. ff. quorum legat. & glos. in l. fin. C. de bon. libert. inquiunt quod consentiens in sui præiudicium non nocet hæredibus in eorum iure, vt post infinitos Petr. de fideicommiss. quest. 14. num. 301. in fin. & num. 320. vers. primus est. Peregr. de fideicommiss. art. 52. nu. 91. & 92. vers. prima est. Et hanc esse veriorem, & magis receptam opinionem post inumeros inquit Fusar. de substitut. quest. 560. num. 11. cum seq. At in casu huius questionis, quod aufertur vitrico, vel nouercæ, & applicatur filijs; non debetur illis, vt hæredibus, sed vt filijs iure sanguinis, & propter iniuriam, & sic iure propria. Auth. hæres C. de secund. nupt. & propria parū interest, sint ne hæredes vel ne.

23 Tertio dispositio d. l. cum à matre non procedit in hæredibus necessarijs, sed in voluntarijs. Et dicuntur quibus defunctus, velit, nolitū relinquere cogitur, vt explicat Castr. in conf. 448. num. 3. volum. 2. vt in filio, cui de iure legitima auferri non potest sine iusta caussa ex hæredationis; vel vbi ex forma statuti vetetur aliquis bona sua donare, vel aliter disponere in præiudicium filiorum, vel aliorum à statuto vocatorum, hi enim licet hæredes sint tamen non tenentur factum defuncti obseruare, prout etiam notat Gramatic. in d. decis. 93. nu. 12. Soccin. conf. 231. nu. 15. lib. 2. Crau. d. conf. 200. Et hac innixus sēcēta

- tia ad contraria responderet Barz. in decis. Bonon. 64. num. 42. & ante eos notat Bald. in d.l. cum cum à matre, & l. si pater ff. de inoff. donat. vbi in specie inquit, quod ibi quid mirabile resultaret: videlicet, quod hæres veniat contra factum defuncti.
- 24 Quamvis Phanuc. in tract. de inuentar. quest. 244. num. 111. & 148. inter tract. diuersor. de inuent. declarando regulâ, quando hæres teneatur factum defuncti seruare, & ratum habere; inquit, quod si parens in testamento, instituto filio hærede, plus vitrico, vel nouercx reliquerit, quâ reliqua hæreditatis substantia importaret, tunc non nocebit filio aditio. At si parens per contractum, vel alium actum inter viuos in beneficium vitrici, vel nouercx disposuerit; eo casu, quamvis dispositio esset à lege improbata hæres nō possit tali dispositioni contravenire, sed illam seruare. Et rationem diuersitatis assignat Surd. in decis. 99. ant. num. 11. cum seq. & in cons. 196. num. 59. scilicet, quia coniux ex contractu ad euictionem, & ad contractus obseruantiam obligatur, quæ in hæredem descendit, qui eadem actione tenetur, qua tenebatur defunctus Bart. in l. de eo ff. de iudic. declarat Dec. in l., qui cum alio num. 7. ff. de reg. iur. Et traditur exemplum in paréte ad secundas nuptias conuolante, quæ si donata, vel data à primo coniuge, in secundum virum alienauerit, quæ de iure filijs ex primo matrimonio reseruare tenebatur; non poterit filius ex primo matrimonio, & hæres dispositionem, scù alienationem prædictam impugnare, ratione euictionis, & obseruantia, ad quam defunctus tenebatur. At, quando parentis dispositio esset in ultima volūtate, tunc, quia nulla sobest in patre obligatio, nulla quoque descendit in hæredem; & ita inquit Surd. d. cons. 196. procedere glos. in d.l. Lucius, & si hoc militaret omisso inuentario, alias eo conseco hæres non teneretur de euictione, nisi quatenus erit in hæreditate; etiam in re propria, ad tradita per Vinc. de Francb. in decis. 153. nu. 16.
- 28 Licit hæc distinctione mīhi non arrideat, si quidē si verum sit, dispositionē contra

formā l. bac edictali nullā, & inualidā esse ipso iure, & hoc nè filij ex primo matrimonio, cum vitrico, vel nouerca inæquales sint, ob quod in illo pluri vitricus, vel nouerca ex dispositione d.l. incapaces sunt; clara sequitur consequentia, nullam deberi euictionem, licet promissa, vbi filij ex primo matrimonio tale patris factum yti à lege prohibitum impugnarent, quamvis hæredes sint, quoniam ratione euictionis vitricus, vel nouerca idem etiam per indirectum consequerentur, & sic fieret fraus legi, quod absurdum est; & propterea regula illa, quem de euictione tenet actio cundem agentem repellit exceptio non militat; vbi ille, in cuius beneficium cederet euicio incapax esset, nam eo casu, quemadmodum nullitas dispositionis excludit vitricum, & nouercam ab illo pluri, eosdem excludit ab euictione.

- 29 Nec militat quod à Surd. traditum est circa alienata secundo viro ex bonis primi, dispositione iuris filijs reseruatis; si quidem id ad præsentem quæstionē adaptari non potest, prohibitio enim tantum in binuba consistit, nec secundus vir incapax esset, & sic respectu secundi viri dispositio non irritatur, & ideò cadit euicio per tex. in l. si fundum sciens C. de euici. 30 potest enim quis rem alienam vendere, ut obligetur, & de euictione utiliter tenetur l. rem alienam ff. de contrab. emps. Boer. decis. 23. num. 13. cum seq. ac Faber. in suo Codic. lib. 8. sit. 30. definit. 2. circa med. At secus esset si secundus vir talis alienationis incapax fuerit, quoniam euicio locum non haberet, & alienans ad nihil teneretur, ergo nec hæres; & propterea dixerunt DD. loquentes in materia rei feudalis, quod vbi nullitas resultaret ex persona emptoris, quia incapax esset, ut de fœmina, & Ecclesia tradunt exempla, quod tunc nulla debeatur euicio, sed solum res restituenda erit venditori, restituto pretio emptori, ut ex multis probat Tresaur. lib. 2. quest. for. quest. 23. num. 20. 32 nam regulariter ex contractu nullo ex legis dispositione, non debetur euicio, ut ex glos. l. imperiale verbo actione de prohibit. scud. alien. per Feder. tradit. Mar. gil.

g. de cuiusq. 58. m. 28. prout de venditione rei spiritualis tradit Farinac. decif. 685. n. 5. p. 1.

- 33 Et propterea pro resolutione praesentis questionis ego non recederem a prima opinione, scilicet filium, inuentario non confecto, non posse dispositionem in beneficium vitrici, vel nouercæ factam impugnare, sub praetextu, quod plus contineret, quam haerediras ad eum delata importaret, cum certissimum sit, iure cautum non reperiri, non posse vitrico, vel nouercæ, relinqui; sed tantum potestas coniugum restricta videtur, ut reliquum non sit plus quam portio vnus ex filiis primi matrimonij: igitur quotiescumque filius haeres esset, & inuentarium non confecisset, non posset recte arbitrari, an sit plus vni, quam alteri reliquum, sed ex quo iuris presumptione fit, ut haereditas soluendo sit *l. fin.* C. de iur. deliber. merito filius absque inuentatio obtainere non posset, tum quia omissio inuentarij in hoc confunderet actiones filij, & sic uti confusæ nequeant ab eo exerceri, tum etiam quia presumitur haereditatem æquivalere legato, seu alij dispositioni in beneficium vitrici, vel nouercæ factæ; Et hoc est, quod dixerunt *Roman.* & *Pisell.* in locis citat. scilicet filium, & haeredem non posse defuncti factum impugnare, vbi pro illa portione quam vendicare intenderet, remuneret de paterna haereditate tanta substantia, quæ æquivaleret portioni vendicandæ, quoniam eo casu cum bona haereditaria sufficiant confunderetur actio haeredis, & sentit *Vinc. de Franch.* in *decif. 153. n. 16.*
- Nec mouent ea, quæ tradita sunt ad limitationem *l. cum à matre*, scilicet haeredem non teneri ratiū habere factum defuncti à lege improbatum; si quidem id bene procedit vbi testatoris dispositio esset contra legis prohibitionem, quo casu agnitiō non inducit conualescentiam talis dispositio- nis, prout de exemplo legari filio spurio tradit *Aym. Crassett.* in *d. conf. 200. num. 5.* At secus vbi dispositio non esset contra legis prohibitionem, quamvis rescissioni subiacet, quatenus excederet modum

à d. l. *bacedicati* traditū, nā tunc ex quo ipsius filij facto id apparere non posset, cessaret limitatio, alias præstaretur filio ansa delinquendi scilicet fraudandi nouercam, vel vitricum, non confiendo inuentarium.

- 37 Hæc tamon sententia limitari potest, vbi esset quid certum in haereditate, ita ut inuentarium opus non esset, veluti in matre non habente aliud, nisi dorem, quo casu, cum quid certum sit, cessat inuentarium, & sic dispositionem vltra portionem sibi relictam in beneficium vitrici, vel nouercæ filius impugnare poterit, cum constare possit, talem esse dispositionem,
- 38 Nec refragantur ea, quæ tradita sunt ex *Dec. in conf. 19. col. fin.* & *Io. de Amic.* si quidem eorum opinio non est penitus contraria secundæ opinioni; loquuntur enim vbi filius, & haeres, ut haeres ageret ad reuocandam dispositionem testatoris, nam tunc cum adeundo videatur factum defuncti approbasse, esset quid incompatible, quod ut haeres agat, & factum defuncti impugnet, quia videtur actio, & passio esse in eadem persona, ex 29 quo haeres videtur eadem persona cum defuncto *S. I. Authent. de iur. iur. à mor. præst.* quæ tamen ratio cessat, quando, licet sit haeres non tamen agit ut haeres, sed ut filius eo enim casu idem est ac si haeres non esset, quoad hoc ut impugnare possit factum parentum, quia quando iura plurium deueniunt ad eandem personam ea omnia retinent pristinam naturam, & quatenus is elegit ius ex persona alterius, illius sustinet vicem, & pro ea habetur, nec tunc consideratur tamquam persona alterius arg. *l. 1. vbi Bald. ff. de offic. conf. Soccin. in l. cum filio num. 28. verf. secunda ratio ff. de leg. I. vbi Crassett. p. 2. n. 395.*
- 40 Item loquuntur secundo, vbi statutum derogaret *l. bacedicati*, nam tunc cū dispositio facta in coniugem non veniret à iure improbatæ cū non subiaceret rescissio- ni, non poterit filius, & haeres illam im- pugnare, tamquam cessante causa, ob quam impugnatio subsisteret.

A R-

ARGUMENTVM.

Nunquid filius, & legatarius possit dispositionem contra formam l. hac edictali traditam impugnare, & quid si prohibitus sit ne aliud peteret, & simpliciter agnouerit legatum.

S V M M A R I V M.

- 1 Legatarius an factum defuncti impugnare possit.
- 2 Obligationes defuncti in legatarium non transeunt.
- 3 L. ex qua persona ff. de reg. iur. declaratur.
- 4 Legatum in dubio non censetur animo compensandi factum.
- 5 Filius quando in legitima institutus, possit factum defuncti impugnare.
- 6 Filius licet legatarius dispositionem in vivarium, vel nouercam factam impugnare possit.
- 7 Legatarii s. agnoscent simpliciter legatum, cum onere ne amplius peteret, aliud petere non possit.
- 8 Legatum factum cum conditione ne amplius legatarius peteret censetur animo compensandi cum debito, quamvis minus debito sit.
- 9 Filius, & legatarius non obstante prohibitione ne plus peteret poterit ultra legatum dispositionem defuncti contra formam l. hac edictali factam impugnare.
- 10 Onus a lege improbatum in legato possum reperiatur.
- 11 Nemo potest facere quin leges in suo testamento locum non habeant.
- 12 Adiectio pene in actu nullo non tenet.
- 13 Hares iussus voluntatem testatoris adimplere erga incapacem sub pena priuationis hereditatis, in eam non incurrit si non ad adimpleat.
- 14 Filius potest ad supplementum agere non obstante onere imposito legato ne plus peteret & ipse illud simpliciter agnouerit.
- 15 Hares potest uxorem usufructuariam pro confectione inventarii, & satisfactionis mo-

- leflare, non obstante pena priuationis hereditatis in tali casu a testatore apposita.
- 16 Testator cautionem usufructuario remittere non potest.
- 17 Qui non potest disponere, neque penam dispositioni adjicere potest.
- 18 Prohibitio testatoris ne legatarius amplius aliud petat, non comprehendit id quod legatario ex legis dispositione deferatur.
- 19 Beneficium l. hac edictali non ex hereditate, sed legis prouidentia peruenit.
- 20 Legatum agnato factum non est imputandum cum portione a consuetudine ei debita.
- 21 Filius, & legatarius licet possit dispositionem paternam contra formam l. hac edictali factam impugnare, hoc tamen erit collato legato.

Q V A E S T I O X I X.

- L**icet in praecedenti quæstione dictum sit filium, & heredem non posse dispositionem contra formam d. l. has edictali traditam reuocare, quotiescumq; inuentarium ab eo omissum fuerit, cum censeatur voluntatem defuncti approbas se per ea, quæ tradit *Afflct. in decis. 200.* & 201. & per *Surd. in decis. 315.* Tamen in praesenti quæstione idem dicendum non videtur, cum in legatario cessent illæ præsumptiones, quæ in herede militare possunt; si quidem legatarius non censetur eadem persona cum defuncto, & id circa potest contra factum defuncti venire, vt in specie firmauit *Castr. in l. cum a matre num. 3. vers. item si sensiret C. de rei vendic. obligationes enim defuncti in legatariū non transeunt glof. in l. 1. C. si cert. pet. & in l. 1. S. si hares præcepto ff. ad Trebell.*
- 3 Et quamvis per tex. in l. ex qua persona ff. de reg. iur. videatur oppositum probari; attamen illius dispositio militat in eo, qui iure vniuersalɪ successionis lucrum sentiret; secus vero iure particularis legati;
 - 4 alias semper censeretur relictum animo compensandi, quod iura non præsumunt nisi expresse dictum fuisset l. creditorem ff. de leg. 2. ita *Bart. in l. fin. §. in computatione C. de iur. delib. ibique etiam Paul. de.*

M 2 Castr.

Castr. Alex. & alij, prout in specie sic declarasse Rotam Rom. testatur *Gratian.* to. 3. *discept. forens.* cap. 569. num. 66. sic etiam *Bald.* in d. l. cum à matre num. 5. vers. tertio quero dicens, quod si filius esset institutus in re certa pro sua legitima, isto casu non tenetur factum defuncti approbare, etiam si id ex contractu veniret, sed illi contrauenire posset vendicando rem suam, secus si esset Institutus in quota bonorum, igitur quotiescumque plus vi-trico, vel nouercæ, quam filio fuerit tributum filius ipse & si legatarius, vel in re certa institutus, non prohibebitur dispositionem prædictam impugnare, vt in puncto firmarūt *Phanuc.* de inuentar. quæst. 244. num. 113. cum seq. inter tract. dtuers. de inuent. & de lucro dot. glof. 5. num. 45. & *Surd.* cons. 237. num. 20.

7 Sed quicquid sit, attamen id cessare videtur vbi filius legatarius prohibitus esset aliquid aliud petere, tunc enim censetur testator animum compensandi habuisse, adeo vt si simpliciter legatarius agnoverit legatum, onus sibi iniunctum suscepisse videatur, vt aliud petere non possit l. cum ab uno in princ. & l. *Titia* §. qui in vita, & ibi glof. in verbo portione ff. de leg. 2. & l. *Imperator*. §. si centum eod. tit. cap. officij de testam. & ita in specie scripsierunt *Bald.* in l. libert. liberteq; nu. 28. C. de oper. libert. & sequitur *Ruin.* cons. 176. num. 7. volum. 2. *Aym.* *Crauett.* cons. 149. num. 3. *Durant.* d. art. testand. tit. de leg. caut. 5. nu. 3. *Mantic.* de coniect. ultim. volunt. lib. 10. tit. 1. uum. 17. *Menoch.* lib. 4. præsumpt. 110. num. 30. & 31. & cons. 56. nu. 36. volum. 1. *Surd.* cons. 112. num. 17. cum seq. lib. 1. & de aliment. tit. 9. quæst. 16. num. 30. cum sequ. quod locum habere inquit *Paul.* de *Castr.*

8 in l. si cum dotem §. si pater num. 3. ff. solut. matrim. etiā si minus sit in legato, quam in debito, & sequitur ibid. *Alex.* nu. 2.

9 Verum, & in hoc quoque casu contrarium dicendum est, scilicet agnitionem legati cum tali prohibitione non excludere filiū à petitione eius, quod sibi per l. hanc edicālē defertur, prout tali prohibitione non obstante in specie vnanimiter firmarunt *Bald.* communiter receptus

in cons. 161. volum. 5. *Brun.* de statut. exclud. fæmin. art. 9. nu. 61. circa med. Rol. à *Vall.* cons. 161. volum. 1. *Crauett.* cons. 200. nu. 5. *Grammatic.* decis. 93. num. 9. *Phanuc.* delucr. dot. glof. 5. nu. 45. & de inuentar. d. quæst. 244. n. 113. *Cæsar Manet.* cons. 15. nu. 7. vol. 1. *Gabriel.* cons. 13. num. 27. cum seq. volum. 2. *Alexand.* *Trentacing.* lib. 3. var. resol. ref. ultim. num. 34. vers. 3. procedit *Mantic.* de coniect. ultim. volunt. lib. 10. tit. 2. sub num. 19. *Menoch.* cons. 11. num. 25. *Surd.* cons. 45. num. 54. & cons. 237. num. 20. latè ego ipse in addit. ad *Surd.* in decis. 8. num. 7. vbi hac etiam opinione inter alios allegauit *Fon-tauell.* de paet. nuptial. claus. 5. glof. 8. p. 4. nu. 10 45. ea ratione, quia onus prædictum vti à lege improbatum reiicitur, & perindè est, ac si legatum esset simplex, & factum sine onere, vt latè tradit *Beler.* in l. hac edit. ali vers. si verò plus num. 6. vbi ex hoc interf. quod filia primi matrimonij acceptando legatum cum onere ne plus petat, sibi non præjudicat in lucro ex d. l. reseruato, & sequitur *Lop.* de donat. in ser vir. & uxor. S. 16. num. 17. scilicet id verum esse, quia ad hoc vt valeat legatum talis clausula habetur pro non apposita, cuius etiā dictum post *Ant. Gomes.* & alios innumerous secutus est *Surd.* d. cons. 45. nu. 54. cum nemo possit facere, quin leges in 11 suo testamento locum non habeant l. nemo potest ff. de leg. 1. vbi enim actus est nul-lus, & legi contrarius adiectio poenæ non valet *L. Seius.* & *Augerius.* & l. quod de bonis §. frater ff. ad l. falcid. l. non dubium C. de leg. gib. l. ultim. ff. de constit. & hanc esse communem sententiam testatur *Couarr.* in cap. quamvis pacium p. 2. §. 4. num. 4. & *Ias.* in cons. 40. col. fin. lib. 1. quod *Io. Faber.* in §. final. num. 3. in fin. *Instit.* de legat. Extendit etiam vbi quod à testatore prohiberetur esset contra consuetudinem patriæ, cum transgressor legis, & consuetudinis ea-dem pena puniatur glof. in cap. quæ in *Ecclesiarum de Constit.* Dec. post *Felin.* in cap. 1. nu. 18. eod. tit. Hinc dixit *Paul.* de *Castr.* in cons. 5. num. 4. lib. 1. quod hæres iussus voluntatem testatoris adimplere erga incapacem sub priuatione hæreditatis, poenam aliquam non incurrat eam non adim-

13 adimplendo, quod etiam firmavit in *conf.*

125. in 7. *dub. volum. 2.* & sequitur *Ias. in d. conf. 40.* in 3. *dub. volum. 1.* & in specie

ad stipulatur *Anchar. conf. 79.* in *fin.* cui opinio accesserunt *Soccin. conf. 79.* nu. 47.

ub. 4. Alba. conf. 41. nu. 6. *Alciat. conf. 11.* in 5. *dub. lib. 5. Crott. conf. 273.* num. 7. cum seq. & *Pb. nuc. de inuent. d. quest. 244.* num.

115. in *tract. diuers. de inuent.* vbi multos pro hac etiam opinione allegat, & signatur *Ruin. conf. 56.* num. 8. *lib. 2.* dicentem, si

14 pater minus legitima filio reliquisset cū pena ne plus peteret, quod eo casu absq; periculo penæ filius agere posset, quem etiam, & alios pro hac opinione coaceruat *Brun. de statut. exclud. fæmin. art. 9.* num. 61. & probatur ex §. *hac autem disposuimus vers. caser. m. authent.* ut cum de appell. cognosc. cum tale onus impositum non valeat sed ipso iure reiicitur *l. quoniam in prioribus C. de inoff. testam.* & hoc certum, tricium, & vulgatum, ob quod amplius laborandum non esse inquit post innumeros *Mantic. de conjectur. ultim. volunt. d. lib. 10. tit. 2. num. 19.* Sicut in simili videamus, quod si testator prohibeat hæredem sub poena priuationis hæreditatis vxorē usufructuarium non molestare in confi-

15 ciendo inuentarium, & ad satisfactionem præstandam, hæres adhuc inuentarium, & cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri impune requirere potest, ita *Castr. in conf. 221. col. 1. lib. 2. Ias. d. conf. 40. col. fin.* & de communi *Soccin. conf. 131.* num. 14. lib. 1. *Crauett. conf. 187.* in *fin.* & *conf. 200. Dilett. de art. testand. de var. testamen. caut. 1. nu. 1.* addent. ad *Bald. in l. 1. C. de usufruct. lit. B. idem Bald. in l. 1. num. 26. circa fin.* C. qui pñm. nomin. *Peregr. de fidei-comm. art. 35.* nu. 6. *Simon Petr. de interprat. ultim. volunt. lib. 4. dub. 10.* num. 83. cum mult. seq. & alij apud me allegati in addit. ad *Surd. in decis. 109.* num. 5. & *decis. 16194.* cum testator cautionem remittere non possit *l. 1. C. de usufruct. l. scire debitum C. ut in possess. legat.* cum alijs per *Surd.* &

17 ibi latius per me in *d. decis. 109.* qui enim non potest disponere, non potest penam adiucere dispositioni, ita *Marfil. sing. 312.* & facit *Surd. decis. 7.* nu. 5.

Et ita procedere videntur contraria, vbi onus à testatore impositum à lege non improbatur.

18 Præterea prohibitio à testatore legatio facta, ne quid aliud petat non comprehendit id, quod ex mera legis prouidentia debetur, sed solum quod iure hæreditario ex testatoris bonis ad ipsum peruenire possit, maximè vbi testator dixerit, ne aliud petat de bonis suis, vt vnamiter concluderunt *Bald. in l. si cum do- tem S. si pater vbi Castr. & Alex. ff. sol. matr.* idem *Bald. conf. 84. volu. 2. Capr. conf. 143.* num. 12. *Neuiz. conf. 16.* num. 9. & *conf. 62.* nu. 32. & seq. *Felin. in cap. quoniam 19. col. 4. post princ. vers. faciat in simili num. 6. in fin. de prescript.* *Ias. in Aubent. præterea num. 26. vers. limita istam communem vbi dicit singularem decisionem, & notandum ait ibi Rimin. iun. in fin. C. vnd. vir. & uxor. Dec. conf. 425. num. 11. vers. tertio effi- cacie hoc suadetur *Ruin. conf. 60.* nu. 8. lib. 2. *Nass. conf. 186.* num. 2. & *conf. 363.* num. 21. *Menoch. lib. 4. præf. 109.* num. 51. *Pb. nuc. de lucr. dot. glo. 8.* num. 59. *Gratian. to. 5. discept. forens. cap. 816 num. 13. cum seq.* vbi hanc veriorem, & magis communem appellat, & sequitur *Surd. conf. 112.* num. 80. cum seq. lib. 1. & de aliment. tit. 9. quest. 16. num. 31. cum seq. At cum lucrum ex d. l. *hac edictali* filijs perueniens, non ex hæ-*

19 reditate parentū, sed ex mera legis prouidentia peruenire dicatur d. l. *hac edictali* §. optimè authent. de nupt. & vt ab hæreditate separatum filijs spectat *Aubent. hæres C. de secund. nupt.* vt alias supra diximus; igitur talis prohibitio beneficium huius legis comprehendere non censetur, & ob id *Scip. Bucc. ad consuet. Neap.* Et si testator fol. mibi 174. lit. D. inquit quod legatum

20 agnato factum non est imputandum in portionem ei debitam vigore d. consuet. ex eo, quod portio consuetudinis non est debita ab ipso testatore, sed à lege.

21 Verum hæc omnia intelligenda sunt collato legato, scilicet, & si legatarius etiam impune possit factum defuncti impugnare, & sic dispositionem ultra formam a d. l. *hac edictali* traditam, tamen hoc erit habito respectu ad legatum.

scilicet ut illud plus, quod legati quantitatem excederet auocare possit, cum vitrificus in illo pluri incapax esset, & in illo pluri ius resistere videtur d. l. hac editali ibi cui minor portio relicta, vel data fuerit.

ARGUMENTVM.

Numquid Concubina, & amasius comprehendatur in dispositione l.hac edictali.

S V M M A R I V M .

- 1 Dispositio l. hac edictali in concubina, & amasio non militat.
Sed contrarium nu. 9. & 13.
- 2 Appellatione viri, & vxoris, non veniunt concubina, & amasius, etiam in fauorabilibus.
- 3 Dispositio Authent. præterea C. vnd. vir. & vxor. cessat in concubina.
- 4 Dispositio l. hac edictali est exorbitans a terminis iuris communis.
- 5 In materia exorbitanti, & odiosa extensio non fit de casu ad casum, nec de persona ad personam, etiam ex maioritate rationis.
- 6 Comprehensio non fit ubi id quod comprehendendi debet, sit per aliam legem prouisum.
- 7 Inter concubinam, & uxorem differentia constituitur.
- 8 Maior in uxore, quam in concubina præsumitur amor.
- 10 Dispositio per quam filij hereticorum ad admittantur ad aliquod munus ecclesiasticum usque ad secundam generationem, extenditur etiam ad filios illegitimos.
- 11 Paena secundo nubentium militans etiam contra in concubinatu viuentem.
- 12 Mulier sicut per secundas nuptias tutela priuatur, ita luxuriosè viuens.
- 13 Dispositio hac l. hac edictali locum habet in donatis alicui, cum quo deinde matrimonium contractum fuit.
- 14 Donatio facta concubine paris conditionis, cum qua esse potest matrimonium non valet, ad explicationem l. Donationes ff. de donat.

Q V A E S T I O X X .

SAtis pulchra videtur præsens quæstio scilicet nū dispositio l. bac editali in concubina, & amasio quoque locum obtineat; pro cuius resolutione primo intuitu videretur dicendum quod non, tum quia d.l.loquitur in marito, & vxore, vitrifico, & nouerca, & tamen concubinarius non dicitur maritus, nec concubina vxor l. si vxor in princ. ff. de adulter. adeo, vt nem dum in fauorabilibus, immo nec in odiosis vxoris, & viri appellatione comprehenduntur Roman. in l. i. nu. 11. C. vnd. vir. & vxor. & propterea ei nō debetur quarta vxori debita vigore authent. præterea C. vnd. vir. & vxor. vt firmant Curt. ibi nu. 3. Fab. de Pepis num. 7. ac Handed. conf. 93. num. 14. vol. 1. & Gratian. to. 1. discip. cap. 120. num. 77. tum etiam quia cum dispositio d.l. hac edictali sit exorbitans à iuris communis terminis, & sic odiosa respetu coniugum, nam eis prohibita est libera facultas disponendi, quæ alias libera esset, nō sit extendenda ad aliū casum, neque ad alias personas exceptis in his de quibus loquitur; in materia enim exorbitanti, & odiosa etiam ex maiestate rationis extensio nunquam fit l. si verò. S. de viro ff. solut. matrim. l. i. in fin. ff. de constit. in prin. glos. in clement. auditor de rescript. Durant. de art. testand. tit. 2. caut. 2. Afflict. decis. 21. Anna allegat. l. nu. 22. At cū l. bac editali in vitrifico, vel nouerca tantum loqua fuerit, nō debet præter eos ad alias personas extendi. Et hoc nedum extensiū, immo nec comprehensiū, si quidem comprehensio tunc locum haberet, vbi casus ille per aliam legem non esset prouisus, at donare, & legare concubinæ, nedum à lege, non est prohibitum, & omisum, sed permisum, quamuis cum ea matrimonium sequatur l. donationes in concubinam ff. de donat. l. 3. S. i. in fin. vbi glos. & DD. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. qui concubinam, l. itē legato S. parui ff. de leg. 3. ergo.

7 Et hoc ratione niti videtur, siquidem inter uxorem, & concubinam satis differtur, nam in uxore prohibita est donatio non tam ob spoliationem evitandam, quam

quam etiam ob matrimonij, & legitimæ sobolis fauorem, vt habetur in l. 1. 2. & 3. de donat. inter vir. & vxor, at in concubina, nedum non adest suspicio spoliationis, 8 cum in ea non præsumatur tantus amor, quantus in vxore, vt notat Paul. de Castr. in d. l. donationes num. 3. & sequitur Lop. de donat. in rubr. §. 37. num. 6. immo nec aliaæ sobolis fauor.

9 Sed cōtrarium verius esse videtur, sci- licet dispositionem l. hac edictali, nedum in vitrico, & nouerca, immo in concubina, & amasio militare, vt in specie firma- runt Beltran. in d. l. hac edictali num. 20. & Läcil. Gall. ad Consuetud. Alex. in verb. mari- tus nu. 14. quæst. 3. ne plus haberet luxuria, quam castitas, & sic ne coniux sit peioris conditionis, concubina, melior enim con- ditio esset eorum, quæ improba, & illicita coniugia contrahunt, siccq; delinquunt, quā essent qui legitimas vxores sumūt, & iura pati nō solent l. 3. §. 1. ff. de donat inter vir. & vxor. & in aubent. de restis. & ea., que par. in fin. per quem tex. glof. in cap. statutum in verbo voluntus de heretic. in 6. inquit, quod dispositio illa, per quam filii o b̄ hereticorum ad aliquod munus ecclē- siasticum non admittantur usque ad se- cundam generationem, extendit etiam ad filios illegitimos, ne plus luxuriæ, quā castitati tribuatur.

Et propterea Bart. in l. his solis nu. 1. C. de reuocand. donation. voluit oēs pēnas in- ductas contra secundonubentes locū ha- bere cōtra viuentē in cōcubinatu. Et hoc 11 menti perpetuo tēnendum esse subdit, quod ante fuit dictum ab Iacob. de Beluis. in §. si quidem in aubent. de non elig. secund. nubent, & secuti sunt Alexand. in l. libero- rum §. notantur ff. de bis qui not. infam. Ioan. de Garon. in rubr. de secund. nupt. num. 58. & seq. Hippolyt. l. 1. de rapt. virgin. n. 55. & 56. quod & Rotæ placuit apud Verall. in decis. 25. num. 3. part. 2. & decis. 154. num. 3. d. p. 2. vbi hedum ita decism, sed etiam ita communiter teneri testatur. Qua de re firmarunt DD. quod & si filio naturali, existentibus tamē legitimis ultra vnciam relinqu non possit, tamen neque vnciam capere poterit si tantundem filij legiti-

mi, & naturales non haberent, vt firma- runt Angel. & de Mont. Acut. in §. fin. Auth. quib. mod. natur. efficiant. sūi quos etiam sequitur Bertr. in d. l. hac edictali num. 24. quod secundum eum voluit Alber. in autb. licet C. de nat. lib. & de hoc videtur tex. ex- pressus in l. his solis C. de reuocand. donat. ibi quis est enim, qui bis aliquid arbitretur tribuendum esse, cum etiam illis, que iure secundas tantum contrixerunt nuptias uibil ex his privilegijs tributum esse veli- mus, per quem tex. dicunt ibi Bald. & Salic. quod vidua in honeste vivens amittit omnia priuilegia primi thori, & hanc 12 communem appellat Boer. in decis. 338. nu. 10. in fin. & sicut per secundas nuptias tutela priuatur, ita si luxuriosè viueret, vt pro absoluto firmat idem Boer. in Con- suet. Biturig. sit. de conf. iur. Stat. perf. lib. §. 6. glof. 2. vers. quid si non conuolat, per glof. quam ibi sequuntur DD. in aubent. sacramentum C. quand mul. offic. tutel. fung. poss. ac in d. decis. 338. nu. 12.

13 Et hoc absque difficultate procederet vbi inter amasium, & amasiā adesset sus- picio futuri matrimonij, & quod cum ef- fectu sequeretur, tunc enim in eos colla- tum nedum vti contra dispositionem l. bac edictali reuocari poterit, vt conclu- dent Capr. cons. 81. Dec. in aubent. præterea num. . C. vnd. vir. & vxor. & in conf. 246 in princ. Alex. Trenacing. lib. 3. var. resol. tit. de matrim. resol. ultim. fol. ultim. col. 1. in princ. vers. 2. procedit immo ex alia iuris di- 14 spositione nulla, & inualida erit donatio, vt probatur in d. l. donationes, quæ licet di- cat donationem concubinæ non irritari ex superuenienti matrimonio inter eos contrac̄to, tamen subdit, quod si dubite- tur, an cōcubina loco vxoris fuerit, quod erit vbi honestæ vitæ, & optimæ cōditio- nis esset, ita vt facile inter eam, & ama- sium poterat esse suspicio matrimonij, quod tunc donatio non valeat, quia & ante perfectas solemniter cum ea nuptias intelligitur habitam fuisse pro iusta ux- ore, vt patet ex verbis dictis ex. ibi an au- tem marialis bonos affectio pridem præ- cesserit personis comparatis vita, comuni- cione considerata perpendendum eſe, re-

respondeo; quoniam tabulae non faciunt matrimonium, sed mutuus viri, & mulieris consensus, & huius limitationis rationem reddit Conn. lib. 8. comm. iur. ciuil. iur. de concubin. dicens, quia ingenuæ mulieris consuetudo non tam concubinatus, quam matrimonij opinionem sustinet, idcirco maritalis affectio insurgit apta per consequens ad spoliandum, luducendum virum non minus, quam in vera, & legitima vxore, quod si liberta esset, aut vilioris conditionis non posset in istam, coniugij suspicionem cadere, valeretque donatio ei facta, cum non tantus amor, tan taque affectio erga eam militet, ut dubitandum sit, ne per eius blandicias, & adulaciones vir spoliatur, atque decipiatur, eo magis quia plerumque talis concubinatus brevis est, & ad tempus.

ARGUMENTVM.

Num' maritus consentiendo secundis nuptijs vxoris, & ei aliquid in eo casu relinquendo censeatur poenas nedum l. fœminæ, sed l. hac edictali remisisse, etiam respectu illius relieti, & quid consentientibus filijs, secundis nuptijs.

S V M M A R I V M.

- 1 *Vxor ad ecudas conuolæs nuptias, id quod à primo viro recepis, siue ex donatione inter viuos, siue in ultima voluntate tenetur filijs ex priori matrimonio seruare, ita ut de proprietaria, efficiatur usufructuaria.*
- 2 *T ex. in l. fœmina nedum in matre, verum in patre procedit, sed contrarium nu. 8.*
Item in auo, & avia nu. 3.
- 4 *Pœna l. fœmina C. de secund. nupti ad quid introducta.*
- 5 *Dispositio l. fœmina nedum in donatis, & relictis per virum procedit, verum in ijs, que mutua donatione ad uxorem, matrimonique peruenient.*

- 6 *Item in peruentis ex dispositio Autent. defuncto C. ad Tertullian. per mortem aliquius filiorum, & hoc indistincte, siue ante, siue post successionem nuberet num. 9. Amplia etiam respectu legitima numer. 10. Item amplia siue valide, siue inualide siue nuptiæ nu. 11.*
Sed intellige nu. 12.
Limita ubi omnes liberi mortui esse nu. 13.
- 7 *Dispositio l. fœmina per Consuet. Neap. non est correcta.*
- 8 *Dispositio l. fœmina non procedit in patre, in bonis à se profectis, veluti in donatis, & in date, item in matre.*
- 14 *Mulier secundo nubens de consensu viri, vel filiorum cuitat pœnam l. fœminæ, sed intellige ante, & infra annum luctus, vel post nu. 16.*
- 15 *Dispositio l. fœmina non procedit in acquisitis titulo oneroso.*
- 16 *Maritus an possit pœnam uxori remittere in casu secundarum nuptiarum infra annum luctus.*
- 17 *Pœna secundo nubentium de iure Canonico sublate sunt.*
Intellige nu. 53.
- 18 *Mulier quod infra annum luctus nubere non possit, quomodo intelligatur, & qua de causa.*
- 19 *Pœna secundo nubentium infra annum luctus procedit respectu mulieris, & non viri.*
Sed contrarium nu. 20.
- 21 *Maritus aliquid uxori relinquendo in casu secundarum nuptiarum pœnas secundo nubentis remisisse censetur.*
Amplia nedum respectu illius relitti, verum omnium rerum, que ex liberitate viri ad eam peruenient nu. 22.
Sed contrarium nu. 23.
Prima opinio verior nu. 24.
Amplia etiam respectu eorum, que ex filijs morte successit nu. 25.
Sed intellige cum distinctione nu. 26.
- 27 *Pœna l. fœmina, an sit diuersa à pœna l. bac edictali & nu. 38.*
- 28 *Maritus aliquid uxori reliquendo in casu secundarum nuptiarum, censetur remisisse pœnam l. bac edictali, sed contrarium nu. 37. & 40.*
- 29 *Filius primi matrimonij consentiens secundis pa-*

parentis nupias, censetur penas l. hoc
edicti remittere & nu. 41.

Item, & penas l. feminæ, siue consensus sit ta-
citus, siue expressus nu. 30.

Amplia etiam quo ad nepotes, nam & ipsi con-
sentientes, censetur penas remissas n. 31.

Amplia quamvis consensus post contractum
matrimonium interuenierit nu. 35.

Item amplia in filio minori, cum ei succurri
non possit per viam restitutionis in inte-
grum aduersus talē tacitum consensu n. 33
Sed contrarium etiam in materia l. feminæ
nu. 42. & 44.

Amplia quamvis filias fuisse auctor matri-
monij, & nunquam conquerus sit nu. 45.
47. & 52.

32 *Filius ad hoc ut mater, vel pater proprietate*
priuetur iuxta dispositionem l. feminæ,
oporet ut declaret illos tali proprietate esse
priuatos.

34 *Iniuria remissa censetur si cum iniuriante*
iniuriatus comedet, luserit, & riserit.

36 *Consensus ubi non per modum autoritatis,*
sed ratione præiudicij requiritur, sufficit
si post actum interueniat.

39 *Dispositio l. hac edictali locum habet etiam*
in dominis a primo viro in casu secunda-
rum nuptiarum.

43 *Maritus aliquid reliquens uxori secundo*
nubenti, penas l. feminæ remissas non
censetur.

46 *Filia renuncians post mortem matris binubę*
eius successioni, & lucro proueniente ex
paternis bonis non censetur renunciasse
eis, quæ ex d. l. feminæ ipse spectabant.

47 *Filius & si auctor matrimonij matris fuerit,*
& capitula matrimonialia subscripta erit,
non per hoc penas secundo nubentium in
eius favorem illatas censetur remissa &
nu. 47. & 52.

48 *Taciturnitas metu reverentiali interuenien-*
te, consensum non inducit.

49 *Remittens iniuriam non censetur damna ex-*
pensas, & interesse remissa.

Amplia, quamvis pro iniuria remissione pe-
cuniam accepisset nu. 50.

51 *Iniuria remissa non censetur, si iniuriatus*
cum iniuriante comedit rist lufit, ubi id
ex quadam honestate, & neceſſitate fuiſ-
set factum.

EX l. hac edicti s. his illud, & l. femi-
nae C. de secund. nupt. deciditur vxo-
rem aliquid quocumque lucrativo titulo
a marito recipientem, siue ex donatio-
ne inter viuos, siue in ultima voluntate
teneri ad secundas conuolantem nu-
ptias id totum integrè filijs ex primo
matrimonio reseruare, adeo ut statim
ipsoque iure eius priuatur dominio, &
proprietate, & applicatur communibus
liberis, retento sibi dum vixerit solo vſu
fructu, ut etiam habetur in l. generaliter C.
2 cod. quod non tam in matre, quam in pa-
tre ex identitate rationis procedit secun-
dum glos. in d. l. feminæ s. illud, quam ibi se-
quuntur Bart. cæterique DD. & sequitur
Ann. Robert. lib. 1. rer. iudicat. cap. 8. Rolan.
conf. 95. num. 10. lib. 1. Surd. conf. 196. num.
52. & seq. Gratian. tom. 4. discept. foren. cap.
702. num. 22. & seq. & ad stipulatur Boer.
decis. 187. qui num. 2. id ampliat. etiam in
auto, & auia, & Angel. Aretin. in s. proferun-
tur s. b. num. 5. Instit. ad Tertul. id in proa-
uo, & proauia locum habere voluit.

3 Et hoc in poenam propter iniuriam
priori viro, & filijs per transitum ad secun-
da vota illatam Auth. de nupt. s. sinuatu-
tutelam vers. nos autem, ibi, tribus maxi-
mè Deo, Defuncti memoria, & charitatē
filiorum, & in Auth. de non eligend. secund.
nub. s. prospexit, ibi, quoniam omnibus
simil secundis nupijs fecit iniuriam, &
d. Authen. de nupt. s. que vero nunc sequitur,
4 vers. non igitur, ibi, defuncti animam contri-
staret, & vers. qui igitur, ibi, per omnia con-
tristat priorem maritum, cum alijs iuribus
per glos. ibi & DD. allegatis.

Quæ conclusio nedum quoad donata,
& per virum relicta procedit, sed etiam
quoad ea, quæ mutua donatione lucrata
fuerit, ut sepe iudicatum refert Papon. lib.
15. sit. 1. arrest. 6. ibique in addit. vers. &
5 Maynard. in ea sententia est; & si in fine de
contraria Galliæ obseruantia testetur,
scilicet quod in dictis donationibus dis-
positio l. feminæ locum non habeat pro-
pter incertitudinē euētus. Itē quoad ea,
quæ vxor, vel maritus virtute pacti, vel
statu-

- statuti obtinerent, ita Gabriel.lib. 1, tit. de secund.nupt.conclus. 1. num. 15. Petr. de Gregor. syntagm.iur.lib. 9. cap. 26. num. 57. cum aliis per Thesaur. lib. 1. quest. 29. num. 6.
- 6 Item quoad ea, que ad parentes peruenient ex dispositione Authen. defuncto C. ad Tertull. per mortem alicuius filiorum, ut latè post innumeros Castil. de usufr. cap. 2. num. 9. & 14. prout per Rotam decisum refert Farinac. in decis. 638. par. 1. & in Senatu testatur Fontanel. de paci. nupt. claus. 5. glof. 8. par. 11. num. 34. quod latè tuerit Mart. de success. legal. par. 1. quest. 5. art. 2. num. 15. vers. secundum caput principale.
- 7 Etiam attenta nostra Consuetudine, cum per eam l. famina correctio non inducatur, vt traditur per Vinc. de Franch. in decis. 666. num. 2. & 3. licet ibi casus remansit indecisus; quicquid antea contrarium decisum retulerat in decis. 25. Quamuis Thesaur. lib. 3. question. forens. quest. 58. & num. 6. usque ad fin. id limitet quoad patrem in bonis à se profectis, veluti in donatis, & in dote; idem sentiens de matre, cum in eis pleno iure succedant, etiam in quoad proprietatem, non obstantibus l. famina, & l. generatier, quæ de ista successione non loquuntur.
- 9 Et hoc indistinctè, licet ante, vel post successionem secundo nubat, vt ex Auth. ex testamento C. de secund. nupt. ibique fere omnes Doctores, & Authen. defuncto in fine iuncta secunda oppositione glof. fin. C. ad Tertul. prout in specie sic firmarunt Ruin. conf. 20. nu. 4. lib. 3. vbi hanc communem appellat Rol. d. conf. 95. num. 10. lib. 1. Gabriel de secund. nupt. conclus. 3. ampl. 4. Castil. de usufru. d. cap. 2. num. 15. Bellon. conf. 31. num. 7. Afflit. decis. 75. num. 4. Boer. decis. 190. num. 4. licet in decis. 185. sub dubio loquatur, sic demum Farinac. d. decis. 638. num. 3. vers. pœna etenim secundo nubentium Manens. decis. Mani. 47. num. 5. & 49. Grati. tom. 4. discept. forens. cap. 792. num. 25. & Thob. Non. conf. 74. col. 1. vbi ampliat 20 hoc esse etiam respectu legitimæ, in qua solum usumfructum habebit, quod etiam late Mangil. de imput. quest. 7.
- 11 Et hoc siue validæ, siue inualidæ sint nuptiae, vt resolutum in Rot. testatur Pus. decis. 4. lib. 3. & Verall. decis. 267. par. 2. & ad stipulatur Papon. lib. 15. tit. 1. arrest. 8. vers. idemque de nupt. & si hoc intelligenter dum erit, vbi matrimonium, licet nullum esset consummatum, vel vbi ad domum viri mulier traducta fuerit, vt limitat Ias. in l. 1. S. hac autem verba ff. quod quisque iur. vt de ammissione tutelæ latè dixi in additio. ad Surdum in decis. 106. num. 3. cum sequen.
- 14 Quicquid esset si omnes liberi matri præmortui essent, cum mater proprietate recuperaret, vt ex glof. & Bart. in l. liborum de his qui not. infam. tradit Thesau. lib. 1. question. foren. quest. 30. num. 1. licet dubitalem casum asserat, & decisum testatur Faber in suo Codic. lib. 5. tit. 5. definit. 16. de secun. nupt. non vt hæres; sed iure proprio, vt plenè probat Fab. de Anna in conf. 47. per totum, quod verum esset, vbi omnes remitterent iniuriam, vel tacitè ab intestato decedentes, vel expresse testati Rol. conf. 81. num. 9. cum seq. lib. 3. Menoch. conf. 155. num. 16. in fin. conf. 237. num. 28. & conf. 308. nu. 15. cum seq.
- 14 Hinc Doctores ad evitandā hanc pœnam; sc̄eminam de viri, vel filiorum consenu secundo nubentem excusant, argumen. à contrario sensu per tex. in d. S. prospeximus, ibi, nullam esse licentiam matri, alios quidem filiorum eligere, alios autem exbonorare; quoniam omnibus simul secundis nuptijs fecit iniuriam. Inter quos huius opinionis post glof. sing. in Authen. de nupt. post princ. vers. siue vir, fuit Bald. in l. 1. nu. 6. vers. sed pone C. de secund. nupt. vbi ait, quod mulier transiens ad secunda vota de consensu primi viri, non tenetur filiis ex priori matrimonio reservare proprietatem eorum, quæ primus vir sibi reliquit, & ita inquit se consuluisse pro D. Pandulfo Malatesta, & se fuisse primum inuentorem, & in suo casu maritus vxori quendam reliquerat in casu secundi matrimonij, & sic relinquendo videtur pœnas legales remisisse; & Bald. sequuti sunt Ias. in conf. 53. in princ. volum. 1. Paris. Socin. & alij apud Rol. conf. 95. num. 20. & sequen. volum. 1. Boer. decis. 185. num. 21. Villalob. comm. opin. lit. B. num. 36. Simon de Pret. de inter-

*interpret. ultimor. volum. lib. 1. interpret. 1.
dub. 10. num. 118. Roman. cons. 219. Guttier.
in l. nemo potest num. 17. ff. de leg. 1. quod
singulare dicit Cremens sing. 75. & ita in
Sebusian. Senatu decisum refert Faber in
suo Cod. lib. 5. tit. 5. definit. 5. de secund. nupt.
prout etiam iudicatum refert Franc. Si-
pban. decif. 33. videndus, quem pro singula-
ri allegat, & sequitur Fontanel. de paci. nup.
claus. 5. gl. 8. par. 1. n. 37. vers. pulchrū est du-
biū, eāqr opinionē admittit Cancer. lib. 1.
var. resol. cap. 5. tit. de success. ab intell. num.
25. quam communem appellat Sanchez
de matrim. lib. 7. disp. 89. nu. 49. & vti talē
probat Io. de Garonib. in rubr. de secun. nup.
nu. 112. subdens in hanc opinionem om-
nes DD. deuenire. Quod eo magis vide-
tur dicēdum, ex eo, quod relictum hoc
in casu secundarum nuptiarum mulieri
factū, à iure reputatur, vt onus, vt ex tex.
b. quoniam in prioribus C. de inoff. testamento
tradit Roman. in d. cons. 219. at in acquisi-
tis titulo oneroso poena secundo nuben-
tium locum non habet Bald. in Aathen.
donationes C. de secund. nupt. per tex. in l. si
liberis C. de donat. ant. nupt.*

*36 Quicquid nonnulli distinguete volue-
rint, an intra annum iudicis, vel post annū
secundo nuperit mulier, ea diuersitatis
ratione, quoniam in primo casu non po-
test maritus illā pēnā remittere, tanquā
cōtra bonos mores respiciens l. 1. vers. ne
in his, quibus correctionem moris C. de secun.
nupt. per quēm tex. ita in specje voluit
Roman. in d. cons. 219. in princip. In secundo
vero casu sic, ita Bald. in d. l. 1. & cons. 288.
lib. 3. & cons. 383. colum. 2. lib. 4. idem Ro-
man. sing. 250. ad quam quoq; distinctionem
respexit Simon de Pret. in cons. 117.
nu. 30. cum sequen. Et si ab hac distinctione
non pauci dissentiant, ex eo, quia militat
eadem ratio cessationis iniuriæ viri,
ob quam prædictæ pœnæ statutæ sunt; nā
secundo nubere nullo pacto delictum est,
nec potest dici verè ob delictū inductas
esse, sed ob festinatam viri iniuriam, qua-
cessante per prædictam licentiam, non
est contra bonos mores sic nubere, prout
tenet Castr. in l. filium quem num. 3. in prim.
C. famili. herc secund. Dec rubric. C. de secund.*

*nupt. num. 8. Rip. in l. famina quest. 13. num.
27. c. cod. Io. de Garon. Bologn. cæterique
DD. apud Boer in decis. 185. num. 27. & ab
ca quoque distinctione recepsit Couar. de
sponsal. par. 2. cap. 3. S. 9. numer. 5. cum Ius
17 Canonicum omnes secundo nubentium
poenas abstulerit, vt tradit Alexan. Trenta-
cinq. lib. 3. var. resol. resol. 5. num. 8. vbi de
communi testatur ex tex. in cap. penul. &
fin. de secun. nupt. vbi refertur dictum Apo-
stoli, vt mortuo viro mulier nubat in Domi-
no, quod ex 71. DD. opinione probat San-
chez de matrim. lib. 7. disput. 87. num. 23.
Vnde cū Apostolus nullum tempus de-
terminatum proferat, id etiam accelerato
coniugio vnius mensis locum obtine-
re, expresse censuerunt glof. in d. cap. pen.
Zabarel. in d. cap. fin. ibidem Abb. licet An-
charan. ibi titubare videtur, cum prius di-
18 xerit saltim duos menses expectandos,
sic etiam Petr. de Gregor. syntagm. iur. lib.
9. cap. 26. & 27. quānūis nonnulli id lep-
tierint, vbi certum esset mulierem non
esse prægnantem, alias secus propter tur-
bationem sanguinis, quæ conuenit cum
fuscitatione feminis, de qua in l. liberorum
S. 1. ff. de his, qui not. inf. s. m. cum ignoretur
ex quo marito nascatur filius, vt notat ibi
glof. & cum hac distinctione videtur con-
cludere Thesaur. in lib. 1. question. forens.
quest. 28. in fin. vbi ait, quod in quadam
causa, ex quo constabat mulierem non
esse prægnantem, fuit ad fauorem illius
pronuntiatum, quæ intra mensē à mor-
te mariti virum alium sibi copulauerat,
diq; fuit non amisisse legata à ma-
rito facta, iuxta communem Canonista-
rum opinionem, & licet ibi subdat hoc es-
se etiam vbi esset prægnans, cum legata
non amitteret, & quod hæc sit communis
19 opinio; attamen inquit hanc opinionem
sibi non placere. Quicquid sit respectu
viri, vt firmat Alex. Trentacing. lib. 3. var.
resol. resol. 5. tit. de matrim. num. 8. per tex. in
S. prime quidem, vers. sed viri quidem Aus.
de nupt. qui tex: secundum mē hoc non
probat, nisi vbi filij ex priori matrimonio
20 non adessent, vt ex S. sequenti, scilicet S. 8
vero expectet, vbi pœnam secundo nuben-
tium infra annum iudicis esse communem
mulieris, & viri.
Sed*

- 21 Sed redeundo ad questionem nulla videtur difficultas, quin in casu proposito respectu illius reliqui in casu secundarum nuptiarum per maritum uxori facti, remissa sit iniuria, quod quidem reliquum inquit *Faber in suo Codic. lib. 5. tit. 5. definit.*
8. respicit omnia, quæ ex liberalitate,
- 22 viri ad eam peruerunt, subdens ita decisum, ex eo, quod, cum maritus in casu secundarum nuptiarum etiam legatum dederit, multo minus credendum erit, ut cætera, quæ dederit auferre voluisset, cum plus sit dare; quam non adimere, sicut & plus est adimere, quam non dare.
- 23 Et quamvis nonnulli contrarium sentiant, dicentes, maritum non posse tollere portionem filiis, quam à lege lucrantur, propter iniuriam sibi a parentibus per secundas nuptias illatas d. S. prospexit, & S. nos autem, Vnde & si remissa censeatur iniuria respectu viri, non tam ceseatur remissa respectu filiorum, quorum consensus explesè requiritur, ut latius dicemus, & propterea non posse de proprietate reliqui liberè disponere, sed illam filiis ex priori matrimonio seruare. Tamē
- 24 contrariū videtur dicendum, ex eo, quod potest pater filiis præiudicium afferre, ex quo eis solum in quādam consequentiā ob illatas viro iniuriam acquiritur proprietas dictorum honorum, ut latè *Menoch. conf. 155. num. 33. in 3. fol. volum. 2.* & ante eum *Dec. in rubric. C. de secund. nupt. num. 8. Ioan. de Garen. eadem rubric. rem. 1. ad euitandas penas secundo nubentium num. 112.* vbi addit sufficere hanc licentiam non tantum in bonis, quæ immediatè habuit coniux ab altero coniuge, sed etiam
- 25 in ijs quæ mediante filio, cui successit.
- 26 Licer communis videatur distinctio, quod aut queratur de bonis ipsius mariti, & tunc si expressè uxori fuerit reliquum in casu secundarum nuptiarum censeatur remissa iniuria; si vero agatur de dote, & donatione propter nuptias, & eo casu licentia mariti non sufficeret, cum non possit eius filiis præiudicare, sed requiretur filiorum consensus; ageretur enim de re eorum propria, ut in punto deci-

sum refert *Faber lib. 5. tit. 5. definit. 7. in fin.*
 & 8. & post innumeros eam sequitur *S. bœsaur. lib. 1. qq. forens. que. 30. nu. 4.* vbi de communitate statutum.

27 Nec mouet, quod supradicta procedat in materia *l. feminæ*, & non *l. hac editâli*, & sic in diverso casu; siquidem, ut ait *Surd. conf. 196. nu. 55. vol. 2. circa med. verific.* ex his igitur, inter unum, & alterum casum nulla datur differentia, cum in utroque eadem militet ratio, & sic idem ius esse debet *l. illud ff. ad l. aquil.*

28 Ultra quod in terminis *l. hac editâli*, ita in specie voluit *Roman. in conf. 219. in 2. dubio* motus ratione, quia dispositio *l. hac editâli* non ad aliud statuit, ut mulier secundo nubens non possit plus alienare in virum, quam in unum ex filiis primi matrimonij; nisi ut arctaretur cupiditas, ac ineffrænata voluntas mulierū, quæ nouis maritis, ut plurimum non solum res filiorum, sed etiam vitam addicunt *l. quæ tuores* *lex enim C. de administr. iuri. sed vbi ex viri consensu secundo nupserit*, hæc ratio cessat, & consequenter cessat illius legis dispositio, hanc quoq; firmavit *Io. de Garen. in rubric. de secund. nupt. num. 113.* & sequitur *Phatuc. de lucr. dor. glos. 5. num. 46.* vbi ait in hoc casu dispositio illius legis cessare, subdens idem esse quando filij consentient secundis

29 nuptijs matris, quod eo casu non possent beneficio *d. l. hac editâli* vti, quod ante eum tradidit *Franc. de Amic. conf. 3. nu. 23.* & *Dec. conf. 206. num. 3. & 4.* & nouissimè *Surd conf. 91. num. 21.* vbi hanc communem appellat. Quod videtur esse de mente *glos. secundum DD. in Aubens. de non eligend. secund. nubent. in verb. compellantur*, quæ dum *ex. loquitur de poenis mulierū* secundo nubentium in fauorem filiorum impositis. Inquit *in vita filia*; quasi velit, quod si volente filia matrimonium fieri, non est, quod matri possit filia obijcere, nec contra eam aliquid de penis secundo nubentium vindicare cum facto, & voluntate sua exclusa videatur arg. *l. non putauit S. si quis sua manu ff. de honor. possess.* contra tabul. cum multis alijs per *Tiragu. de utraq; retract. p. 1. S. 1. glos. 9. num. 135.* & seq.

- & seq. & Boer. decis. 185. nu. 21. & seq. ac Surd. decis. 99.
30. Ex quaglos. inferunt DD. hoc indistinctè procedere, siue consensus ille sit tacitus, siue expressus, ut latè Castill. de usu fr. cap. 2. num. 10. & sequ. veluti cohabitando cum vitrico, vel nouerca, & tacendo, cum eo eo casu remissa censeatur iniuria, & renunciata proprietas binubæ, vel binubo, prout etiam tradiderunt Rol. conf. 81. num. 18. vol. 3. Panciro. conf. 99. num. 6. 31. & seq. Rimini. iur. conf. 295. num. 16. lib. 3. Menoch. conf. 237. nu. 32. conf. 115. num. 16. & conf. 155. num. 13. & 16. ac de adi. psc. possess. remed. 2. nu. 35. vbi id ampliat etiam quoad nepotes, quibus consentientibus cessat dispositio d.l. feminæ. Immo Rol. in d. conf. 81. num. 5. lib. 3. plus dicit, scilicet, ut etiam requiratur, ut filius 32 declareret velle patrem, vel matrem esse priuatum dicta proprietate per transitum ad secunda vota, ut de magis communis, & veriori opinione testatur Gratian. tom. 1. discept. forens. cap. 140. per tot. & tom. 3. cap. 519. nu. 46. cum seq. Papon. lib. 15. tit. 1. arrest. 8. Peregr. decis. Patauin. 13. num. 10. vbi etiam magis communem appellat, & adstipulatur Surd. cons. 164. nu. 8. & decis. 99. num. 13. ac decis. 100. nu. 1. vbi in fortioribus decisum afferit, scilicet quod 33 minori fuit denegata restitutio in integrum aduersus talem simplicem, & tacitum consensum, quod videtur etiam determinari a glos. in §. fin. Instit. de injur. vbi inquit, quod videtur remissa iniuriam si 34 cum iniuriante risi, lusi, & comedì, & latè Farinac. de var. & diuers. crimin. quest. 105. nu. 356. vbi infinitos colligit.
35. Et hoc licet post factum matrimonium contingit, cum eo quoque casu remissa censeatur iniuria, nam vbi consensus non requiritur per modum auctoritatis, sed ratione sui præiudicij, sufficit si post actum 36 interueniat, vt communiter tradunt DD. in l. & quis mihi bona §. iussuff. de acquir. habredit. & latè tradidi ad Surd. in addit. in decis. 53. nu. 7. & in his terminis idem Surd. decis. 99. nu. 14. ac Gratian. tom. 1. discept. forens. cap. 140. nu. 19.
37. Sed contrarium verius videtur dicen-

dum, scilicet, licentiam viri non posse pñnam l. bac edictali cōtra coniuges plus relinquendo vitrico, vel nouercæ, quam vni ex filijs primi matrimonij inductam 38 remittere, & tollere, siquidem certissimum est hanc poenam non esse principaliter à lege fauore viri introductam, ex eo, quod forsan ex dispositione contra formam d.l. facta aliqua principaliter ei inferatur iniuria, licet in consequētiā ad filios etiam extendatur, prout consideratur in material. feminæ C. de secund. nupt. unde vir concedendo vxori licetiam secundo nubendi illam remittere censeatur, ut supra traditum est, sed principaliter introducuit fauore filiorum ad tollendam illam inæ qualitatem, quam solent coniuges obsecundi coniugis amorem erga filios primi matrimonij inferre, ob quod nec procedit hæc poena à bonis viri, nec concernit aliquo pacto eius bona, sed ipsius secundi nubentis. Et propterea quicquid sit circa dispositionem l. feminæ, scilicet quod eius poena censeatur remissa ob licentiam viri secundo nubendi præstitam, ita, ut proprietate non priuetur; tamen non ita erit dicendum, quod de eis mater possit plus in vitricum, vel nouercam disponere, quam in vnum ex dictis filiis 39 primi matrimonij; nam l. bac edictali non solum habet locum in rebus ex substantia, & ex largitate primi viri pertinentis, sed etiam in bonis propriis ipsius uxoris, ut in punto post Alberic. & alios in d.l. bac edictali sic tradit Surd. in conf. 196. num. 56. & seq. & in specie quod coniuges per eorum consensum non possint poenas d. l. bac edictali ad fauorem filiorum introductas annullare, Dec. in rubric. de secund. nupt. num. 8. licet ab hac opinione videatur recedere in vers. nisi dicamus, sic etiam Neuiz. lib. 2. Silu. nupt. num. 78. Io. de Garon. in ead. rubric. num. 115. Agath. decis. 75. in fin. & ita decreuisse Senatus testantur Thesaur. pater in decis. 170. num. 29. vers. amplia quinto, & Thesaur. filius lib. 1. qq. for. quest. 30. nu. 4. in fin. vers. & propteræ, & hanc conclusionem veram esse profitetur Alexan. Trentacing. lib. 3. var. resolut. de matrim. refol. 5. num. 34. fol. 346.

N vers.

41 *vers. 9. procedit*, licet consensu filiorū in secundis nuptijs interueniente contrariū teneat Angel. in *conf. 396. num. 4.* & sequitur Beltr. *conf. 175. volum. 2.* & in d.l. bas edictali in verbo si verò plus num. 6. *vers. 3.* *Ia de Garon. in rubr. n. 116.* Boer. *decis. 185.* sub num. 23. *vers.* & forte vbi videtur de hac opinione dubitare, maximè quando impuberes essent filij, vt ibi.

42 Ultra quod etiam respe^ctū *femine* supradicta opinio suos habet contradictores scilicet, quod in hoc casu consensus viri non videtur pēnas secundis nuptijs impositas remittere, quamvis aliquid in casu secundarum nuptiarum relictum sit, cum requiratur insimul consensus filiorum, vt latè tuetur *Cora lib. 3. Miscellan. cap. 1. num. 12. Laderb. conf. 33. num. 9.* sic etiam *Afflct.* licet implicitē in *decis. 75.* propè fin. dicens hanc poenam esse appositam fauore fitorum, & subdit hanc esse magis communem, & voluit *Anearb. conf. 101. numero 2.* sequitur *Menoch. lib. 4. pref. 39. num. 63.* & seq. licet hoc sit vbi filij patris hæredes non essent vt firmat *Ripa* in *d.l. femin. n. 25.* sic deum adstipula-

43 *ter Sarmient. lib. 3. foliis 2. interpos. cap. 4. sam. 3. dicens* quod ex hoc non est dicendum matrimonium voluisse à legibus recedere, quę de secundis loquuntur nuptijs, sed forte existimans expedire honori suo, & vxoris; *Nullus enim* (inquit ipse) *domiciliarum rerum, uel actionum, uel uxoris sue morum plus scire potest quam maritus.*

44 Et quod dicitur de filio secundis nuptijs consentiente, verum non videtur, quoniam & si expressè matris matrimonio conferit, hoc dicitur fecisse, quia cognomis matrem consultius factaram si nubat, quam vratur, & sic vt mater honestius expleret libidinem, nō vt bonis iam acquisitis ipse priuetur *Rip. in rubric. C. de secund. nupt. sub num. 14.* idem *Sarmient. d. cap. 4.* & per discursum *Cesar. Manent. in decis. Mantuan. 47.* per totum; vbi falsam contrariam reputat opinionem, id am-
45 pliendo etiam si fuisset auctor matrimonij, & deceſſisse, nec cōquestus esset, cum iſtud ius ad suos transmittatur hæredes,

necessere enim est, vt filius expreſſe dico lucro renunciaret, vt tradit Beltr. in d.l. hac edictali §. si verò plus num. 9. & Angel. in d. conf. 396. & ita in fortioribus determinatum inquit Boer. in cit. decis. 185. nu. 24. vbi quod renunciatio filiae facta post 46 mortem matris binubæ eius successioni, & lucro proueniente ex paternis donationibus non includit ea, quæ ex d.l. famina ipsi spectabant, nam requirebatur expressa renunciatio, sic etiam decisum inquit Verall. in decis. 26. p. 2. scilicet non esse filiae in hoc præjudicatum, quodque firmauit Guid. Pap. decis. 228. & sequitur Cancer. lib. 3. var. resolut. tit. de renunciat. nu. 129. Oldrad. conf. 294. Gayll. lib. 2. obseruat. 98. num. 10. Manet. decis. 46. nu. 30. & Pascal. de virib. patr. potest. par. 7. cap. 3. nu. 29. Quicquid dicat *Gruell. in decis. Senat. Dolan. 114. num. 52.* Et sic consensus filiorum nec expressus, nec tacitus sufficiat, quicquid alij opinati sint, scilicet quod satis sit tacitus, vt tradit Boer. in d. decis. 185. num. 19. & 23. & decis. 190. 191. & 192. & ita concludit Surd. decl. 100. num. 7. & ibi etiam si cohabitauerit cum vitrico, vel si illum dilexerit, quia etiam contra dicēdo expressis verbis secundas nuptias impedire nō potuisset, & ego ipse in addit. ad eundem in decis. 99. idemque firmauit 47 *Theſaur. in d. quæſt. 30. num. 5. vers. mibi nunquam tempore placebit haec opinio, ibiq; ampliat etiam per subscriptionem capitulo- rum matrimonialium, cum ei id nocere non possit, sic etiam acerrimè tuerit *Fachin. lib. 3. controv. cap. 65.* contra Angel. aliosque contrarium sentientes, nisi ultra consensum filij remisissent ius, quod haberent, & de consensu tacito decisum testatur *Fontanell. de paſt. nupt. claus. 5. gloſ. 8. p. 11. num. 36.* adſtipulatur *Cancer. lib. 1. var. resol. cap. 5. tit. de ſuccēſ. ab intēſtat. nu. 24.* vbi subdit sic pro filio fuisse iudicatuſ, 48 cum ob metum reuerentialem vbi agitur de pacientia filij in eius præjudicio pro consensu nō habeatur, ita Boer. *decis. 100. num. 20.* & 21. alias pēnæ secundo nubentium nunquam locum obtinerent, & sic leges frustratoriaꝝ essent.*

49 Nec obſtat gloſ. in §. fin. instit. de intēſtat. gam

nam licet iniuria tacitè, vel expressè remitti possit, & præcipuè comedendo, bibendo, & similibus, tamen per ipsos actus nec per remissionem expressè factam dicuntur remissa damna, expensæ, & interese, nisi expressè, & specialis de his facta etiа fuerit mentio, vt expressè voluerunt Bart. Bald. & Angel. relati per Io. de Anan. in cap. 1. post num. 13. extra de maled. Aufrer. ad Capell. Tholos. in decis. 127. in fin. Boer. decis. 52. num. 6. Io. de Amic. conf. 88. num. 14. infinitos alios allegat Farinac. de inquis. quæst. 5. num. 11. ampliat. 2. vers. & dato quod ex ijsa casu etiam censemur remissa, & de var. & diuers. crimin. quæst. 105. nu. 365. vbi inter alios allegat Hippol. Rimin. inter conf. crimin. diuers. 134. num. 48. qui id ampliat etiam si pro remissione iniuriæ, quis pecuniam acceperit.

51 Ultra, quod id limitatur etiam quoad ipsam iniuriæ remissionem, quoties id esset factum ex quadam honestate, & necessitate, vt post Fabr. Aretin. Baiard. Massard. & alios innumeros declarat idem Farinac. citat. quæst. 105. nu. 157. vers. verum præmissa, At cum in hoc casu de honestate filius non possit à patre, vel à matre binuba recedere, nec matrimonium impedire, igitur non censemur per similes 52 coniecturas penas l. famina in eius fauorem introductas remisisse, vt in puncto idem Sarmient. d. cap. 4. Surd. conf. 164. na. 43. cum seq. & Manent. cit. decis. 47. nu. 40. cum seq.

53 Minus obstat demum, quod poenæ secundo nubentium sint sublatæ per illud dictum Apostoli, mortuo viro, mulier nubat in domino, vt in cap. pen. & fin. de secund. nupt. Siquidē respondeatur, quod circa ea, quæ filiorum fauore respiciunt remanēt incorrecta, vt plenè, & communirer testatur Theologi Canonistæ, & Civilistæ apud Sanch. de matrim. lib. 7. disput. 88. num. 39. vers. & tenenda est communis ferè omnium sententia, & num. seq. Molin. de contr. disput. 431. col. 8. Sarm. d. cap. 4. Guttier. l. nemo potest num. 20. ff. de legat. 2. & lib. 2. pp. qq. quæst. 95. num 5. Dec. conf. 87. Afflitz. decis. 75. ad fin. Boer. decis. 186. cum seq. Gratian. tom. 1. discept. cap. 140. nu. fin.

vbi hanc veriorem appellat Thesaur. lib. I quæst. forens. quæst. 28. num. 15. & seq. hæc enim non dicitur propriè pæna, sed filiorum prouisio, quæ æquitati naturali, & rationi consonat, vt bona laboribus prioris viri quæsita non cedant in uilitatem vitrii, vel eius filiorum, sed reseruentur filijs alterius matrimonij.

ARGUMENTVM.

Nūquid portio à statuto, vel consuetudine filijs delata veniat in collatione in materia I. hac edictali.

SYMMA RIVM.

- 1 Filius in materia I. bac edictali illud solum tenetur conferre, quod ex voluntate parentis babuit.
- 2 Parenz respectu portionis, quæ filijs vigore Consuetudinis debetur, intestabilis est.
- 3 Quod à consuetudine filijs desertur non a parente, sed ab ipsis Ciubus desertur, & sic ex prouidentia ipsis consuetudinis.
- 4 Portio à consuetudine filijs reseruata, illis debetur, quamvis non sint heredes.
- 5 Portio viro per statutum delata non venit in collatione pro calculanda legitima matris.
- 6 Portio filijs ab intestato delata non venit in collatione in materia I. bac edictali.
- 7 Supplementum legitime filio debitum, cur non veniat in consideratione I. bac edictali.
- 8 Portio à consuetudine filijs delata, est ipsa legitima.
- 9 Portio vitrii, vel nouerae debet æquivalere portioni legitime filiorum.
- 10 Portio ex statuto, vel consuetudine filio debita venit in collatione in materia I. bac edictali.
- 11 Quod filius in materia Consuetudinis Neap. duplex habeat bonorum subfidiuim, quomodo intelligatur, an declarationem Napol. in consuet. si qua moriēs in verbo saluo.

- 12 *Filius adinſſar legitima non potest à portione confuetudinis sibi debita ex hæredari.*
 13 *Parentes, portionem filio à consuetudine post eorum mortem debita aliquod onus impo-nere non possunt.*
 14 *legitima debetur filio licet non sit heres.*
 15 *Corn. conf. 82. num. 4. vol. 3. impugnatur.*

Q V A E S T I O X X I I .

- 1 *P*ro resolutione huius quæstionis vi-detur prima facie dicendum quod non, quoniam id filius tenetur computare cum l. bac editali, quod ex matris, patrisue voluntate sibi quæsitus fuit, siue titulo legati, siue donationis, vel quoquis alio modo, ut expressè habetur in d. l. bac editali, ibi derelicta, vel data, & in §. optimè Auth. de nupt. ibi aut ex nouissima voluntate dimissum, aut in vita datum, prout etiam in specie Surd. conf. 237. nu. 9. vers. non dico, & Sanchez. de matrimon. lib. 7. disput. 88. num. 3. hæc tamen portiones à Consuerud. debitæ nō spectant ad filium ex voluntate parentum, sed contra, cum quoad eos parentes ipsi efficiantur interstabiles, ita vt onus super eis impositum nullius sit roboris, vt ex Napodan. in Consuet. si qua moriens in verbo tantum, num. . quem etiam sequitur Vincen. de Franch. in decis. 485. & ante eos Caſtr. cōf. 468. num. 1. volum. 2. ac Brun. de Statut. exclud. femin. art. 11. num. 6. & faciunt nota-ta per Bero. in conf. 27. num. 8. & 9. vol. 2. vbi sufficere, inquit, existentiam conditio-nis filiationis tempore quo mater disponit ad hoc, ut dicatur contrauentum sta-tuto; ergo ea ratione, nam quicquid ex consuetudine defertur, ab ipsis ci-vibus, & non à parentibus defertur, & sic ex prouidentia ipsius consuetudi-nis, quæ habet vim legis, & est lex non scripta §. constat autem & §. ex non scripto insti. de iur. natur. gent. & ciuil. id ēq. Na-pod. & propterea inquit Paul. de Caſtr. in Authen. heres C. de secund. nupt. & in l. filius-famil. ff. de log. 1. si filius hæreditatē repu-diaret adhuc habebit portionem illam à consuetudine sibi debitam, prout etiam in specie voluit Surd. conf. 206. num. 12. &

Mart. de succēſ. legal. p. 1. q. 21. art. 2. num. 14. & ante eos Brun. de Statut. exclud. fe-min. art. 13. nu. 114. ex eo quod tanquam æs alienum deducitur Bald. conf. 314. infi. volum. 4. Crauett. conf. 186. nu. 12. Decian. conf. 2. volum. 5. Surd. conf. 401. num. 35. & seq. vbi inquit, quod in calculanda le-gitima matris non est habenda ratio por-tionis per statutum viro delatae, quod ante eum voluit Phanuc. de lucro dot. gloſ. 5. nu. 35. vers. binc consubsum est, quem etiam sequitur Gras. licet eadem verba Surd. referat to. 2. discept. forens. cap. 300. nu. 34. & Mangil. de imput. quest. 10. numer. 41. 6 Fundatur hæc opinio ex traditis per Corn. in consilio 33. volumine primo, & consil. 82. num. 4. volu. 3. dicentem verba d. l. bac editali non verificari in eo, quod succeditur ab intestato, ita ut si aliquid fi-lio ab intestato peruererit nō sit in con-sideratione d. l. bac editali, adeo ut tantum-dem possit virrico, vel nouercæ relinqu, idemque firmauit in conf. 33. volu. 1. probans eius opinionem in auctoritate Bald. in d. l. bac editali in princ. vers. ita tamen, vbi querit, an supplementum, quod ha-bet filius sit in consideratione, & ad hoc propositum inquit, quod sic, ea ratione quia misericordia provisio testatoris cum prouisione legis, quæ venit ad confirman-dum iudicium defuncti, ut non expugne-tur per querelam, vnde habetur, ac si te-stator legitimam reliquisset filio; idcirco usque ad concurrentem quantitatem le-gitimæ potuit nouercæ relinquere; secus autem vbi filius habet aliquid ex mera disposizione legis, nam tunc illud nō est in consideratione, quoniam §. in verò non aequis ibi cui minor portio in ultima volun-tate derelicta, vel data fuerit, aut donata, & clarius in §. optimè ibi filius ex illius sub-stantia percepit, aut ex nouissima volunta-te dimissum, aut in vita datum, non com-prehendunt nisi ea, quæ ex mera volun-tate testatoris, & eius iudicio ad filium peruenta sint. 7 Contrarium tamen verius esse existi-mo ex eo, quod portio ex consuetud. filiis delata, est ipsa legitima l. 3. aucta, vt in spe-cie Caſtr. in conf. 468. n. 3. vers. nec obſtar vol. 2.

vol. 2. dicens quod ista bona subrogantur loco legitimæ debitæ de iure communi, & quod sapiunt eandem naturam arg. l. 1. §. nec actio ff. si quis in testam. liber esse iuss. fuer. ea ratione, quia taxatio quantitatis legitimæ est de iure positivo Autb. nouissima C. de inoffic. testam. per quam autæ fuit de quarta ad tertiam, & semissem secundum numerum liberorum, & propterea statutum disponendo, quod bona prædicta transire debeant in filios, dicitur augere legitimam iuxta potestatem, quam habet illam augendi, & hanc opinionem veriorem existimat Calder. in cōf. 32. in fin. de testam. Fulzof. cons. 42. n. 2. vers. nam per illam Menoch. cons. 456. num. 27. vers. & passim omnes DD. vol. 5. Anchār. cons. 101. nūn. 2. & cons. 428. D. Consil. Theodor. in alleg. 11. num. 11. & seq. Molfes. ad Consuet. Neap. p. 4. quest. 60. nū. 11. & seq. Surd. decis. 119. nū. 4. istamq; magis communiter receptam testatur Tbesaur. licet aliquantulum dissentiat lib. 3. qq. for. quest. 65. nū. 16. Merlin. de legitim. lib. 3. sit. 1. q. 24. n. 27 sic etiam in specie de hac medietate debita vigore nostræ Consuetudin. tradit Marescott. lib. 2. var. resol. c. 90. n. 13. & Neapod. in Consuet. & si testator sub nū. 5. fol. 175. in nouiss. vers. vñ autem diffinitatē inuenio.

¶ At vbi solam legitimam habet filius tantundem ab vxore consequi potest virtricus, & sic mater id relinquere non prohibetur, ita Bald. in d. l. bac. edictali in 1. quest. vbi Beltr. S. ita sāmen num. 1. & 2. idem cons. 166. vol. 1. Rub. cons. 115. Bursat. cons. 12. num. 10. & 38. vbi sic in Ros. Rom. iudicatum fuisse afferit, & hanc communem esse inquit Rimin. in cons. 333. num. 5. quam etiam vti talem approbat Boer. dec. 201. col. ante pen. vers. quam limitauit esse veram, & latè diximus in quest. 5. & 6. prout decisum refert Faber in suo Codic. lib. 5. sit. 5. de secund. nupt. definit. 3. igitur mater id faciendo, scilicet relinquendo tantundem secundo viro non videtur dispositionem d. l. bac. edictali prætermitttere, & non obseruare.

¶ Et hanc conclusionem, quod hæc portione veniat computanda tenuerunt in pun. & o Anchār. cons. 101. nū. 2. & Albert. Brun.

de status. exclud. femin. art. 5. in 10. quest.
11 Nec obstat dictum Neapod. in Consuet. si qua moriens in verbo saluo, scilicet quod filius duplex habeat bonorum subsidium, alterum, quod est iuris communis, & alterū quod est de decem nouem, & sic videtur innuere, quod nouem partes sint quid diuersum ab ipsa legitima, quæ debetur ex illa portione, de qua mater disponere potest, & consequenter istæ nouem partes, vel medietas non debent computari, cuius dictum Neapod. in specie sequitur Vinc. de Franch. in decis. 374. & decis. 667. nū. 5.

Si quidem respondetur illius dictum, non sustineri vti contra tex. d. Consuet. & si testatur, & Cōsuet. si qua moriens, in quibus habetur, quod testator de bonis sibi obuentis ab agnatis, & cognatis non potest nisi de medietate disponere, & de dotibus mater non potest nisi de decima parte disponere, & sic quoad alteram medietatem, & decimam partem possunt parentes ad eorum arbitrium disponere absque alia reservatione; vnde si Consuetudo aliter considerasset vtiique expressisset, quod non potuit negare idem Neapod. in d. consuet. & si testator sub num. 5. fol. 175. in nouiss. dicens quod filius in bonis subiectis consuetudini non habet aliud, nisi portionem per illam ei attributam, scilicet medietatem, in bonis vero per defunctum acquisitis tertiam partē hoc est legitimam Autb. de trient. & semiſ. col. 3. & sic deductis portionibus filiis per Consuetudinem tributis non debetur alia legitima, & consequenter parentes possent ad eorum arbitrium, in quos ve- lint de altera medietate, vel decima parte disponere; exceptis bonis per ipsos parentes acquisitis, de quibus cum in eis Consuetudo non militet, legitima debetur, in quam quoque opinionem deuenient communiter DD. vt supra relati.

12 Hinc etiam dixit idem Neapod. in dict. Consuet. & si testator sub nū. 5. quod sicut filius à legitima non potest absque causa exheredari Autben. vt cum de appell. cognoscit. S. aliud quoq; capitulum sic ab hac portione à Consuetudine debita, cum illa

- loco legitime subrogetur, ut meminit de
hoc dictio Vinc. de Franch. in decis. 374. su.
1. & Marescot. lib. 2. varia. resol. cap. 90.
num. 13.
- 13 Nec obstante in contrarium adducta,
nata illa rectius intellecta, pro hac op-
pinione allegari possent, siquidem in tan-
tum mater, paterque circa illud, quod fi-
lius ex consuetudine, vel statuto defertur,
onus imponere nequeunt, in quantum
succedat loco legitimæ, alias poterūt su-
per illa portione substitutionem, vel aliud
onus imponere, ut in specie Castr. in cons.
6. in fin. lib. 2. quem etiam in puncto se-
quitur Teste au. lib. 3. quæstio foren. quest.
65. nu. 7. & 8.
- 14 Item nec militat, quod hæc portio de-
beatur, quamvis non sicut heredes filij; nā
& ipsa legitima debetur, licet non sit her-
es filius, ut communiter DD. in l. quoniam
in prioribus C. de in offic. testam.
- 15 Et demum non obstat, quod erudit
Corn. in cit. cons. 82. num. 4. volum. 3. cum
contrarium firmauerint Beltran. in d. l. bac
edictali vers. ista tamen, per illud verbum
peruenit, ac Bursat. cons. 212. nu. 11. vol. 2.
& Gabriel. lib. 3. de secun. nup. concl. 4. n. 62.

ARGUMENTVM.

Dos data primo viro, num secun-
do ceneatur constituta in ma-
teria l. hac edictali, stante Statu-
to, quod vir lucretur medieta-
rem doris.

S V M M A R I V M.

- 1 Dos data primo viro, in dubio secundo cen-
setur constituta.
Amplia quævis primū matrimonii de facio,
& non de iure fuerit contractum nu. 2.
Item pro eadem extimatione sub nu. 2.
Item amplia etiam in dote à patre profecta
num. 3.
Item etiam in dote data ab extraneo, si secun-
dis consenserit nuptijs, dicit fibi illam reddi
Sipulatus sit num. 3.

- Amplia etiam tē secundo loco spirionale con-
traxerit matrimonium nu. 6.
Quamvis extaret statutum, ne mulier absq;
propinquorum consensu actum aliquem
faciat nu. 7.
Sed intellige de illa dote, quam immediatè
precedenti viro data sit nu. 8.
Item intellige de dote, & non de augumento
dotali nu. 9.
Declarata nu. 10.
Limita ubi ex primo matrimonio filij exta-
rent nu. 11.
Amplia quamvis vir non contradicente uxo-
re bona administraret, fructusque percipe-
ret nu. 13.
Item licet statutum permitteret dotem dari
omnia bona in prejudicium filiorum pri-
mi matrimonij nu. 14.
Intellige ubi statutum de dote presumpta
non laqueretur nu. 30.
Declarata nu. 31. cum seq. .
4 Auth. Sed quamvis C. de rei uxor. ac. proced-
dit etiam in dote promissa.
12 Presumptio, que à lege communis prouenit se-
cundum dictum ius commune intelligi de-
bet, & sic in Statuto.
15 Menob. lib. 3. presump. 6. num. 33. circa ra-
tionem, quam affert confutatur.
16 Vnusquisque censetur secundum leges volun-
tatem suam accommodare.
17 Factum censetur id, quod à iure fieri debet.
18 Faciens actum videtur legi de illo actu lo-
quente se adstringere.
19 Mulier in constitutione dotis videtur se con-
formare cum dispositione Statuti.
Intellige nu. 24.
20 Contrahentes potius statutum, quam legem
communem attendere voluisse censemur.
21 Quod à statuto dispositum est, videtur inesse
contractibus, ac si expressum esset.
22 Clericus ab intestato decedens ligatur statu-
to circa bonorum successionem loquente.
24 Regulariter par est virtus taciti, quam ex-
pressi.
Sed contrarium nu. 25.
26 Tacita pupillaris substitutio matrem à legi-
timia non excludit, sicut expressa.
37 Stante statuto, quod mater possit constitu-
do dotem de ea disponere, etiam in praiu-
dicium filiarum ex primo matrimonio,
per

per actum & implicis constitutionis dotis factum secundo viro, non censemur praedictum filij primi matrimonij.

Sed contrarium nu. 28. & 29.

31 *Dos data primo viro an & quando secundo constituta censemur, stante statuto, ut maritus medietatem illius lucretus cum non nullis declarationibus, & num. 32. cum sequen.*

Q V A E S T I O X X I I I .

1 *Iacet verissima sit juris conclusio, quod in dubio dos data primo viro, censemur secundo constituta l. dote quae, & l. diuus ff. de iur. dot. l. penult. \$.*
uxor ff. solu. matrim. \$.
pen. Autem de nupt. cum non presumatur, mulier secundo nubens velle ad secundum virum indotata accedere; quam conclusionem a communem appellat Ruin. in rubric. ff. sol. matrim. nu. 205. & sequen. & conf. 53. num. 27. lib. 2. & conf. 61. num. 1. & seq. lib. 3. & sequuntur Rimini. junior cons. 374. num. 8. & sequen. Menoch. conf. 5. volum. 1. Guid. Pap. decis. 375. num. 3. Faber in suo Codic. lib. 5. tit. 7. de iur. dot. definit. 18. & 37. & hanc magis receptam post inumeros testatur Manic. de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 15. num. 5. vers. sed diversa sententia, qui sub nu. 6. id extendit etiam si primū matrimonium de facto tantum, & non etiam de iure fuerit contractum, quod notandum tradit, ex eo, quia inter cognatos, & affines sèpè còtrahitur matrimonium, quod postea ex Dispensatione Apostolica reintegratur, alia dote non constituta, ex Re land. de lucr. dot. quest. 77. in fin. & notat idem Faber dics. definit. 18: num. 12. & 20: re eos. Conerr. præf. quæst. cap. 28. num. 1. vers. tertio, ubi codem modo, quo primo còstituta fuit, secundo tradita esse cèlebratur, veluti si res fuerint extimatae, nam censemur pro eadem nec extimatione tradita, & sequitur Natt. cons. 571. num. 3.

3 *Quod nedum in dote à patre profecta procedit ut in Autem. sed quamvis, & ibi glos. in vers. fortuita C de res. uxor. act. licet primum matrimonium non habuerit esse, & sic rex. d. Ausb. sed quamvis locum*

- 4 *habet etiam in dote promissa, prout hanc vti veriore fundat opinionem Pascal. de patr. potest. cap. 4. par. 1. num. 89. & seq. Sed etiā in dote data ab extraneo, qui si consentiat mulieri secundo nubenti videtur dotem repetere, quamvis illam sibi reddi stipulatus sit l. cum maritus ff. de pact. dotal. Quā cōclusionem ampliant DD. et si secūdo loco spirituale cōtrahat matrimoniu, velut per ingressum religionis, quoniam habebit dotem, ac si secundo copulata esset \$. sed hoc in præsenti Auth. de sacro sanct. eccles. Cyn. in d. Auth. sed quamvis num. 6. etsi extaret statutum ne mulier absque propinquorum consensu actū aliquem facere possit, cum illud talem legis præsumptionem non impedit, ita Ruin. d. conf. 61. num. 3. vol. 3.*
- 5 *6 Tamen intelligenda erit de illa dote, quam dedit viro immediate præcedenti, non autem, quam dedit primo, vel secundo, si pluribus fuerit nupta l. pen. \$.*
uxor ff. solu. matrim. Paul. de Castr. in l. insulam \$.
ult. vers. sed quid ff. solu. matrim. & si secus sentiat in d. l. pen. \$.
uxor, sic etiam firmat Bal. Nouel. de dot. p. 9. priuil. 71. Phanuc. de lucr. dot. glos. 10. num. 33. & ibi Roland. quest. 78 cum alijs per Menoch. lib. 3. præsump. 6. nu. 37. & sequen. Item intelligenda quoque sit de dore tantum, & non de augumento, seu donatione propter nuptias à viro facta, vt in specie Natt. d. cons. 571. num. 9. Jacob. Mandel. cons. 22. nu. 5. in fin. & cons. 68. in princ. & Aym. Crauet. cons. 185. ex eo, quia, quid separatum à dote iudicatur, & mortuo viro ad eius hæredes transit ita Thesau. in decis. 46. num. 7. Chircuos. comm. opin. cent. 1. conclus. 94. Gratian. tom. 1. discept. forens. cap. 172. num. 21. & cap. 254. num. 65. plenè Surd. cons. 397. à num. 15. usque ad finem, quicquid sit in vero augmento ab ipso viro facto, & non in donatione, vt latè Ruin. cons. 53. volum. 2. quem latè exornat Surd. d. cons. 397.
- 7 *11 Hæc inquam conclusio, & si vera sit, nonnullas tamen patitur limitationes, de quibus latè Menoch. d. præsump. 6. & Manic. d. tit. 15. & præcipue ubi extarent ex primo matrimonio filij, nam tunc stante statuto, quod vir medietatem dotis lu cretur,*

cretur, illa iuris præsumptio cessaret, vt in specie Bart. in dispus. incip. mulier quest. 7. colum. 1. vers. secundo sequitur Nuss. d. conf. num. 1. in fin. Alexan. conf. 144. num. 3. lib. 5. Socin. conf. 35. volum. 4. Pbanuc. de lucr. dot. glof. 10. num. 33. vers. item intellige: Roland. in eodem tract. quest. 34. Alexand. Trentacing. lib. 3. var. resol. tit. de iur. dot. resol. 3. num. 5. Osasch. decis. 21. col. 24. Menoch. d. præsump. 6. num. 32. Boer. decis. 137. sub num. 3. Joan. de Garon. in rabr. de secun. nupt. num. 81. latè Surd. d. conf. 397. anu. 24. usque ad finem, Ludouij. decis. 173. num. 19. de qua etiam Decis. meminit Farinac. decis. 121. num. 3. par. 3. & ratio ea esse videtur, si quidem dum lex est illa, quæ præsumit, non præsumit dotem dari secundum statuta, sed secundum ius commune, præsumptio enim, quæ à iure communi prouenit, intelligi debet secundum ipsum ius commune, sicut è contra statutum corrigens ius commune, non interpretatur secundum ius commune, Traq. in tract. le Mors. sahit in 2. pandect. 2. nu. 1. & in similibus Pract. Papier. in forma libel. Igitur si maritus vti vellet illa tacita constitutione dotis à lege inducta, teneatur illa vti eo modo, quo eam lex inducit, & sic secundum dispositionem l. bac edicitali, & non secundum dispositionem statuti.

13 Quod ampliarur etiam vbi vir non tradicente vxore, eius bona administraret, & fructus perciperet, vt tenet Camp. de dot. par. 1. priuil. 34. in fin. Faber in suo Codic. lib. 5. titu. 7. de iur. dot. definit. 18. in princ. & hanc opinionem communiter esse receptam testatur post Alex. Bar. Rui. Cephal. & alios Mantic. de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 12. nu. 23. & sequen. ex eo, quia ageretur de magno præjudicio vxoris, scilicet de amittendo dominio. Quamuis Osasch. in decis. 21. num. 21. dicat ex quo in eo calu fuerat probatum, maritum à die contracti matrimonij sciente, & patiente vxore possedisse bona vxoris pro restituzione dotis ab hereditibus primi viri traditæ, quod Senatus censuit locutus esse statuto.

14 Quam etiam conclusionem ampliat

Menoch. in d. præsump. 6. num. 33. procedere etiam vbi statutum permetteret dari in dotem omnia bona secundo viro in præiudicium filiorum primi matrimonij, ea ratione, quia est tanta matris affectio, & amor erga filios, vt præsumendum non sit, eos voluisse bonis spoliare, & secundo dare viro; quæ ratio secundum me nō satistis facit, cum contrariū in sex. decidatur, videlicet in l. quæ tuores C. de administr. tutor. vbi ob amorem quem gerit vxor erga secundum virum, præsumatur filios alterius matrimonij excoriare, ob quod ei interdictitur administratio; vnde præsumptio potius esset in contrarium, siquidem ex d. l. præsumeretur, omnia bona secundo viro dare voluisse.

Sed ea ratio esse videtur, nam sicut mulier de iure tenetur non plus vitrico, quā vni ex filijs primi matrimonij dare l. bac edicitali, ita præsumendum est, eam fecisse, cum quia censemur quis secundum leges voluntatem suam accommodare glof. & DD. in l. cum ita §. in fideicommisso ff. de legas. 2. cum etiam, quia factum præluminatur eo modo, quo de iure fieri debet l. ff. quis ad exhibendum ff. de except. rei iudicat. 17 & faciens actum videtur legi de illo actu loquente se adstringere l. duo cum glof. ff. de acquir. hered. & latè Socin. conf. 35. vol. 4. vbi hanc opinionem tuendo alias refert rationes, quibus hæc conclusio firmatur, & post eum, & alios Surd. conf. 34. num. 37. & conf. 215. num. 8. & 9.

19 Nec mouet quod mulier dando dotē expressè, vel tacitè videatur conformasse voluntatem suam secundum statutum. Bar. in l. iuris iurandi §. 5 liberi num. 5 ff. de oper. libert. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 18. num. 8. DD. in l. heredes mei §. cum ita vbi latè Zanb. par. 9. num. 5. ff. ad Frebell. cum alijs per me allegatis in addit. ad Surd. in decis. 20. in fin. cum lex municipalis magis regulet voluntatem contrahentium, quam lex communis, quia est condita secundum mentem ciuium, secundis quam præsumuntur velle vivere, vt post Socin. Corn. Rip. & alios, hanc esse communem firmat Mantic. de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 8. num. 5. & 6. adeo, vt quod à statutis dispe-

- 21 dispositum est, perinde contractibus inesse videatur, ac si pactū esset expressum l. si fundus ff. de eiusē. vt de clero dicimus, qui & si statutis nec actiū, nec paſſiue ligetur, attamē si velit, illis se subijce re posset, & propterea ille ab intestato decedens censemur se cum dispositione statuti confirmare, & eius bona vigore illius
- 22 ad proximiores spectant, vt decreuiffe, Regium Collarerale Consilium retuli in addit. ad Surd. in decis. 20. & hanc veram esse sententiam profitetur Surd conf. 560. num. 13. & Mart. de success. legal. par. 1. q. 13. art. 12. num. 31. cum regulariter par sit
- 23 virtus taciti, quam expressi.
- 24 Siquidem responderetur id procedere, vbi dos expresse à muliere constituta fuisset; non autem tacitè, nam illa tacita non venit à statuto, sed à lege, & sic lex est illa, quæ dat dotem, vel dari præsumit, & propterea iuxta eius qualitatem quis illa vti debet, vt supra diximus.
- 25 Nec obstat, quod regulariter par sit virtus taciti, & expressi, quoniam, ultra quod adest alia regula in contrarium, scilicet expressa nocent, & non expressa nō nocent l. expressa ff. de regu. iur. tamen eadem non est ratio taciti, & expressi, l. qui certarum §. 1. ff. de verbor. oblig. & tacitum, quod prouenit ex præsumptione legis eundem effectum non parit, quem producit expressum ita Ias. in l. cum quid nu. 6. ff. si cert. petat. quod probatur exemplo ta-
- 26 citæ pupillaris, quæ matrem à successione filii non excludit l. precibus de impuber. & alijs substitut. tamen si verbis expressa fuerit, matrem repelleret l. Papinianus §. sed nec impuberis ff. de inoffic. testamen. ea tamen ratione, quia agitur de exclusione matris, vt latè tuetur Menoch. lib. 4. præsump. 39. nu. 29. vers. ceterum, dicens, quod vbi agitur de alicuius exclusione, hoc argumentum falsum esset, quod etiam latius voluit eodem lib. 4. præsump. 40. nu. 10. ex Curt. iun. in l. cum quid num. 15. vers. 8. casus ff. si cert. pet. Aret. in l. 2. in prin. col. pen. ff. de vulg. & pupil. sic etiam Paul. de Caſtr. in conf. 25. vol. . vbi inquit, quod voluntas, & actus taciti non sint ita interpretandi, sicut expressi.
- 27 Quod etiam extenditur vbi per statutum quoque licitum esset viduæ omnia, eius bona in dotem dare secundo viro, exclusis filijs ex primo matrimonio, & mater simpliciter doté secundo viro constitueret absq; filiorum exclusione, cum & in hoc casu filij nō dicerentur exclusi; vt plenè consuluit Rayner. de foruol. inter cons. Signor. 68. & cons. vlt. quem latè tuetur Brun. de Statut. art. 6. q. 27. vbi confusat rationes Signor. in conf. 37. vt etiam in terminis prædicti statuti consuluit Pau. de Caſtr. in conf. 359. par. 2. num. 2. Ias. conf. 50 lib. 1. Curt. sen. conf. 78. in quam quoque opinionē, licet sub dubio, deueniat Merlin. de legitim. lib. 3. titu. 1. q. 26. num. 1. ea ratiōne, quia actus exclusionis dependet à matris voluntate, quæ dum illa expresse non declarauit, cessat exclusio.
- 28 Et si hæc quæſtio non transeat absque difficultate, cum contrarium firmarint Signor. in d. conf. 37. impugnando consiliū Rayn. quem latè contra Brun. defendit Natt. conf. 147. & 148. ac Phanuc. de lucro dot. §. si sine liberis num. 23. & seq. ea ratione, quia exclusio fit ipso iure absque facto mulieris ex eo solo, qđ est data dos, stantibus illis verbis in statuto positis, & sic actus exclusionis non est in potestate mulieris, licet solus actus sit in eius potestate, scilicet dotem dare.
- 29 Ob quod Thesaur. pater in addition. ad cons. ultim. Rayn. dicit, hanc controversiā 29 egere Cæsarea decisione, de quo dicto etiam testatur Thesaur. filius in lib. 1. qq. forens. q. 94. quamuis subdat fuisse communiter per Senatum reprobata Rayn. opinionem propter verba statuti sic ampla; hæc denique opinionem firmat Bero. quæſt. famil. 119. num. 5. & decisum refert Boer. in decis. 113. & ante eos admittit Socin. conf. 52. lib. 3.
- 30 Verum supradicta locum haberent, vbi statutum tribuens secūdo viro dotis medietatem, non loqueretur in dote præsumpta, alias contrarium esset dicendum, quoniam statutum potest d. l. bac editali derogare, dummodo filij sua legitima nō fraudentur, vt latè diximus in q. 6.
- 31 Et si vbi statutum etiam in dote præsumpta

- sumpta locum obtineret, non ita simpli-
citer, & absolutè erit intelligendum, sed
cum infrascriptis declarationibus. Qua-
rum prima erit, quando secundus vir hu-
iustmodi dote dignus esset, cum dos con-
stitui debeat secundum qualitatem viri
*I. post S. gener. & I. quaro ff. de iur. dot. l. si filia
ff. de leg. 3. per quæ iura sic in specie tradi-
dit Roman. in cons. 44. num. 4. in fin. vers. &
tunc idem dicendum, dum inquit, quod in
hoc casu declarari, & constitui debet dos
magna, vel parua, considerata vtriusque
coniugis qualitate, & ipsius uxoris facul-
tate, qua declaratione facta lucrabitur
maritus medietatem dotis declaratae,
quod etiam ante eum voluit *Bal. in l. nul-
la num. 2. in fin. C. de iur. dot. dicens ius pa-
ti non debet, quod dos ultra mensuram**
- 32 constituatur, ex eo, quia iuris præsum-
ptio adaptari non debet ad id, quod ve-
risimile, & iuridicum non est, quodque
secuti sunt Angel. cons. 316. Boer. d. decis.
113. num. 6. à contrario sensu Bero. cons.
39. lib. 1. & Mantic. de tacit. & ambig. lib.
12. tit. 14. num. 3. maximè si mulier pul-
chra, vel nobilis esset, & vir ignobilis;
vel senex, quo casu facile præsumendum
erit, matrimonium absque dote contra-
ctum fuisse, vt in puncto inquit Angel. in
cons. 335. num. 1. per glos. quam sing. dicit
in S. Sinautem Auth. quomodo opor. episc.*
- 34 Secunda erit declaratio, quod & si sta-
tutis dispositio in dote præsumpta milita-
ret, tamen ad effectum, vt medietatem il-
lius secundus vir lucretur, non præsumi-
tur tota dos illi constituta, sed ita demū,
vt vir non lucretur, ultra quam haberet
vnum ex filiis primi matrimonij ita in spe-
cie Bart. in d. q. 7. nu. 15. vers. aut ex primo
matrimonio, & hanc esse communē inquit
Alex. cons. 122. nu. 9. vers. illud etiam lib. 7.
& cons. 144. nu. 3. lib. 5. Rom. cons. 44. n. 4. in
fi. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 15.
nu. 14. prout decisum refert Ossach. d. dec.
21. nu. 22. in fin. & sequutus est Grasian. to.
3. discep. for. c. 463. nu. 13. cum seq.*
- 35 Sed hoc intelligendū erit, vbi de filiis
primi matrimonij statutum mentionem
non faceret, alias secus, per ea, quæ dixi
in d. q. 6.*

ARGUMENTVM:

Confessio dotis receptæ num-
dispositioni l. hac editali
subijciatur.

S V M M A R I V M:

- 1 Confessio dotis receptæ dispositioni d. l. hac edi-
ctali subiacet.
 - 2 Confessio dotis receptæ nulla precedente pro-
missione, dotis solutionem non probat.
 - 3 Confessio dotis receptæ nocet marito, eiusque
heredibus, sed non alijs, quorum interesse
posset, & nu. 12.
 - 4 Mulier si velit non obstante confessione do-
tis receptæ per maritum facta contra pro-
missores agere.
 - 5 Confessio solutionis per Curatorem facta,
non relevat soluentem, si de solutione
aliter non constaret.
 - 6 Actus solutionis, & confessionis diuersi sunt.
 - 7 Donatio ex confessione dotis resultans, nulla
erit, etiam iurata, nisi in morte conforme-
tur.
- Intellige dummodo iuramentum sit assertio-
rium, & non promissorium nu. 8.
- Limita in vera donatione iurata nu. 9.
- Item limita ubi versaretur inter virum
ignobilem, & uxorem nobilem nu. 10.
- Velsi extraneo, & non uxori confessio à vi-
ro fieret nu. 11.
- 13 Confessio dotis receptæ non sub spe futura mu-
nerationis, an potius ex causa donationis
omissa censeatur.
Affertur distinctio nu. 14. & 31.
 - 14 Actus in dubio censetur factus in casu per-
missio.
 - 15 Confessio dotis receptæ facta intra legitima
tempora opponendi exceptionem non nu-
merat dotis, non praividicat viro, eo in-
fra dictum tempus decedente.
Amplia quamvis iurata sit nu. 17.
 - 16 Limita ubi postquam elapsum esset tempus,
maritus vitam cum morte commutaret
num. 18.
 - 19 Confessio dotis receptæ non praividicat viro,
nec eius heredibus, ubi alterius fuerit sub-
sequen-

- sequitur promissio, afferentis reuera mari-
ti confessionem emissam fuisse sub spe fu-
ture numerationis, ob quod se constituit
ei debitorem in certa quantitate.
- Intellige an incontinentis; vel ex interuallo
subsequens promissio facta sic num. 20.
Sed contrarium nu. 21.
- Amplia nedium vir, eiusque heredes ad dotis
restitutioinem tenentur, sed ad antefatum
num. 23.
- 24 Donatio licet pura censetur facta sub spe
futura promissionis nu. 3. Vbi post dona-
tionem, donatarius in continentie separata
contractu donanti aliquid promisit.
- 24 Maritus post confessionem dotis receptis, ac-
cepit eiusdem dotis promissionem, cen-
setur illam loco solutionis recipere, ita ut
renatur nedium ad illius restitutioinem.,
licet eam non exegerit, sed etiam ad ante-
fatum.
- Affertur distinctio, an à patre, vel ab exera-
ne subsequens facta sit promissio num.
25. & 26.
- Et quid si subsequens promissio fieret ex
alii causa, quam maritus confessus se re-
cepisse, veluti ex causa mutui nu. 27.
- Limita si tali subsequenti promissione vxor
confessisset num. 25.
- 28 Affl. decis. 323. declaratur.
- 29 I ex. in l. si extraneus fidei iur. dot. non pro-
cedit respectu matris.
- 32 Confessio dotis recepta facta à viro post con-
tractum matrimonium sapis naturam
donationis.
- 33 Testator si fatetur se alicui certam summa
deberi, quam reuera non debet, censetur
uelle illi legare.
- 34 Glos. in l. qui testamento ff. de probat. repro-
batur.
- 35 Confessio dotis recepta à viro facta ante ma-
trimonium, praediticat nedium confitenti,
eiusque heredibus, verum etiam credito-
ribus, dummodo elapsa sint fatalia opponē-
di exceptionem non numerata dot.
- 36 Statutum loquens de dote verificatur in dote
confessata, elapsa tempore opponendi exce-
ptionem non numer. dot.
- 37 Doscensur soluta per lapsam temporis ad
opponendam exceptionem non numer. dot.
etiam in praesudiciun. creditorum.

- Item ubi exceptioni prædictæ expresse re-
nunciatum fuerit nu. 38.
- Sed contrarium nu. 39.
- Limita inservientiे iuramento nu. 41.
- 40 Dolo futuro renunciari non potest.
- Item ubi incontinenti, & non ex interuallo
fieret renunciatio num. 42.
- Vel ubi creditores pro eorum creditis non
producerent nisi solam confessionem n. 43.
- 44 Confessio dotis recepta etiam præcedente pro-
missione subiacet dispositioni leg. hac edi-
tali.
- Sed intellige nu. 46.
- 46 Confessio dotis recepta præcedente promission-
e præiudicatis nedium ipsi confitenti, immo
omnibus etiis creditoribus, licet anteriori-
ribus confessione, sed posterioribus promis-
sione.
- 47 Confessio dotis recepta facta in testamentis
etiam præcedente promissione significatur ita
vix legati.
- Sed contrarium nu. 48.
- 49 Confessio dotis recepta constante matrimonio
facta elapsis fatalibus opponendi exceptio-
nem non numer. pecun. præiudicat etiam
creditoribus viri confitentis.
- Sed contrarium nu. 50.
- 51 Si autem Autb. de tempor. non fuisse pecun.
declaratur.
- 52 Creditores viri dotis receptionem confitentis,
& si stante lapsu bimiliū non possint oppo-
nere de non numerata dotis, tamen non
excluduntur, ut non possint opponere de
donatione.
- 53 Confessio dotis recepta, siue ante, siue post ma-
trimoniū facta sit, siue elapsa sine tempore,
semper in fraudem l. bas editali. iudica-
tur nu. 55. & 56. cum seq.
- 54 Dispositio l. bas editali locum habet in dol-
natione facta alicui ante matrimonium,
cum quo deinde contractum fuit.
- 57 Statuum, quod vir lucretur medietatem
dotis, non procedit in dote præsumpta, vel
lusi in dote data primo viro, quod secundo
censetur constituta, ubi agitur in male-
ria l. bas edituli, quamvis vxor confessā
fuerit se dōrem illam primo viro datam
secundo constituisse.

QVAE.

Q V A E S T I O X X I V .

Confessionem dotis receptæ subiaceere depositioni l. bac edicitali, dubium aliquod esse nō videtur, ex eo quia est confessio facta inter personas suspeccias, quæ etiam iurata non valet, tāquam in fraudem legis; arguitur enim ex ea donatione ad rex. in l. cum quis decebens S. Titia ff. de leg. 3. l. qui testamentum 27. de probat. L. vir usuras 54. ff. de donat. inter vir. & uxor. prout in specie firmarunt Bart. in d. S. Titia num. 2. Bald. in l. 1. num. 5. C. de inoff. donat. Beter. cons. 292. col. 3. volum. 3. Cune. sen. cons. 1. Aym. Grauett. cons. 40. T besaur. decis. 32. num. 8. Alexand. Trentacing. lib. 3. var. res. sit. de matrimoni. resol. 5. num. 34. Franc. Marc. decis. 26. lib. 2. Magon. decis. Flor. 68. Farinac. decis. 121. num. 3. in fin. p. 3. Statib. Pacific. decis. 22. post tract. de saluian. interd. vbi inquit fuisse per Rotam determinatum, confessionem mariti nulla existente promissione aliquod creditum non probare, & proinde in eo casu non fuisse locum Saluiano interdicto; de qua etiam decis. meminit Farinac. in decis. 61. p. 1. nu. 2. sic etiam Faber in suo Codic. lib. 5. sit. 10. definit. 6. de dote curat. non numer. vbi ait confessionem mariti nocere sibi eiusque habet debitis, sed non alijs, quorum interesse potest. argument. l. final. ff. de interrog. act. adeo, vt nō prospicit debitoribus dotis, cum contra eos, mulier si velit agere posset ex eo, quod id vxori animo donandi fecisse censeatur, vt etiam voluit in d. tit. definit. 1. prohibitus enim donare confiteri nequit. ita in specie Socc. cons. 65. circa primum col. 5. vers. postremo predicta conclusa vol. 1. Corn. cons. 185. col. 3. vers. his tamen non obstantibus vol. 2. Tiraq. de leg. connubial. fol. 185. vers. contrarium tamen in simili. Alex. cons. 18. volum. 3. Dec. cons. 132. & ita tenuisse Rotam inquit Pus. decis. 55. lib. 3. asteres in fine, sic in hac facti specie confessionis decisum fuisse; Et faciunt aducta per Surd. decis. 229. vbl confessio curatoris sibi fuisse solutum non relevat soluentem, si de solutione aliter non constet nisi per confessionem, in qua decis. latè ego in addit. quia

actus solutionis, & actus confessionis sūt diuersi l. sive causione C. de non numer. pecun.

6 Et hæc conclusio fundatur in l. 1. C. de dot. caus. non numer. vbi numeratio non probatur per confessionem.

7 Quamvis talis donatio ex dicta confessione resultans, licet iurata nulla censematur, nisi morte confirmetur, vt inquit Bart. in d. l. cum quis decebens S. Titia. nu. 2. ff. de leg. 3. & in l. s. diuortio num. 3. ff. solus. matrimon. & ad stipulancur Roman. cons. 44. & Bald. nouell. de priuileg. dot. p. 10. priuile.

8 1. num. 7. dummodo iuramentum sit assertorium, & non confirmatorium, sc̄ū promissorium, vt post multos Couarru. lib. 1. var. resol. cap. 7. num. 4. licet contrarium firmet num. 5. Serapbin. de priuileg. iuram. priuile. 71. nu. 55. & seq. Menoch. lib. 3. pref. 12. num. 41. cum seq. Sanchez. de matr. lib. 6. disput. 12. sub num. 3. vers. placet autem medium sententiam eligere.

9 Quicquid sit in vera donatione iurata vt latè tradidi ego ipse in addit. ad Surd. in decis. 154. in fin. vel vbi versaretur inter virum ignobilem, & vxorem nobilem, eum eo casu donatio præsumatur Sanchez. de matr. mon. lib. 6. disput. 9. num. 8. & Valaq. consuli. 5. num. 18. ac Menoch. dict. pref. 12. num. 77. cum alijs ab eis congregatis; Quicquid in dubio cōtrarium videatur firmare glof. in l. s. voluntate vers. peten-

10 dis C. de dot. promiss. Vel si extraneo, & nō vxori confessio à viro fieret, vt post Gabriel. in cons. 163. num. 10. volum. 2. tenuisse Rotam testatur Marescot. lib. 1. var. resol. cap. 8. num. 8. sed quoad ipsum virum, & non quoad eius creditores hæc confessio præjudicaret docet Salic. in Authent. sed iam necesse C. de donat. ant. nupt. licet multi incaute eum allegent.

11 11. Et si Doctores ad dilucidandam veritatem supradictæ quæstionis incident in illam controuersiam, num confessio in dubio sit facta sub spe futuræ numerationis, an potius ex causa donationis, (quibus, quænam crebrior, & verior sit, difficile discerni posse inquit Gabriel. cons. 163. num. 21. lib. 2. sed ad coniecturas recurrendum) cum pro resolutione no manu que;

quærant tempora confessionis, an ante, & in ipso matrimonij contractu, vel post 14 matrimonium emissa sit confessio. Cum in primis duobus casibus sub spe futuræ numerationis emissa intelligatur ex l. fin. cum Auct. seq. ibiq. DD. C. de dot. caut. non numer. glof. & Bart. in l. C. cod. Paul. de Castr. conf. 7. num. 17. part. 3. in nouiss. Bald. nouell. part. 10. priuile. 1. num. 7. & hanc else communem sententiam testatur idem Gabriel. d. conf. num. 17. & vti magis receptam sequitur Couarr. lib. 1. var. refol. cap. 7. num. 6. vers. est item, Molin. de contract. disput. 439. §. & quidem, Menoch. de presumpt. lib. 3. pref. 12. num. 56. & 65. Valafq. consult. 5. num. 5. Sanchez. de matrimon. lib. 6. disput. 9 num. 1. ea ratione quia vbi duæ concurredunt conicetur, quarum vna est prohibita, altera verò permitta, tunc in dubio actus censetur factus in casu permisso, & sic sub spe futuræ numerationis dotis, quam facile tunc temporis concipit maritus, ne eligatur interpretatio, per quam actus reddatur nullus, ad tradita per Bar. in l. de pupillo §. sed vt reprobari num. 7. ff. de nou. oper. exunciat. ibique Ias. & Alex.

16 Ex quorum dictis infertur, quod si in primo casu maritus intra tamen legitima tempora opponendi exceptionem prædictam non numeratae dotis moriantur, eo casu confessio confitenti non præjudicet, & successuè nec filijs primi matrimonij ad tex. in d.l. ultim. cum autb. seq. C. de dot. caut. non numer. ex eo quod dos absque numeratione dici non potest 17 d.l. 1. ead. tit. glof. in l. assiduis in verbo date C. qui patior. in pignor. babeant. quamuis iuramentum tali confessioni interpositum fuerit, vt per DD. in d.l. ultim. & post eos, & alios Mantic. de tacit. & ambig. lib. 1. tit. 20. num. 5. ac Faber in suo Codic. lib. 5. tit. 7. definit. 15. & 17. de dot. caut. non numer.

18 Sin verò postquam elapsum sit tempus opponendi hanc exceptionem maritus ab hac uita migrauerit, eo casu confessio ueram probaret numerationem ad glof. in d.l. 1. C. de dot. caut. non numer. prout etiam uidetur esse de mente Bart. in d. l. assiduis, & Autbent. sed iam necesse, &

admittit Soccin. sen. conf. 82. num. 1. lib. 3. ex eo, quod uidetur tacita renunciatio arg. l. 2. §. expectandi ff. de bonor. possib. secund. tab.

18 Limitant id vero Doctores vbi tali confessioni patris, mulierisue, ac alterius promissio subsequetur, assertentium re uera mariti confessionem emissam fuisse sub spe futuræ numerationis, ob quod se constituunt debitores in certa quantitate soluenda infra certum tempus, quoniam eo casu ex dicta mariti confessione super eis bonis nullum ius uxori acquisitum censemur, & consequenter nulla erit confessio respectu filiorum primi matrimonij, sed satis erit, ut vires haeredes in casu restitutionis actiones contra promissorem cedant, ut docet Paul. de Castr. in l. pen. §. si vir. nu. 2. vers. ego nescio quid velit ff. solut. matrimon. & ante eum firmauit ibi Roman.

Sed Bal. huic limitationi nō sic absolute adhæret in d.l. pen. §. mulier, sed cū distinctione responderet. scilicet, an sequens promissio facta sit incontinenti, uel ex interuallo, si incontinenti, scilicet eadē die, loco, & te-2 ostibus, & tunc quod mulier non possit nisi ad iura cedenda agere, sin verò ex interuallo, & in eo casu iterum distinguit, scilicet, an promissio subsequuta fuerit intra tempus opponendi exceptionem non numeratae dotis, & tunc idem esset, ac si incontinenti, sin verò elapso tempore, & eo casu per subsequentem promissionem nullum poterit mulieri præjudicium inferri circa ius quæsumum in bonis sui viri per præcedentem eius confessionem, quod etiam firmauit in l. legem num. 3. C. de pact. At huic Bald. distinctioni opponitur per Alex. in d.l. pen. §. si vir uxori num. 2. dicen-21 tem totum esse oppositum, scilicet quod si incontinenti subsequuta sit promissio, tunc iura uxori per confessionem super bonis viri acquisita non eneruantur, ex eo quod confessio censeretur habuisse respectum ad illā promissionē statim securā, & eius contemplatione maritus confessus præsumeretur, & sic illa sequēs promissio loco solutionis dotis haberetur, sin verò ex interuallo, & tunc inquit confessio-

fessionem fuisse sub spe futuræ numerationis factam, quo casu hæredes mulier cedentes actiones liberantur, & hæc Alex. distinctio videtur verior, & communior, vt in specie ante eam tradit Bart. in l. pen. S. si vir ibiq. DD. ac ipse met Bald. sibi parum constans in conf. 224. vir fuit confessus lib. 5. & secuti sunt Morot. conf. 60. num. 16. Neuizan. lib. 2. filii. nupt. num. 37. qui sic Mediolanensem Senatum iudicasse testatur, sic etiam Affl. decis. 323. Campeg. de dot. p. prima quest. 52. num. 3. vers. aduertendum tamen est, & p. 5. q. 75. cum alijs congestis per Menoch. lib. 3. præsumps. 12. num. 90. vbi hanc magis receperam esse, & in iudicando sequendam profitetur, quibus adstipulantur Manic. de tacit. & ambig. lib. 11. sit. 20. nu. 6. & 33. ac Fontanell. de paci. nupt. claus. unic. part. 2. num 3. & seq. sic quoque ante eos existimat Rip. in l. generaliter num. 116. vsque ad num. 118. C. de reuocand. don. vbi per notata per Bart. & alios in d. S. si vir. ait, quod si donatarius incontinenti post donationem aliquid donanti promittat dare, vel facere, & non adimpleat, quod donatione euaneatur, tanquam facta spe futuræ promissionis. In tantum, quod sequuta promissionem incontinenti, hæredes viri tenentur ad dotis confessaræ restitutio nem, nec liberantur per cessionem, quod adeo verum existimat Faber in suo Codic. sit. de iur. dot. definit. 15. & 17. vt nendum ad dotis, sed ad antefati restitutio nem quoque tenentur, subdens sic Senatum determinasse, ex eo quod maritus recipiendo illam promissionem censeatur loco solutionis dotis acceptasse no men debitoris, & sic dotis creditum in aliam caussam, scilicet promissionis translatisse.

25 Quamvis hæc conclusio, & si vera sit non absolute procedit, sed cum distinctione, scilicet an promissio subsequuta confessione, facta sit à patre mulieris, vel ab extraneo-cum in primo casu hæredes cedendo actiones liberarentur, nec tene rentur ad aliquid antetum, nisi pro rata veræ dotis solutæ, at in secundo casu secus prout docet Salic. in Autben. sediam

neceſſe C. de donat. ante nups. per quem sic firmiter tenet Couarr. lib. 1. var. resol. cap. 7. num. 6. vers. est, & alia circa med. subdens ab hac opinione non discedere Regiam Audientiam, prout etiam testatur Michael. Ferr. 3. part. obser. cap. 48. & post eos de obseruantia dictæ Regiæ Audientiæ etiam profitetur Cancer. lib. 1. var. re 26. lib. cap. 9. sit. de dot. & donat. propter nups. sub num. 82. vers. Regia tamē Audientia, & hæc opinio fuit originalis glof. in l. dotem à patre 36. vers. adstipulatur ff. de iur. dot. sed hoc bene procedit respectu restitutio nis dotis, secus verò respectu augmenti, & donationis propter nuptias, nam ad illam tenerentur hæredes viri, quamvis pa ter promisisset, vbi ratione defloratæ vir ginitatis illa deberetur, vt decisum refert Faber in suo Codic. lib. 5. sit. 7. definit. 1. & 15.

27 Et si ampliari possit supradicta conclu sio etiam vbi promissio subsequens con fessione fieret ex alia causa, qua m̄pritus cōfessus fuerat recepisse, vt puta ex cau fa mutui, vt plurimum in hoc Regno vidi obseruatum, quod pro cautela per peri tos Regni fuisse inuentum ad hoc, vt tam vir quicquid confessus sit recipiat, quam etiam, vt mulier consequatur antefatu tum, etiam dote non soluta inquit Ioh. Andr. de Georg. in alleg. 45. num. 39. vel vbi ex ea annum censum perciperet, & firmat etiam Menoch. dit. præsumps. 12. num. 92. Soccin. sen. conf. 130. num. 19. vers. & pos te lib. 4. ac Vrfill. ad Affl. in decis. 323. Quicquid contrarium in S. C. prima facie de cisum referat Affl. in d. decis. 323. qui re tius intellectus supradictam conclusio nem approbare videtur, licet implicitè, nam (vt inquit) in tantum maritus fue rat absolutus, in quantum pater ipse fue rat hæres filiæ, & restitutio eidem facien da erat, tempore quo ipse dotem promi serat, immo in non exigendo dotem hoc marito imputari nō poterat, ex eo, quod dotem promittens pater erat ad sex. in L si extraneus ff. de iur. dot. quod sequitur Vincen. de Franch. in decis. 424. Quicquid fuisse si mater dotem promisisset, cum 29 quoad eam cessaret tex. d. l. si extraneus, vt

- vt decisum contra generum, qui dotem à matre non exegerat restatur Rot. Auenion. 148. quod latè admittit Hondoned. in cons. 91. num. 80. & seq. licet diuersimodè iudicatum referat Vrsill. in d. decil. 323.
- 30 Sed hæc omnia non procederent si subsequenti promissioni mulier consentiret, eo enim casu dotem repetere nequirit nisi aliter de dotis solutione constaret, vt tradit Calbr. in d. §. si vir. & hoc indistinctè siue incontinenti, siue ex interuallo promissio fieret, vt decisum restatur Fontanell. de pact. nupt. claus. 14. glos. unic. p. 2. num. 20. quod ante eum notauit Menoch. d. pref. 12. nu. 91.
- 31 In secundo vero casu, scilicet ubi confessio post contractum matrimonii emissa sit, & tunc inquiunt DD. quod talis confessio causa donationis facta censeatur ex tex. in l. quod de suo C. de donat. ante nupt. & in specie tradiderant Io. Andr. ad Speculat. in rubric. de donat. inter vir. & uxor. Bart. in l. si diuortio nu. 4. ff. de verbor. obligat. Imol. in l. si constante in princ. col. penult. vers. sed tu potes ex hoc concludere ff. solut. matrimon. Alex. in d. l. si diuortio num. 6. Soc. sen. conf. 79. num. 1. lib. 4. Ruin. conf. 130 num. 1. lib. 1. cæterique supracitati DD. prout cum hac distinctione iudicatum
- 32 refert Valaq. in consult. 5. num. 3. ea ratio-
ne, quia cum sequutum sit matrimonium nulla dote missa, aut recepta, inueris-
milis non est præsumptio, vt vir sperare
possit, vt sibi soluatur, sed censetur virum
amore ductum tales confessionem emanasse animo donandi argumen. tex. in l. qui
uxori ff. de aur. & argent. legat. l. Lucius §.
Sempronio ff. de leg. 3. l. Aurelius §. final. ff. de
liberat. leg. l. 2. & 3. ff. de fals. caus. adiect. vbi
quoties testator fatetur se alicui summam
- 33 debere, qua re vera non debet, censetur
in dubio eam quantitam velle illi legare.
Et quamuis dici posset hoc argumentum
hoc casu allegari non posse, satis equi-
dem differt confessio facta inter viuos ab
illa in ultima voluntate, in qua nulla fu-
turæ numerationis spes haberi potest per
- 34 glos. in l. qui testamento in glos. 2. ff. de pro-
bat. Tamen glos. illa communiter per DD.
& in l. 1. C. de natural. liber. vbi in specie

Bart. per illum tex. est reprobata, prout etiam Thom. Ferr. caut. 41. Specul. & ibi 10. Andr. in tit. de succēs. ab intestat. §. 1. vers. quid si pater, & DD. in l. his, qui ex bonis ff. de vulg. Balā. in l. iubemus §. in supra- scriptis num. 4. C. ad Trebell. per tex. in l. qui testamentum, & l. cum quis docedens §. titia ff. de leg. 3. l. forte ff. de pecul. castr. & in l. si donatione vbi Aixand. C. de collat. Guid. Pap. conf. 17. Alciat. de verbor. significat. lib. 3. in fin. Valaq. de consult. 5. numero 15. Molin. de contract. disputat. 439. §. quando confessio, & §. ego forte fraus au- tem semper præsumitur l. 1. C. de natural. liber.

- 35 Et cum hac distinctione inquiunt DD.
quod si ante contractum matrimonium
emissa sit confessio, & deinde elapsa sint
fatalia opponendi except ionem non
numeratae dotis, quod tunc nedum viro
eiusque hæredibus talis præjudicauerit
confessio, verum etiam creditoribus, &
successivè filijs primi matrimonij glos. l.
1. vers. facit, & l. fin. C. de dot. caut. non nu-
merat. & tradit Bart. in l. assiduis C. qui pot.
in pign. habeant, quem etiam in puncto se-
quitur Alex. in l. 1. num. 35. ff. solut. matrim.
& Salic. in l. si cui C. de non numer. pecun.
quod verius existimat Menoch. lib. 3. præ-
sumpt. 13. & 14. & ante eum firmarant
Cuar. lib. 1. var. ref. cap. 7. num. 6. vers. præ-
terea vbi responderet l. si cui C. de non numer.
pecun. & l. si quis post hoc C. de bou. proscript.
Manent. decif. 40. num. 20. Boer. decif. 330.
num. 3. Rol. conf. 74. num. 9. vol. 4. Cræuett.
conf. 44. num. 1. Cott. in memor. incip. Dos
36 habet Surd. conf. 397. num. 4. licet subdat
hanc opinionem aliquam contradictionē
habere, prout decisum retulit Faber in d.
definit. 1. 5. lib. 5. titul. 7. decisum quo-
que habetur in Rot. apud Verall. in decis.
196. lib. 1. & apud Gratian. tom. 2. discept.
for. cap. 362. num. 16. vbi ait quod statu-
tum loquens de dote habet locum in do-
te confessata post lapsa tempora, quia
illa est propriè dos ex Affict. decis. 402.
num. 10. & 15. & cum hac distinctione
videtur intellecta glos. in l. assiduis versic.
data, scilicet non procedere si ante ma-
trimonium, & elapsa essent fatalia, & vi-
detur detur

- detur probati in *S. fin autem Aub. de tempor. non solut. pecun. dot. vbi per lapsus temporis ad opponendam hanc exceptionem censetur soluta dos, ut etiam habetur in Aubent. fin. C. de dot. caut. non numer.*
- 38 *Vel vbi tali exceptioni non numer. dot. expressè renunciatum fuisset, vt ait Alex. in d.l. 1. num. 35. ff. solut. matrimon. quamvis hæc opinio non transeat absque difficultate, tū quia ea facilitate qua inducitur quis ad confitendum, eadem facilitate inducitur ad renunciandum dictæ exceptioni l. doli vers. diuersam ff. de nouat. l. 40 similiter C. ad Velleian. tum etiam quia hæc renunciatio tendit ad tollendam exceptionem doli futuri, cui dolo renunciari non potest l. si unus S. illud ff. de pact. & hanc opinionem veram, & communem putant Alexan. Trentacing. lib. 3. var. resol. tit. de sol. resol. 20. num. 16. vers. alia est opinio, & Magon. decis. Flor. 68. num. 8. contra Bart. in d.l. assiduis, & sequitur Couar. lib. 1. var. resol. cap. 7. num. 6. vers. quod 41 si confessio dotis, dummodo iuramentum non interuenisset, vt communem inquit Alexand. Trentacing. in cit. num. 16. vers. 2. declaratur & Vnu. comm. opin. 148. num. 5. cum alijs per Mansia. de effect. iurament. 42 p. 4. eff. 153. num. 2. vel vbi inconvenient, & non ex intervallo fieret renunciatio, vt post infinitos de communi testantes tradit idem Alexand. Trentacing. d. num. 16. vers. 1. declaratur.*
- 43 Item vbi creditores pro eorum creditis non producerent nisi solam confessio- nem, cum eo casu, & si confessio sit facta post contractum matrimonium adhuc tam sustineretur in eorum præiudicium, ex eo, quia cum par sit causa dotis, & creditorum, debet præualere ipsa dos per l. ambiguis ff. de iur. dot. & in punto post Alexand. in d.l. 1. num. 35. voluit Menoch. lib. 3. præsumpt. 13. nu. 12. & sequitur Magon. decis. Flor. 68. nu. 12.
- 44 Sin verò post contractum matrimonium emissa sit confessio, & tunc illi stari non deberi aiunt, etiam in materia l. hac edictali, quamvis illi præcederet promissio, vt decisum refert Fontanell. de pact. nups. claus. 17. glos. unic. p. 2. num. 55. quæ

- opinio semper placuit Valasq. prout in conj. 6. in fin. subdens aliter esset dare cautelam per quam creditoribus præiudicetur faciendo præcedere instrumenta, quod incivile videtur, & ante eos firmauit Felin. in cap. si cautio de fide instr. verific. fallit ultimo.
- 45 Et licet hoc sit contra omnium sententiam, afferentium talem confessionem verisimilem esse, & non solum ipsi confitenti præiudicare; immo omnibus creditoribus, licet anterioribus confessione, sed posterioribus promissione ad tex. in l. contractibus S. sed quoniam C. de non num. pecun. prout latè tradidi in addit. ad Surd. in decis. 55. & in hac facti specie consaluit Aym. Crauett. conf. 40.
- 46 Tamen vera videtur quotiescumque concurreret coniecturæ, de quibus idem Fontanell. ibid. num. 56. scilicet quod debitores dotis, tam tempore promissionis, quam post erant pauperes; immo, quod confessio emissa fuerat ante elapsum terminum solutionis dotis facienda, & mulier extra iudicialiter confessa fuerat dotem aliter non fuisse solutam, & quod in articulo mortis id expressè maritus confessus fuerat se dotem non recipisse; subdens, quod licet in alia caussa his non obstantibus Senatus decreuerat validam esse confessionem etiam in materia l. bac edictali, tamen sententia prædicta iunctis duabus aulis fuit reuocata, & declaratum contra confessionem vt nu. 58. prout etiam procederet vbi confessio facta esset in testamento, cum eo casu, quamvis præcederet promissio, illa tamen veram numerationem non probaret, sed in vim legat sustineretur, vt tradidi in addit. ad Surd. in decis. 55. nu. . ex eo, quia talis confessio reuocato testamento euanscit, vt etiam in hoc facti specie tradir Gratian. sqm. 1. discept. florens. cap. 114. nu. 53. & seq. quicquid aliter sentiat Rot. apud Caualer. in decis. . cuius allegata, eius opinionem non probant.
- 49 Et quamvis nonnulli dixerint, quod si elapsa sint fatalia, licet confessio emissa sit constante matrimonio, quod eo casu etiam creditoribus præiudicaret, vt ex tradi-

- traditis per *Ruin.* & *Bellon.* quos refert
Menoch. d. *præsump.* 13. *num. 30.* quodque
 videtur probari ex *tex. in S. finautem Auth.*
de tempor. non sol. pecun. dot. vbi per lapsus
 temporis dos censetur soluta.
- 50 Tamen hoc esset contra communem
 omnium opinionem decernentium dif-
 ferētiam esse quoad hoc, si ante, vel post
 matrimonium confessio facta sit, cum in
 primo casu vera videretur opinio, quod
 sub spe futuræ numerationis emanata sit,
 & consequenter elapsis fatalibus præclu-
 sa esset via opponendi exceptionem præ-
 dictam; at in secundo casu secus, cum ani-
 mo donandi emissā præsumatur. Ultra-
 quod d. *S. finautem Authen. de tempor. non*
solut. pecun. dot. probat solum, quod per la-
 psum temporis maritus tacitè videatur
 voluisse, quod dos non soluta soluatur ab
 hereditibus, non autem, quod præsumatur
 soluta, & propterea *Valaq. in consuls. 6.*
nam. 12: in fin. inquit iniquum esse, quod
 hæc mariti voluntas ita in fauorem uxo-
 ris prolata noceat tertio, prout etiam
 decisum refert *Faber in suo Codic. lib. 5.*
titu. 10. definit. 6. Quamobrem *Rota Rom.*
apud Statil. Pacific. in decif. 22. num. 5. & 6.
ex mente Aretin. in conf. 86. sub numer. 1.
vers. secundo ostenditur, ait, quod in hoc ca-
 su lapsus biennij, & si operetur, vt non
 possit dici de non numerata dote, non
 tamen tollitur, quod non possit oppo-
 ni de donatione, vt etiam notauit *Lu-
 douis. in decif. 67. numer. 7.* & *Marecott.*
lib. 1. varia. resol. cap. 8. num. 3. & hoc pro
 cautela aduocatorum notat *Fontanel. de*
paet. nupt. claus. 12. glos. unic. par. 1. nu. 76.
 scilicet, vt illi in casu prædicto non op-
 ponant exceptionem non numeratae do-
 tis, sed donationis, vt quoque aduertit
Couar. ex mente Socin. in l. 1. colum. penult.
ff. solut. matrim. in lib. 1. var. resol. cap. 7. nu.
4. vers. quarto isidem, ea ratione, nam
 eo animo, quo vir donare voluit, eodem
 etiam labi tempus opponendi prædi-
 ctam exceptionem voluisse censeatur, vt in
 specie post *Bald. Imol. Castr. & Angel.* tra-
 dit *Socin. in d. l. 1. num. 102. vers. secundo li-*
mita, Aretin. S. fuerat num. 15. Institut. de
actio. Gozadin. cons. 28. num. 24. idem Cò-
- uar. d. cap. 7. num. 6. vers. quod præterea in
 fin. ibi, quod si dixerimus.
- Sed iam ex dictis duo videntur elici
 conclusiones, prima scilicet, quod si con-
 fessio emanata sit post matrimonium, &
 de solutione aliter non constet, quod eo
 casu cum illa in vim donationis facta cen-
 seatur, nulli dubium erit dispositionem
l. hac edictali sibi locum vendicare, si ta-
 men tantundem uno ex filiis primi matri-
 monij, voluntate quidem parentis non
 queratur; at si ante matrimonium secus,
 quoniam si præjudicat creditoribns, eo
 magis filijs.
- 53 Verum hæc mihi non satisfaciunt,
 esset enim dare intellectū d. *l. hac edictali*, quæ nullam temporum differentiam
 constituit, quoniam siue ante matrimo-
 nium, siue post, aliquid datum, vel dona-
 tum fuerit secundo viro plusquam vni ex
 filiis primi matrimonij, pro non dato, non
 scripto haberi voluit; & hoc ad evitandū
 fraudes, quæ contra filios committi pos-
 sent.
- 54 Hinc *Capr. in conf. 81.* quem in specie
 notat; & sequitur *Boer. decis. 201. num. 6.*
colum. 2. in prin. inquit l. hac edictali locum
 habere in donatione facta alicui ante ma-
 trimonium, cum quo secundo contractū
 fuit.
- 55 Nec talis confessio filio præjudicaret,
 tanquam res inter alios acta; immo si filio
 noceret evitaretur dispositio d. *l. hac edi-
 ctali*, & sic fieret circumscripicio, quæ per
 d. l. est prohibita, vt in puncto notat *Corn.*
conf. 118. nu. 1. in fin. vol. 3.
- Minus refragatur, quod confessio do-
 tis receptæ ante matrimonium facta, non
 animo donandi, sed sub spe futuræ nume-
 rationis emissā censeatur, & consequen-
 ter elapsis fatalibus sustineatur non in
 vim donationis, sed in vim veræ dotis so-
 lutæ. cum omnibus priuilegijs veris doti-
 bus spectantibus, etiam in præiudicium
 creditorum, qui agunt de damno evitan-
 do, & sic eo magis in præiudicium filiorū
 primi matrimonij, qui agunt de lucro ca-
 ptando.
- 56 Siquidem responderetur hoc ad præsentē
 quæstionē adaptari non posse; si enim cre-
 ditur, quod si dicitur, quod si dixerimus,

ditoribus præjudicat, illud tamen sit, quia creditor habens tempus opponendi exceptionem, si non opponit, sibi imputandum erit, & sic nulla fraus considerari potest, at respectu filiorum secus, in eorum enim præjudicium lex ab initio fraudem considerat l. que tutores C. de administrat. tutor. d. l. hac edictali, & S. optime Aucth. de nupt. nec possunt in vita parentum conqueri, vt latè diximus. Quamobrem Louis. in decis. 173. num. 8. inquit, quod stan
 57 te statuto, quod vir lucretur medietatem dotis, non procedit in dote præsumptiuā
 57 (veluti in dote data primo viro, quæ secundo censeatur constituta) vbi agitur in materia l. hac edictali, quamuis vxor confessa fuerit se dotem illam primo viro datum secundo constituisse, de qua etiam decis. meminit Farinac. in decis. 121. num. 3. par. 3. ex cons. Bald. 11. volum. 5. Et propterēa si de vera solutione aliter non constaret, semper indistinctè dicerem confessionem prædictam animo fraudandi filios primi matrimonij per indirectum emissam fuisse: saluo tamen meliori iudicio.

ARGUMENTVM.

Num donatio remuneratoria
ab vxore secundo viro
facta subiaceat dispo-
sitioni l. hac
edictali.

S V M M A R I V M.

- 1 Donatio remuneratoria dicitur potius debiti solutio, & permutatio.
- 2 Donatio remuneratoria non subiaceat dispositioni l. fæmina C. de secund. nupt.
- 3 Donatio remuneratoria loco pretij succedit.
- 4 Euictio debetur ex donatione remuneratoria siue à promissione, siue à traditione incepserit.
- 5 Donatio remuneratoria in tantum valet, in quantum merita ei corresponeant.
Intellige vbi dimidiam illorum extimatio-

- nem excederet num. 6.
- Sed contrarium nu. 7.
- Amplia ut si minus sit donatum, quam merita contineant, possit pro supplemento agi num. 8.
- 9 Statuum probibens donationes, non comprehendit donationes factas causa remuneracionis.
- 10 Tutor, Curator, Prelatus, Procurator, Decurio, ceteri que prohibentes donare, non prohibentur causa remuneracionis dare.
- 11 Officiales prohibiti donationes, & munera recipere, non prohibentur causa remuneracionis suscipere.
- 12 Dispositio l. hac edictali non habet locum in donatione remuneratoria.
- 13 Ad hoc, ut donatio remuneratoria sustineatur, qua requirantur, & nam. 14.
- 15 Assertio meritorum cum coniectionis, an sufficient in donatione remuneratoria.
Et quid interueniente iuramento num. 16.
& 18.
- Et quid respectu creditorum, vel filiorum pro eorum legitima nu. 19.
- 17 Assertioni viri in donatione uxori factæ nō est credendum.
- 20 Merita, an talia esse debeant, ut actionem in iudicio pareant, & num. 26. & 27.
- 21 Donatio inter virum, & uxorem etiam facta pro benemeritis non valet.
- 22 Obsequalia seruitia, quæ inter virum, & uxorem praestantur, remuneracionem non merentur.
- 23 Legatum uxori pro bonis seruitijs à viro factum, subiaceat dispositioni l. fæmina C. de secund. nupt.
- 24 Seruitia obsequalia facta ab uxore viro debentur, ita e contra.
- 25 Pus. in decis. 416. par. 1. declaratur.
- 28 Antidoralis obligatio est potens ad facientem collationem beneficij esse simoniacam.
- 29 Antidoralis obligatio non sufficit, ut donatio sit remuneratoria, & nu. 46.
- 30 Benemerita ad hoc, ut remuneracionem mereantur, qualia esse debeant, officio iudicis relinquendum est.
- 31 Donationes facta uxoribus nobilibus à viris rusticis. Item uxoribus iuuenibus, vel & contra, dicuntur remuneratoria.
- 32 Donatio facta ab uxore quinquagenaria viro

viro iuueni, & nobili, nulla erit, ubi matrimonium ex parte viri fuerit affectatum:

33 *Donatio facta ab uxore annoxa viro iuueni, non dicitur in compensationem etatis facta, nisi id probetur, & nu. 36.*

Sed intellige num. 34. & 37.

35 *Donatio facta à viro rustico, & diuite uxori nobili non sustinetur.*

38 *Remuneratoria donatio inter virū, & uxorem non appellatur, ubi esset donatum ob impensas, & labores à viro factas in recuperandis bonis uxoris.*

Item ubi uti aduocatus in causis uxoris patrocinatus esset nu. 39.

Item ex causa seruitorum, & impensarum in diurna viri, vel uxoris aegritudine nu. 40. Maxime si illam laborantem in uxorem duxerat nu. 41.

42 *Donatio, an remuneratoria inter virum & uxorem dicatur, ubi alter ab altero donationem accepisset.*

Intellige pro concurrenti quantitate donato num. 43.

Et an dicatur in vim compensationis facta, vel mutua donationis nu. 43.

Et quid si ex intervallo alteri fieret donatio nu. 45. & 48.

47 *Roman. sing. 820. confutatur.*

49 *Donatio in dubio non presumitur.*

50 *Donatio remuneratoria inter virū, & uxorem facta ubi sustineretur, non esset in fraudem l. hac edictali, nisi pro eo, quod merita excederet.*

Q V A E S T I O X X V .

I **V**erissima est Iuris conclusio, donationem remuneratoriam veram non dici donationem, sed potius debiti exsolutionem, & permutationem titulo oneroso prouenientem, vt habetur in l. sed si lege §. consuluit, vbi notant glo. & Bal. de petit hered. & sequuntur Vinc. de Fräch. in decis. 428. num. 3. Cost. de port. rat. quest. 75. nu. 2. cum ex mera liberalitate, & munificentia non profiscatur l. 1. in princ. & l. aquilius ff. de donat. inter vir. & uxor. & propterea talem donationem filiis primi matrimoniū seruandā non esse, inquir

Io. de Garonib. in repet. l. feminæ nu. 39. cum

seq. C. de secun. nupt. Qua de te Seſſ. in decis. Aragon. 52. numer. 4. par. 1. inquit, quod

3 sola benemerita condigna bonis donatis reputantur eiusdem naturæ, ac si pretio res data esset, & dicitur habere vim pretij.

4 Et propterea in tali donatione datur euictio, siue à traditione, siue à promissione illa incipiat, ita Bar. in l. iulianus §. 1. ff. de verb. oblig. & Rimini. iun. §. 1. Inst. de donat. num. 81. & seq. Tiraquel. in l. si unquam in verbo donatione largitus num. 59. C. de reuocand. donat. Gabellin. de euict. §. 4. num. 4. & 5. Bursat. cons. 31. num. 5. lib. 1. Boer. decis. 67. in princ. Alexan. Trentacing. lib. 3. varia resol. tit. de donat. resol. 3. num. 8.

5 nam in tantum valet, in quantum merita ei responderent, alioquin in excessu reuocatur Bart. in l. frater à fratre num. 57. ff. de condit. indeb. & in l. si quis pro eo §. item si filius ad finem ff. de fideiuss. cum alijs congestis per Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. sit. 15. num. 28. vers. sed aduertendum, & sequuntur Clar. in §. donatio quest. 3. num. 3. Hondon. cons. 44. num. 8. volum. 1. Cost. de port. rat. quest. 75. & probatur in cap. si quos 12. quest. 2. vbi si donatio seruo manumisso ab Episcopo facta exceedat modum illic positum reuocatur, vt dicit etiam ibi glo. Quicquid alij opinati

6 sint, dicentes hoc procedere vbi donatione dimidiā illorum extimationem excederet, cum in contrarium sententia sit

7 magis recepta, & illa ab omnibus reprobetur, cum facile fieri possit fraus legi, vt ex multis ostendit Mantic. de tacit. & ambig. d. tit. 15. num. 34. vers. sed diuersa sententia, per tex. in cap. relatum il secundo de testam. sic etiam si meritis donatio non

8 æquiualeat, nam donatarius donatione non obstante, poterit ad supplementum agere ad tex. d. cap. relatum §. licet, & ibi quoque glo. in verbo iuxta seruitij merita de testam. quem singulariter notando Io. Andr. ad Speculat. in rubric. de rebus eccles. non alien. inquit ita fuisse iudicatum, quod remuneraciones debent esse iuxta seruitorum merita, & ego ita in facti contingentia obtinui per Magnam Curiam in caufsa

causa Isabellæ Rossæ contra hæredes quondam D.Ioannis Antonij de Simeone de anno 1627. penè Actuarium Vertozzam.

9 Hinc dixit Alexan.conf.43.num.31.non obstat, quod statutum communis radigy lib. 4. quod statutum prohibens donationes non comprehendit illas, quæ fiunt ob causam huiusmodi meritorum, vt etiam tradit Clar.in §. donatio quæst. 16.nu. 6.ac Surd.de aliment.tit.8.priuil.72. & conf.361 num.6. prout generaliter omnes, qui prohibentur donare possunt ex causa remunerationis hoc facere, vt in tute, Cura-

to tute, Prælato, Decurione, Ciuitate, Procuratore, & similibus, cap. quicunque 12. quæst.2. & d. cap. relatum, & ad stipulatur Tiraquell. de reuoc. donat. in l. si unquam in verbo donatione largitus nu.26. vsq. nu.32.

11 Quemadmodum è contra, Iudices, Prælati, Officiales, & alij, qui eorum officio durante munera accipere nequeunt, vt in l. i. S. prouincia C. de contr. Iudic. non prohibentur ex causa remunerationis suscipere Iaf.in l. principalibus nu. 2. limit. 6. ibi Dec.col. ultim. fallent. 4. ff. si cert. petat.

12 Hinc igitur, dum potius onerosus, quam lucratius dicatur titulus, dubium cessare videtur quoad dispositionē l. hac editāli, cum illa procedat in titulis lucratius, vt in specie remuneratoria donationis firmarunt Bald. & Beltr.in d.l. hac editāli, ac conf.292. & secuti sunt Alexan.Trentatinq. lib.3. var. resol. tit. de matrim. resol. 4. fol. 348. col. 2. in fin. vers. quarto dispositio l. hac editāli, Vincent.de Franch. decis.632. num. 1. & decis.428. in princ. num. 2. Surd. cons. 164. num. 4. & seq. & Fontanell. de paci. nupt. claus. 5. glo. 8. part. 5. num. 66. & seq. quod etiam ante eos tradit Io. de Geronib. in repet. l. sc̄mina nu.39. cum seq. C. de secund. nupt.

13 Sed pro vera huius quæstionis resolutione duo considerāda putarem: prius nempè, quod supradieta locum obtineat vbi expressa meritorum mentio fieret, vt in specie concludunt Menoch. in cōs. 112. num. 27. lib. 1. & Handed. cons. 47. num. 41. lib. 1. quod ante eos firmauit Bart. Soccin. cons. 295. col. 3. & ex Bart. in l. si forte ff. de

Castr. pecul. contra quem, licet scribere conatus sit Dec. in cons. 20. attamen ipse fatetur hoc esse in donatis inter prohibitos; quamvis etiam inter non prohibitos vera sit opinio Soccin. vt testantur Tiraquell. in d.l. si unquam verbo donatione largitus num. 85. & Ias. in cons. 154. lib. 2. & hanc esse veram opinionem contra Decium testantur ibi Addentes, quam ipsomet Dec. sibi contrarius fecerit in cons. 366. n. m. 12. quod in specie ibi notant Addente. in hoc eum reprehendentes, sic quoque firmat Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 15. num. 44. & Decis. 49. num. 5. in quam opinionem etiam deve nit Barbos. in l. que dotis num. 56. & 57. ff. sol. matr. redens rationem, quod quando exprimuntur merita donatio c̄setur ob causam, quæ aliter absque espressione simplex diceretur, vti proueniens ex retra liberalitate, à qua opinione recedere non audent Rimini. iun. cons. 291. num. 61. lib. 3. & Marescott. lib. 2. var. resol. cap. 27. num. 7.

14 Secundum vbi merita probarentur alias simplex diceretur donatio l. si forte ff. de Castr. pecul. si veritatem enim spectemus non quod quis finxit, quod etiam in specie notauit glos. in l. si donationes vers.

15 postulas C. de collat. & sequuntur Dec. in cons. 20. & 366. Menoch. de præsumpt. lib. 3 præsumpt. 24. num. 24. & de arbitr. cas. 132. num. 8. Surd. cons. 164. num. 64. volum. 2. Clar. de donat. quæst. 3. num. 2. & quæst. 8. num. 2. & ita decisum refert Faber in suo Codic. lib. 4. tit. 29. definit. 6. de hæred. vel act. vendit. ac lib. 8. tit. 36. de reuocand. donat. definit. 3. & hanc esse veram, & communem opinionem tradit Mantic. de tacit. & ambig. lib. 21. tit. 4. nu. 10. quoniam cum inter virum, & vxorem prohibita sit donatio, assertioni credendum non est d. l. si forte, & l. qui testamentum ff. de probat. præsumeretur enim potius propter coniunctionem, & affectionem naturalē facta donatio, quam intuitu meritorum Bald.

16 authen. ex testamento colum. 2. C. de collat. Quicquid nonnulli dixerint scilicet, quod coniecurz cum assertione partis sufficiant, prout Dec. in cons. 201. num. 6. Ias. cons.

cons. 154. col. 4. lib. 2. Menoch. de arbitr. cas. 134. num. 2. & seq. idemque in cons. 112. num. 43. Mascard. de probat. conclus. 185.
 17 Etiam si in dicta assertione iuramentum interuenisset, vt tradit Tiraquell. in d. verbo donatione largitus num. 91. Guttier. de iuram. confirmat. par. 1. cap. 5. nu. 20. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 15. vers. & bac ratio locum habet, ac lib. 21. tit. 4. num. 10. Guid Papa decis. 95. & sing. 596. Eug. cons. 1. num. 16. volum. 2. Menoch. de arbitr. centur. 2. lib. 2. cas. 134. nu. 2. cum illud tanquam in fraudem legis nullius est momenti, sic enim vnuquisq; posset legem fraudare l. si quis inquilinos §. ultimo de leg. 1. cum alijs per Tiraquel. in cit. loc. num. 79. Quanuis in hoc multi multa dixerint de quibus latè Seraphin. de priuil. iuramen. priuil. 40. per totum Marascott. lib. 2. var. resol. cap. 27. & signanter num. 14. vers. sed difficultas, ac Fontanell. de pac. nupt. claus. 4. glos. 7. par. 2. num. 24. vbi relatis nonnullis 18 distinctionibus, an iuramentū sit positum in assertione meritorum, an vero super donatione de ea non reuocanda ex Consil. Grat. 63. inquit distinctionem esse faciendam inter hæredes, & creditores, cū in primo casu hæredes assertioni iuratæ teneantur stare; In secundo vero quoad creditores fecus, ex traditis per Addent. ad Guid. Pap. in decis. 95. lit. G. & hanc viorem puto, vt specie quoque distinguit Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 1. q. 10. num. 32. & 33. dicens, opinionem dicentium specialem assertiōnēm, etiam cum iuramento non facere donationem remuneratoriam, procedere in casu præjudicandi legitimæ liberorum, at fecus vbi de nullius præjudicio ageretur, vt loquitur Bald. in l. si donatione C. de collat. & iuxta hanc distinctionem intelligi debent dicta per Costam de port. rat. quest. 152. num. 7. & Mangil. de imputat. quest. 97. num. 27. ac Cenall. commun. contr. commun. quest. 273. num. 24. dicentes, quod donatio remuneratoria reuocatur pro rata legitimæ, quando tamen non potest donans ratione meritorum in iudicio conueniri, alioquin fecus.

Ex his igitur clarè constat, vt non so-

lum merita probari debeant; sed talia esse deberent, vt actionem pariant, alias simplex diceretur donatio, ex liberalitate proueniens; Et sic deuenio ad secundam considerationem, quæ merita, & seruitia esse debeant, vt cum effectu donatio remuneratoria inter virum, & vxorem dici non possit ex liberalitate proueniens, cū cum in dubio donatio inter virum, & 21 vxorem licet sit pro benemeritis facta, tamen ob merita non præsumitur, vt in specie considerat Handed. conf. 47. nu. 12. lib. 1. merita enim obsequalia, quæ inter virum, & vxorem præstari debent remunerationem non merentur, vt in puncto scribit Salic. in l. filia num. 12. C. famil. hercisc. & secuti sunt Alex. in l. si donatione num. 4. C. de collat. Iaf. in l. ex hoc iure nu. 55 in fin. de iust. & iur. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 21. tit. 4. num. 8. decisum in S. C. 23 refert Vinc. de Franch. decis. 428. scilicet quod legatum factum vxori pro bonis seruitijs subiaceret dispositioni l. fæmine C. de secund. nupt. Nec obstat, quod seruitia obsequalia sint ab vxore marito debita, & non è contra c. manifestum in fin. & cap. seq. ac cap. mulierem 35. quest. 5. siquidem si mulier viro debet esse subiecta, eadem seruitus quæ inter eos mutua est, pari iure censi debet cap. apud nos 33. q. 5. maritus enim, & vxor ad imparia iudicari non debent, sunt etenim socij humanæ, & diuinæ societatis, est casus in l. si cum dotem §. in se- uissimo ff. solut. matrim. vers. quid enim, prout hoc in specie ponderauit Rot. apud Mantic. in decis. 49. nu. 8. cum seq.

25 Nec mouet Decis. Putei 416. part. 1. dicentis donationem inter virum, & vxorem seruitiorum caussa non comprehendi sub statuto donationem inter eos prohibente, siquidem id procedit vbi talia essent seruitia, quæ remunerationem merentur ad tradita per Arium Pinell. in l. 26 1. par. 3. num. 60. C. de bon. matern. dicentem hoc esse vbi pro seruitijs, quis in iudicio conueniri possit; Cuius opinio satis rationabilis est, & fundata in glos. l. donari 83. de regul. iur. vbi in specie inquit, quod donare dicitur, vbi quis nullo

- nullo iure cogente dat , vt etiam ex mente Angel. & Ias. tradit Surd. consl.
- 27 164. num. 28. volum. 2. Quamvis contraria sententia communior sit, & secundum eam iudicasse Rotam asserit Mantic. de tacit. & ambig. lib. 21. tit. 4. num. 7. & Cesar. de Graff. in decis. 2. num. 8. de donat. eamque amplexi sunt Garz. de donat. remuner. num. 28. & Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glof. 7. part. 2. num. 15. & ante eos Cagnol. in d.l. donari nu. 3. ob quod Ias. in l. ex hoc iure num. 58. de iustit. & iur.
- 28 inquit, quod antidotalis obligatio est potens ad faciendam collationem beneficij Ecclesiastici simoniacam, cuius dictum fuit Innocent. in cap. sua de etate, & qual. vbi satis exclamat contra Cardinales procurantes pro seruitoribus suis beneficia, sic etiam Io. Ana. post glof. in cap. cum essent de Simon. & sequitur Cesar. Manent. in conf. nuper impress. 43. num. 13. dicens talem remuneratum perinde esse , ac si proprijs pecunijs dictam concessionem emisset, ita ut dicatur contractus onerosus, & necessarius.
- 29 Et si in facto non recederem ab opinione Pinell. in d. num. 60. qui per extensem hoc tuetur ex irrefragabili arguento, licet nouem alia pro hac opinione collegerit, cum verissimum in iure sit, donationem regulariter non presumi absq; meritis donatarij, vt inquit Vlpianus in l. nec adiecerit 19. ff. pro socio ibi non sine causa, sed ob meritum aliquod accedant, & considerat Bald. vt refert Pal. Rub. in repet. cap. per vestras §. 65. nu. 19. & tamen verū est, talē donationem à Iurislatoribus liberalem, ac gratuitam appellari, ergo non sufficit omnis antidotalis obligatio ad faciendam remuneratoriam donationem; quod argumentum ab eius adolescentia efficissimum putavit Pinell. loco cit.
- 30 Qualia autem esse debeant hæc benemerita, vt donationem mereantur, Iudicis arbitrio reliquendum esse asserit Clar. in §. donatio. quæst. 3. num. 4. & quæst. 8. nu. 4. vbi hanc communem esse profitetur; qui pro subiecta materia, & facti qualitate adiudicat, in quam quoque opinionem deuenerunt Soccin. conf. 67. num. 11. cum seq. volum. 1. Gasill. lib. 2. pp. obseruat. obser.
38. num. 6. Sancbez de matrimon. disput. 6. num. 10. lib. 6: Menoch. lib. 3. præsumpt. 29. & de arbitri. lib. 2. cent. 2. cas. 132. & 134. Gnttier. de iuram. part. 1. cap. 5. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 21. ti. 15. Garz. de donat. remuner. cit. loco num. 8. Surd. conf. 164 per 31 tot. vbi latè pertractat an donationes factæ vxoribus nobilibus, & iuuenibus a maritis rusticis, & senibus, vel è contradicantur remuneratoriæ.
- Quamvis Mantica in decis. 49. num. 3. vers. nam prima causa meritorum dicat, quod prima causa meritorum, quæ ex parte cuiusdam viri fuit allegata, per Dominos de Rota habita fuit pro nulla, s3. quia maritus erat iuuenis, & nobilis, ex eo quia ex parte mariti matrimonium 32 fuerat affectatum, & vxor erat plusquam quinquagenaria, & non poterat proles suscipere; vndè nulla alia dicti matrimonij contrahendi causa reddi poterat, quæ spes lucri, & successionis bonorum, quæ à iure improbat l. 2. §. interdum de vulg. & pupill. l. post emancipationem §. 1. & ibi Bart. de lib. legat.
- 33 Et licet multi teneat remuneratoriam esse donationem factam à muliere annosa in compensationem ætatis, vel nobilitatis, vt ex traditis per Becc. in conf. 79. Pasc. sl. de p. str. potest. part. 1. cap. 4. num. 43. tamen huiusmodi causæ subsistentiam probandam esse inquit, post Bart. Archid. Alexand. Nast. Gozad. Grammat. & alios Surd. conf. 196. num. 45. Quod vero duplexer procedit; primo vbi in initio matrimonij non esset consuetum maritum do tes augere, vel aliquam summam vxori 34 donare, vt in specie considerat Surd. d. conf. 196. num. 38. circa med. secundo vbi inter eos esset inequalitas, vt tradit Bald. in l. si voluntate in 2. lectura in fin. C. de dot. promiss. idemque voluit post multos idem Surd. in conf. 164. num. 36. vbi inter alios allegat Lop. de donas. inter vir. & uxor. §. 32. num. 9. qui ait, quod si rusticus valde 35 diues uxorem ducat nobilem, sed pauperem, quod ea conditionis inequalitas non faciet valere donationem, ex eo quia nobilitas uxoris compensatur cum diu ijs

tis mariti; cuius dictum etiam secutus fuit
Pascal. d. cap. 4. sub num. 45. subdens idem
36 else circa inaequalitatem ætatis, immo,
quod huicmodi donatio non presumatur
nisi exprimatur, ut erudit Barbo. in l.
qua dotis num. 56. & 58. ff. folius. matrimon.
quicquid in contrarium dixerint Becc.
in d. conf. 79. num. 6. Lop. in d. S. 32. nu. 3.
Et si ego huic opinioni facile adhæreré
37 vbi in viro donante deformitas, senectus,
diuitiae, vel resticitas tantū concurrerent,
scilicet separatim, & non coniunctim, &
in vxore iuuentus, nobilitas, vel pulchri-
tudo, tūc verò donatio facta à sene vxori
iuueni, censeretur in recompensatio-
nem iuuentutis, vel à deformi vxori pul-
chræ, vel à diuite vxori nobili, & sic de-
singulis, hoc vero in specie in donatione
exprimendo, secus vero si maritus ultra
senectutem haberet diuitias, & vxor tan-
tum esset nobilis, tunc cessaret causa
compensationis, & diceretur pura, & sim-
plex donatio, quæ à iure improbaretur,
vt supra dictum est, sustineretur vero vbi
ex parte donatariaz, & sic vxoris, ultra
nobilitatem concurrerent, vel extrema
pulchritudo, vel iuuentus, tūc enim diui-
tiae comparentur cū nobilitate, & do-
natio cum pulchritudine, vel iuuentute.
38 Remuneratoria quoque donatio inter
virum, & vxorem appellari non potest, vbi
donatum esset ob impensas, & labores à
viro factas in recuperandis bonis vxoris,
vt in specie respondet Rip. omnino viden-
dus in respons. 3. de donat. & consuluit Eu-
gen. conf. 1. num. 25. & conf. 2. volum. 2. vel
39 vbi vti aduocatus patrocinatus esset in
rebus vxoris, vt ibi, Item ex causa serui-
40 tiorum, & impensarū in diurna vxoris
ægritudine, vt tenuit Rota apud Mantic.
in dicta decis. 49. num. 13. & sequen. maxi-
41 mè quando illam infirmam in vxorem
duxit, prout ita communiter concludunt
DD. in l. si donatione C. de collat. Socin. conf.
66. num. 13. cum sequen. & post innumeros
de communi Tiraquel. in l. si unquam
verbo donatione largitus in 3. declaratione
num. 87. & sequen. C. de reuoc. donat.
Sed prædicta, & si vera sint, attamen
non procedunt vbi coniux donans, ab

altero donationem accepisset, tunc e-
nim, & si merita nec expressa, nec pro-
42 bata sint, ex quo præcessit alterius con-
iugis donatio, diceretur causa remune-
rationis facta, & consequenter in ea lo-
cum non haberet dispositio d. l. bac edi-
ctali, licet pro concurrenti quantitate, &
non in eo, quod alterius coniugis dona-
43 tio excederet ex traditis per Roman. in
conf. 517. num. 28. Aretin. conf. 2. num. 5. ad
fin. vers. & probatur primum membrum, &
conf. 17. num. 9. Iaf. in l. si pater puerum
2. C. de inoff. testamenti. Tiraquell. in d. l. si
unquam in verbo donatione largitus nu. 94.
& 122. Cacher. decis. 100. num. 19. Lop. de
donat. inter vir. & vxor. in rubr. S. 3. nu. 9.
Quamuis Duaren. eod. tit. de donat. inter vir.
44 & vxo. ad fin. dicat hoc else vi compen-
sationis, & non mutua donationis, quod
verum videtur nedum vbi vno tempo-
re ab altero alteri fieret donatio, & sic in
mutua donatione, verum etiam si ex in-
45 tervallo alterius coniugis sequeretur do-
natio, cum in remunerationem præceden-
tis donationis facta censeretur, ita Bart.
in l. si diuortio num. 4. ff. de verbis. obligat.
cum alijs per Mantic. de tacit. & ambig.
lib. 21. tit. 4. num. 6. & probatur in l. sed si
lege S. consuluit, & ibi glos. in verbo obliga-
46 uerat in fin. ff. de petit. hereditat. vbi hanc
donationem, quæ ex antidorali obliga-
tione prouenit remuneratoriam appellat,
prout in specie, quod sit permutatio fir-
mauit Pyrr. Angleborm. in tract. de donatio-
ne mutuæ inter vir. & vxor. tom. 9. fol 474.
47 sub num. 11. vers. 5. facit. Quicquid con-
trarium firmauerit Roman. singular. 820.
per tex. in l. qua iam nuptæ ff. de donat. inter
virum, & vxorem, qui tex. secundum me-
nibil probat, ait enim ibi I.C. quod si ma-
ritus aliquid vxori donauerit, poterit do-
natū vendicare, quamuis deinde ab vxo-
re nonnulla viro legata facta sint, & sic
non dicit quod donationi à viro vxori fa-
ctæ præcesserat altera vxoris donatio, &
sic non loquitur in casu nostro, & in tan-
tum ibi legata ab vxore viro facta susti-
nentur, in quantum sapiunt naturam vlti-
mæ voluntatis, cum donatio, & si inter
virum. & vxorem nullius sit momenti ta-
men

men morte confirmatur, ut toto sit de donatione inter virum, & vxor.

- 48 Licet Pinell. de bon. matern. l. i. p. 3. num. 60. circa mod. hanc contrariam opinionem satis tueatur, inter alia allegas tex. in l. si vero non remunerandi §. idem Papinianus ff. mandat. in fin. vbi habetur, quod si patronus aliquid liberto donauerit, & is postea aliquid patrono dederit, donationem vere, & simpliciter absque praecedentibus meritis I. C. ibi appellat, quod etiam sensit Marc. Mant. in singular. 106. ante numero 4. at in facti contingencia tu melius cogita, cum regulariter 49. donatio non presumatur l. cum de indebito in princ. ff. de probat. l. si cum aurum ff. de solut. Hippol. de Marsil. sing. 52. Petr. de Gerard. sing. 56.

Verum in casibus, in quibus donatio ob benemerita inter virum, & vxore sustineretur, id locum haberet in eo, quod æquivaleret benemeritis, in eo vero, quod excederet locum habebit dispositio d. l. hac dictali, cum excessus dicatur simplex donatio ad text. in l. si sponsus §. 50 circa ff. de donat. inter virum & vxorem, & plenè consuluit Eugen. cons. i. & 2. uol. 2. & firmauerunt Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. glos. 8. part. 5. num. 72. claus. 4. glos. 19. part. 1. num. 33. & seq. ac claus. num. 7. Surd. cons. 164. num. 33. & seq. Clar. in §. donatio quest. 3. nu. 3. & Menoch. de arbitr. cas. 132. nu. 5.

ARGUMENTVM.

Numquid pater augendo dotem filiae secundo nubenti, possit pacisci cum secundo viro de lucrando augmentum in præiudicium filiorum primi matrimonij, adeo ut tale pactum non videatur initum in fraudem l. hac dictali ex Surdo in cons. 255. vol. 2.

S V M M A R I V M .

- 1 Pater augendo dotem filiae secundo nubenti, non potest cum secundo viro pacisci de lucrando illo augmento in præiudicium filiorum primi matrimonij, & nu. 5.
Sed contrarium nu. 6.
Distingue nu. 25.
- 2 Pater obligatur filiam dotare.
- 3 Dos à quocunque data, semper à muliere prouenisse censetur.
- 4 Augmentum dotis regulatur secundum naturam ipsius dotis.
- 7 Dos potest quandocunque augeri etiam consistente matrimonio.
- 8 Augens dotem, potest adiucere pacta, que uelit.
- 9 Pater dotans congruenter filiam, non tenetur ad augmentum auctis facultatibus.
- 10 Dos est quasi debita filia, cum sit nubilis, & matrimonium contrahat.
- 11 Obligatio semel extincta amplius non reuictiscit.
- 12 Pater ubi non tenetur dotare, pro extraneo reputatur.
Sed contrarium nu. 22.
- 13 Extraneus dans dotem mulieri, potest stipulari illam sibi, uel alteri reddi.
- 14 Amplia etiam intervallo, dummodo à traditione, & non à præmissione dos initium habueris.
- 15 Semel dotata an, & quando auctis facultatibus ad supplementum agere possit, & num. 17.
- 16 Statutum mandans filiam dotatam à patre esse contentam, & eam excludi à successione illius non est contra bonos mores.
- 18 De iure Consuet. Neap. filia dotata, siue renuncauerit, siue non, siue dos ad legitimam ascenderet, siue non, supplementum auctis facultatibus patris potere nequit.
- 19 De iure Consuet. Neap. ad hoc ut filia à successione omnium excludatur sufficit unicam habuisse donationem existentibus item masculis.
- 20 Paragium à Cœsuetudine feminis traditum quomodo consideretur, & nu. 31.
- 21 Pater semel dotando filiam non liberatur ab obligatione legali, iterum eam dotare. Dos minor legitima potest dici congrua si moribus sit recepta.

23 Au.

- 23 Augmentum dotis à patre filia secundo nubenti factum, subiaceat dispositioni l. hac edictali.
- 24 Dispositio l. hac edictali prohibet omnem modum per quem relinquere possit secundo viro.
- 26 Pater in re filia debita onus imponere nequit.
- 27 Pater tenetur congrue filiam dotare, inspeccis facultibus, dignitate uxoris, & viri, ac numero liberorum, & qualitate temporum.
- 28 Dos an & quando debeat excedere legitimā, & nu. 29.
Et quid s. in magnatibus opulentibus hereditates nu. 30.
- 32 Pater non semel, & bis, sed iterum filiam dotare tenetur.
- 33 Frater non semel, sed bis s. rorem dotare tenetur.
- 34 Obligatio legalis patris in dotare filiam, tantum dura, quantum causa inducitur ipsius obligationis, & sic ipsa necessitas.
- 35 Dos primo loco constituta non aicitur continuo congrua.
Intellige num. 40.
- 36 Bona subiecta fideicommisso alienari possunt pro augenda dote.
- 37 Vidue absque magna dote virum non inueniunt.
- 38 Filius de eius bonis matrem secundo nubentem dotare tenetur.
- 39 Condicio mulieris in constitutione dotis inspiori debet, an sit virgo, vel vidua, ad hoc ut congrua existimari possit dos.
- 41 Pater, dote filie amissam, vel diminutam augere tenetur.
- 42 Care nomine quicquid caret affectu.
- 43 Dos dicitur diminuta ob obvius liberorum.
- 44 Virginitas pars dotis dicitur.
- 45 Pater, & filius non debent ad imparia iudicari.
- 46 Impossum, qua ex quolibet contractu lucrativo exigi debet; non habet locum in donatis à patre filio.
- 47 Donatio contemplatione matrimonij filio facta, an & quando in legitimam impetratur.
- 48 Pater dotis filie conditionem deteriorem facere nequit.

- 49 Pactum factum à patre super augmento dotis filiacum secundo viro de lucrando non dicitur in fraudem l. hac edictali, ubi secundus vir absque eo matrimonium non contraxisset.
- 50 Dispositio l. hac edictali non habet locum in donatis ex causa.

Q V A E S T I O XXVI.

- 1 **B** Ald. in l. hac edictali num. 20. tangit hanc questionem, & tandem decidit pro filijs primi matrimonij, scilicet, illos posse reuocatoria agere, ex forma nostrae legis, contra pactum factum cum secundo viro de lucranda dote de nouo per patrem constituta, quod etiam sequitur Curt. iun. in cons. 122. col. fin. & Rolan. de lucr. dot. quæst. 28. num. 2. ac Gabriel. commun. conclus. tit. de secun. nupt. conclus. 4. nu. 69. vers. contrarium.
- 2 Fundamenta eorum sunt videlicet, primo, quia pater obligatus est filiam dotare l. qui liberos ff. de rit. nups.
- 3 Secundo, quia dos à quocumque datur, semper ab ipsa matre peruenisse videtur l. ex morte. in fin. C. de paci. conuenienter enim pro alio representat illum, pro quo dat, & habetur, ac si ab illo esset datum, idem Bald. in l. generaliter col. 1. C. de secund. nupt. & in terminis d. l. hac edictali tradit idem Gabriel col. sit. conclus. 5. num. 38.
- 4 Tertio, quia filii primi matrimonij sicut possunt dotem reuocare, ita augmentum dotis, cum illud reguletur secundū naturam dotis l. profectiss. ff. de iur. dot. l. etiam C. col. l. interficerum S. cum inter ff. de paci. dot.
- 5 Et in terminis, quod augmentum dotis ad filios etiam primi matrimonij spectet, attenta dispositione d. l. hac edictali tenuit Rota Roman. in decis. eiusdem Rota 255. nu. 1. p. 4. in nouiss.
- 6 At contrarium consuluit in hac facili specie Iaf. in cons. 58. per. 1. vol. 2. & post eum nouissimè Surd. in cons. 255. vol. 2. dicentes hoc pactum in dicto augmento factum non praividicare filiis primi matrimonij, ex eo, quia non est factum super P dote,

dote, sed super augmento nouiter consti-
7 tuto, potest enim dos quandcumque
augeri, etiam constante matrimonio l. se
constante C. de donatio. ante nupt. & potest
qui dotes auger eis adiucere pacta, quæ
8 vult, ut in re sua l. re mandata C. mandat.
etiam abutendo l. sed se legge S. consuluit ff.
de petit. hered.

9 Mouentur primo, quia pater, qui semel
filiam congruenter dotauit, non tenetur
ad augmētum, etiam auctis facultatibus,
ex Bald. in Autb. res que num. 16. cum seq.
C. comm. delegat. & decisum refert Boer. in
decis. 62. vbi de veriori, & communiori
opinione testatur, ea ratione, si quidem
10 dos cum sit quasi debita filiæ, cum nu-
bilis sit, & matrimonium cōtrahat l. quod
pupilla. ff. quand. dies legas. ced. & pater tē-
pore contracti matrimonij dotem filiæ
dederit, ab obligatione liberatus intelli-
gatur Inst. quib. mod. toll. oblig. in princip.
nam obligatio seimel extincta amplius
11 non reviuiscit l. qui res S. aream ff. de solus.

Brun. de Stat. exclud. faemin. art. 9. quast. 1.
in fin. vers. contrarium, Grammat. decis. 57.
num. 34. & seq. & decis. 101. num. 37. Ri-
min. iun. conf. 97. num. 19. & seq. & const.
317. num. 12. At vbi pater non tenetur
12 dotare, & dotat, habetur pro extraneo,
qui potest sibi, vel alteri restitutionem
13 dotis stipulari. ob res quoque S. 1. & l. cum
dos in princ. ff. de pact. dot. 1. in traditionibus
C. de pact. Ancharan. conf. 434. Rip. in l. 1.
num. 84. & suis Barbos. par. 4. num. 135. poss.
mod. ex ultimo amplia ff. solut. matrim.
Add. ad Bmo. in l. unica S. accedit in verbo
stipulatus C. de rei uxori art. Capr. conf. 351.
in princ. ff. sed contrarium dicil. 1. Pe-
regr. de fideicom. art. 42. num. 51. Sard. de
alimen. tit. 1. quest. 25. num. 10. Manic. de
caus. & ambig. lib. 12. tit. 33. num. 45. &
seq. Manic. de Franc. decis. 196. num. 6. vbi sic
per S. G. conclusum sive se refert. Quam-
uis in ipso instrumento capitulorum non
ex post. condicio, vel aliquid pactum,
14 sed post. contractum, scilicet dos non
habere in matrimonio promissione, sed à tradi-
tione post tempus apponit, ut latè Satic.
in l. legem num. 3. col. 2. C. de pact. & post
cum, & alios Gracian. tom. 4. discept. forens.

cap. 769. num. 12. & 13:

Mouentur secundo, quia l. base dictali
solū prohibet ne vxor aliquid relinquat
ultra id, quod filius primi matrimonij
datum fuerit, at cum in isto casu maritus
non habeat hoc augmentum ex volunta-
te, nec ex dispositione vxoris, sed ex con-
ventione patris, & socii, qui ita pactus
est cum dotem auxit, igitur.

15 Sed contra prædicta responderi potest
ea non militare, si quidem primum fun-
damentum, scilicet, quod semel dotata
auctis facultatibus augmentum petere
nequeat, procedit, quando statutum iu-
beret filiam dotatam a patre esse conten-
tam, prout loquitur Bald. in d. Anthen. res
que num. 16. quod statutum licet nimis
rigorosum, tamen seruari debet, quia non
16 est contra bonos mores l. prospexit ff. qui
& a quib. Item procedit quando filia cū
iuramento hæreditati paternæ renūcias-
set, vt tradit. Couarr. in repet. cap. quamvis
pactum par. 3. S. 4. in fi. lib. 6. & in his duo-
bus casibus loquitur Boer. decis. 62. Item
quando filia tempore dotacionis con-
gruenter fuerit dotata, inspectis faculta-
tibus, quas pater habebat tempore nu-
ptiarum, tunc enim rationabile est, vt
supplementum auctis postea facultatibus
petere nequeat, At secus quando statu-
tum simpliciter filiam dotaram exclude-
ret, & dos inspectis tunc facultatibus no
fuit congrua, tunc etenim supplementum
petere non prohibetur, vt facta hincade
longa discussione, concludit Manic. de
scit. & ambig. lib. 12. sis. 24. per soium, vbi
hanc opinionem communionea appellat.

17 Nec huic conclusioni contradicunt
tradita per Camil. Salern. ad Cornuet. Neap.
si moriatur fo. 96. lis. F. in nouis. dicente
quod siue filia renunciauerit, siue non, &
18 facultates patris aucte fuerint, ita vt tem-
pore mortis patris dos incongrua esset,
& ad legitimam non ascenderet, filia ad
supplementi petitionem non admittere-
tur, & quod ita fuit indicatum per Sacru
Consilium iunctis aulis, in causa Anto-
niz Cangianæ. Item in causa Lucretiae
Cerellæ. In causa Magnificæ Isabellæ de
Ru-

Nugerio, & in causa Fraciscæ Casanouæ, taliter, quod de hoc hodie (ut ait ipse) non sit amplius dubitandum; dummodo constaret patrem officio parentis fundū, esse, siquidem cum de iure consuet. fœmina ob existentiam masculorum ab omnium successione excludatur, dummodo de paragio dotata fuerit, ob quod vnicā sufficere dotationem decisum tradit Ann. in allegat. 117. & hanc esse magis communem, & veram opinionē post Menob. Thesaur. Cephal. Mandos. & innumeros tradit Gratian. tom. 3. dist. cpe. forens. cap. 490. num. 29. subdēs sic in Rota decisum, paragiū vel erit minus legitima, vel ultra legitimā parū referre, solum n. consideratur, ut pari nubere possit, ut post Napo. & alios tradit Vinc. de Francb. in decis. 87. num. 11. & propterea filia pari cum dote nupta non est, quid amplius prætendere possit ex vi consuet. prædictæ sic mandantis, cū dos licet minima dici possit congrua, si moribus recepta sit, ita Corn. consil. 107. num. 11. lib. 2. & conf. 162. eod. lib. cum alijs per Gratian. tom. 5. dist. cpe. foren. cap. 945. num. 2. & 13.

21. Nec subsistit secundum fundamentum quod pater dotando liberetur, & sic obligatio sit extincta, id enim procedit in obligatione conventionali, & non legali, quæ est contra patrem, ista quidem durat quārum durat causa inductiva ipsius obligationis, & sic necessitas, ut inferius dicemus.

Minus quoque mouet tertium, ex eo, quod satis differat pater ab extraneo, qui dato, quod non teneretur iterum dotare, nec ad hoc compelli possit, non tamen ad id iure sanguinis non teneatur, & sic ex quadam naturali obligatione, & affectione, quæ cessat in extraneo, ut satis doctè tradit Manic. de tacit. & ambig. lib. 12. sit. 33. num. 47. vers. multo minus; & in terminis nostris Curt. iun. conf. 122. num. 15. quem etiam sequutus est

23. Molin. de rit. nuptiar. lib. 3. quast. 60. num. 18. dicens in hoc casu dotis augmentum à filia demanare, sicut dos, in qua locum habet dispositio l. bac edictali, & ibi latè per totum, prout quoque voluit

Alex. Trespaing. lib. 3. rian. resol. sic. de domini trim. resol. 5. num. 34. fol. 344. col. 1. in princ: vers. secundo procedit, & fol. 349. col. 1. vers. 6. sexto limitatur.

24. Denique non obstat quartum, & vlti: sum argumentum, tamquam sine ratio: ne, siquidem l. bac edictali nedum prohibet ne vxor, vel maritus respectiuè sibi relinquant ultra id, quod relinquitur fi: lijs primi matrimonij, sed etiam prohibet omnem modum per quem relinquiri pos: set secundo viro ibi omni circumscriptiō: per interpositam personam. Vnde si huiusmodi pactum valeret per interpositam patris personam fieret fraus dictæ legi, nam secundus vir per indirectum conse: queretur, quod directo mediante vxoris persona, & pacto consequi nequiret.

25. Verum quicquid sit de hac controve: sia, quoad me sic distinguendū putarem, scilicet, an filia cum illa prima dote, absq; tamen parris augmentatione secundo nubendo condignum virum habere potuisset, aut non; primo casu adhærerem secundæ opinioni, quod pactum hoc super dicto augmentatione per patrem cum secundo viro factum non dicatur in fraudem l. bac edi: ctali, per ea, quæ tradit Surd. in dicto conf. 255. In secundo vero casu secus dicemus,

26. quippe eo casu augmentationum non dice: retur ex quadam liberalitate parris. pro: venisse, ut presupponit Surd. ibi, sed ex mera necessitate, & successiuè ut in re filia debita onus imponere non poserat Lquoniam in prioribus C. de inoff. testamen: quoniam certum est, quod pater tenetur congruè filias dotare inspectis facultati: bus, dignitate vxoris, & viri, numero li:

27 berorum, ac consuetudine locorum Lfilia ff. de legat. 3. l. cum post S. gener, & l. quara: ff. de iur. dot. Autb. res que C. commun. deleg. S. quamobrem Autb. de refit. & ea qua par. cap. nullum 30. quæst. 5. Mafcard. de probat. conclus. 570. num. 13. Menob. de arbitrar. iud. cap. 149. num. 34. 38. & seq. Hondet. com. 10. num. 31. 34. & seq. vol. 1. Cost. de pore. ras. quæst. 197. Thesaur. decis. 192. num. 1. Barz. decis. Bonon. 127. Viu. decis. 260. Farinac. decis. 131. num. 11. par. 2. Vinc. de Francb. decis. 616. & denique Mansic. de tacit.

seria. & ambig. lib. 12. tit. 2. I. meno dignitas & qualitas temporum inspici debet. Et quis ff de relig. & sumpt. funer. late. Simon de Pres. in conf. 90. in fin. & Tbesaur. in decis. 192. num. 6. dicet Camil. Salern. in consuetud. Ne ap. si moriatur, incipiente paragium fol. 95. dicat inspici debere conditionem, & familiam viri cum quo contrahitur, & hoc esse verius, quia in eo casu licet controversia sit, an dos debeat 28 excedere, vel ne legitimam, de qualitatibus. Menoch de arbitr. cas. 149. Boec. de non melior dat. tr. fil. cap. 1. Sanchez de matrem. lib. 4. dispot. 26. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 22. Mangil. de imputas. quest. 54. Merlin. de legitim. lib. 3. titu. 1. quest. 12. Gracian. sdm. 3. discept. forens. cap. 945. & in decis. March. 27. Mantic. eod. 59. num. 4. Tbesaur. decis. 192. Rot. Rom. apud Farin. decis. 131. volv. 2. Faber iusso Co die. lib. 3. tit. 19. de istoff. scib. def. 20. & Macer. lib. 2. var. resol. resol. 27. Tamen 29 sunc potest excedere, quando filia talem virum, cum minori doce habere posse posset. Quicquid esset in magno atibus opulentias hereditates habebibus, ut testatur Capit. in d. confites. fol. 94. incip. An mulier, 31 cum eo casu paragium possit esse minus legitima, vbi cum eo possit pari apte nuboro, ut in eius temporibus obseruatum fuisse afferit in causa sororis Marchionis Vasti, quae nupsit cum Duce Amalphix; in sorore Ducis Castrouillarum nuptæ filio Comitis Montorij; in sorore Principis Hostiliani, & in sorore Ducis Magdaloni; idemque subdit obseruatum fuisse in causa Illust. D. Isabellæ de Aragonia cum Illust. Duce Montisalti eius fratribus, vt fol. 95. lit. D.

32 Pater inquam non semel, & bis, sed iterum, atque iterum filiam dotare teneatur Salic. in authen. sed quamvis num. 7. C. de rei vxor. act. Negus. de pignor. 4. membr. 2. par. princpl. num. 24. in fin. Faber in suo Codic. lib. 5. tit. 6. de dot. promiss. definii. 13. Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1. quest. 23. num. 4. vbi sic decisum per Rotam refert. Quod extenditur etiam ad fratrem ex seniori, 33 & communiori opinione, cum & ipse non obstante vnica dotatione iterum sororem

dotare teneatur, ut post Motus de conser. Bib. Rip. Boer. Menoch. & alios tuncur Griseian. sdm. 3. discept. forens. cap. 467. num. 2. & persol.

34 Et rato fundamentalis est, quia legatis obligario patris tantum durat, quantum durat causa inductua ipsius obligacionis, seu ipsa necessitas. L. obligamus S. etate ff de atl. & obligat. in terminis Bald. in l. qui per salutem, & ibi ceterique DD. de iur. iur. Campes. de dot. p. 1. quest. 26. Boec. decis. 131. num. 3. Igitur cum in filia secunda loco nubente dos congrua non reperiatur, adhuc patris obligatio durare videtur tanquam existente causa.

35 Nec mouet si dos primo loco constituta, congrua fuerit, non enim sequitur quod continuo sit congrua, ut inquit Mantic. de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 23. num. 13. in fin. siquidem ut ait Soccia. sdm. 57. num. 25. & sequen. lib. 4. quae secuti sunt Barz. in decis. Bonon. 127. num. 4. & Gratianus in decision. March. 19. doctes variante ex temporum varietate, ita ut quæ olim congrua fuerit procedente tempore tenuis extimatur, & proinde augeri debet secundum qualitatem illius temporis, ut etiam decisum refert Serapbin. in decis. 666. & latè tradidi in addit. ad Sura. in decis. 62. num. 7. & seq. vbi in tali casu pro dote augenda bona sideicommissio subiecta alienari possunt. Maximè in viduis, quæ non facile virum inueniunt, 37 nisi cum magna dote, ut inquit Dec. in l. & quam mulier num. 5. in fin. C. de secun. nups. & Bald. conf. 48. lib. 1. ac Cassan. in confites. Burgund. de successions rubric. 7. num. 7. fol. 270. quo casu etiam filij de eorum pro prijs bonis matrem secundo nubentem dotare debeat, ut dixi in quest. 5. in fine ipsa metetricari cogatur. Igitur à fœliori in patre, cuius officium est filiam doare l. fin. C. de dot. premiff.

Et ob id Bald. in conf. 102. num. 1. vers. secundo casu lib. 4. inquit, quod in extinzione congrue dotis habenda est ratio conditionis mulieris, veluti si sit vidua, 39 vel virgo, cum in vidua maior dos requiratur, prout etiam illum sequitur Mantic. de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 21. num. 25. vers.

- verit. præterea conditio maliceris inspici debet.
- 40 Nec obstat, quod hoc procedat, quando cum illa dote taxata, filia tunc temporis se nuptui non traderet, sed longum post interuallum, in qua temporis constitutione illa non fuit reperta competens ex temporum qualitate.
- Siquidem responderetur, patrem per vñā dotationem non esse exemplum ab altera dotatione, ut supra dictum est.
- 41 Et quamvis id verū esse videatur quotiescumque prima dos absque culpa filiae fuerit amissa; nihilominus procedit etiā quando fuerit pro parte diminuta, cum pater semper teneatur ad tantundem, vt ex pluribus iuribus id probat Gratia. tom. 3. discept. forens. cap. 467. num. 3. verf. siue dos sit in totum deperdita, siue pro parte diminuta.
- 42 At in casu nostro non solum dos potest dici deperdita, si quidē idem est habere dote in, & non congruam (scilicet si cum ea condignum virum habere non posset) quam non habere, cum careat nomine, quidquid caret effectu l. 2. S. appellata ff. si cert. fec. l. à nullo C. deferiis. Sed diminuta propter onus liberorum primi matrimonij, & virginitatem amissam, quę pars dotis dicitur Abb. conf. 79. col. 2. lib. 2.
- 43 Gall. ad Confuet. Alex. in præfat. num. 26. & Cassan. in Confuet. Burg. in rubr. des successions rubric. 7. nu n. 7. & 8. fol. 270. à tergo, vbi refert quoddam dictum Lucij Apulei, non satis eleganter, quam veraciter, in libro de magia in secundo, sub his verbis, *Virgo formosa, & si sit oppido pauper: tamen abunde dotata est, affert quippe ad maritum nouam animi indolem, pulchritudinis gratiam, floris rudimentum: ipsa virginitas commendatio iure meritoque omnibus acceptissima est maritis.* Nam quandocumque aliud in dote acceperis, potes cum libueris, ne sis beneficio obstrictus, omne ut acceptas retribuere pecuniam remunerare, mancipia restituere, domo demigrare, pradijs cedere. Sola virginitas accepta est, reddi nequit, sola apud maritum ex rebus dotalibus remanet. Vidua autem talis nuptijs venit, talis divorcio digreditur, nihilo affert impossibile;
- 45 sed venis alio prefloreat.
- 45 Præterea pater, & filia non debent ad imparia iudicari, cum alter alteri in necessitatibus subuenire debeat. At pater in necessitate existens potest dotem primo loco filiae datam diminuere S. que viro Auth. de equalit. dot. Authen. sed quamvis C. de rei vxor. act. igitur è contra filia virum non reperiens ob eius incongruam dotem, ob quod in necessitate constituitur, pater eam tenetur augere, cum eadē sit augmenti, quæ & diminutionis ratio. Immo quando nulla adesset legalis patris obligatio, non poterit negari patrem id facientem (existente filia in necessitate) non ex mera liberalitate, sed ex quadam necessitate naturali obligatione ad texa sing. in l. 1. C. de impon. lucrat. descript. lib. 10. vbi impositio, quæ ex quohbet contractu lucrativo exigi debet, non habet locum. (inquit tex.) in donatis à patre filiis, quia in his donatis sub nomine liberalitatis, naturale debitum persoluitur, ibi in tam necessarijs sibi, coniunctisque personis sub liberalitatis appellatione debitum naturale persoluitur, prout etiā hanc opinionem late contra Surd in d. conf 255 tetur Motin. de ritu nupt. lib. 3. q. 60. per tot. stante naturali patris obligatione.
- 46 Et ad hoc facit illa communis Dōcto- rū conclusio, quod etsi pater non teneatur donationem contemplatione matrimonij filio facere, tamen quando parentes mulieres non essent contracturi absq; dicta donatione, & pater donat, quod id non censearur ex mera patris liberalitate processisse, sed ex quadam necessitate naturali instinctu, qui talis est, vt subiiciat patrem de facto ipsi necessitati, licet iure actionis, vel iudicis officio compelli non possit; vnde idcirco talis donatio in filij legitimam imputatur, vt late tradidi in additio. ad decif. Surd. 321. & sequitur Mangil. de imput. quest. 14. num. 44. Peregrin. de fideicommiss. artic. 36. numer. 134. cum in necessitatibus nemo liberalis existat.
- 46 Si igitur patre dotem augente, quando filia absque augmento secundo nubere non posset, id ex necessitate factum vi detur,

detur, clara subsequitur consequentia patrem non posse filia conditionem filia deteriorem facere, pacificando cum secundo viro de eo lucrando, ad tex. in l. 2. in l. Attilicinius, & in l. quamvis de pact. dotat. & Anna singul. 601. & Thesaurus decis. 230.

49 Excepto tamen, quando etiam in tali causa vir non contraxisset absque dicto pacto, per ea quae tradidi in quas. 5. cum eo casu licet augmentum dotis à filia processisse videatur, tamen tale pactum non cœletur in fraudé l. hac edictali. per ea quae 50 dicta sunt ibi, & per tradita apud Vinc. de Franch. in decis. 632. num. 1. ubi in donatis ob caussam cessat dispositio d. l. hac edictali.

ARGUMENTVM.

Numquid dispositio l. hac edictali locum habeat, ubi dos applicaretur viro ob uxoris adulterium.

SVM MARI V M.

1 Mulier ob adulterium, amittit dotem, & vis-
tro applicatur.

Amplia & dotarium nu. 2.

Item & alia bona paraphernalia nu. 3.

4 Maritus existentibus filiis primi matrimonij non lucrasur dotem, ob uxoris adulterium.

Amplia quamvis extaret statutum, per quod ob uxoris adulterium dos alio applicare-
tur nu. 5.

Intellige si statutum de filiis primi matrimonij mentionem non faceret nu. 6.

7 Maritus esti existentibus filiis primi matrimonij propter uxoris adulterium dotem non lucretur, attamen non priuatitur portio-
ne pro modo unius legitime liberi.

8 Dispositio l. hac edictali non habet locum in dotis titulo onerofo.

9 Maritus in accusando crimen adultery om-
nibus preferitur, scilicet Patri, Fratri, &
Avunculo.

10 Dispositio l. hac edictali ad quid introducta.
11 Dispositio l. hac edictali non includit aliena-
tionem necessariam, & à lege prouenien-
tem.

12 Quicumque generalis alienationis probabi-
lio, non includit in se necessariam.

13 Lex prohibens actum fieri, non comprehen-
dit actum ex necessitate factum.

14 Alienatio, que ex delicto sequitur, necessaria
judicatur.

15 In dote matris ob eius adulterium filii primi
matrimonij an iure successionis succedant.

16 Filii tam primi, quam secundi matrimonij
equaliter in dote matris, ob eius adulte-
rium succedunt.

Intellige in dote tantum nu. 32.

17 Pater an marito preferatur in successione
dotis filiae ob eius adulterium.

18 Dos propter mulieris adulterium ad extra-
neum non reuertitur, & nisi expressè stipu-
latus fuerit illam sibi reddi.

19 Glos. in l. si dotem 24. in verbo fuisse C. de
sur. dot. improbat.

20 Prohibitus per contractum alienare, est quo-
que prohibitus per delictum.

21 Prohibitus alienare, censetur quoque prohibi-
tas facere actum, per quem sequi possit
alienatio.

22 Permissa alienatione, censetur permisum
omne id, sine quo ad alienationem peruer-
niri nequit.

23 Per delictum aperitur via alienationi.

24 Delinq. ens censetur cum fisco contrahere,
& in illum bona quasi ex contractu alic-
iare.

25 Alienatio, que fit ex delicto, voluntaria di-
citur.

26 Necessaria non dicitur caussa, que originem
babet à voluntate.

27 Omne causatatum debet referri ad princi-
pium, quod est ipsius caussa.

28 Lex non fauet ijs, qui in necessitate se consi-
tuunt.

29 Alienatio si permissa sit in casu necessitatis,
non habet locum, ubi data opera, & ex
facto suo, non à lege, vel natura coactus,
in necessitatibus se constituit, veluti in-
delinquendo.

30 Prohibitus alienare in praividicium alterius,
non potest illi delinquendo praividicare.

Probi-

- 31 Prohibitus in certam personam alienare, censetur quoque prohibitus operam dare, ne aliquo modo ad illam peruenient alie-natio.
- 33 Lucrum, quod filii per matris adulterium defertur, in legitimam non imputatur.
- 34 Dos cur ad patrem ob filia adulterum re-uertatur.
- 35 Omnia, que ex secundo viro ad uxorem per-uenerunt, ad illum spectans ob eius adul-terum, etiam existentibus filiis primi ma-trimoni.
- 36 Dos ob uxoris adulterum applicatur filiis primi matrimonij, post tamen adultere mortem.
- 37 Mater in priuudicium filiorum primi ma-trimoni potest secundo coniugi usumfru-ctum omnium eius bonorum dare usq; ad tempus mortis.
- 38 Portio vitrici, ubi nihil filio relatum fue-rit, an equiuale debeat legiema unius ex liberis, vel portioni vni ex illis tangen-ti, deducta prius per eos legitimis.
- 39 Portio viri ob uxoris adulterum existen-tibus filiis primi matrimonij, quanta erit.

QVAESTIO XXVII.

1 **E**t si verissima sit iuris conclusio, mu-lietem qb adulterium dotem suam amittere, & maritum lucrari l. viro, l. simul l. cum mulier, & l. Lucius, ubi glos. in verbo repudium ff. solut. matrim. l. consensum C. de repud. Autb. vt lic. matr. vel auia. S. quia ve-ro pluries, & Autb. vt null. iud. S. si quando vero c. plerunque de donat. inter vir. & vxo. Rom. conf. 268. Marbl. in l. vnic. num. 148. C. de repud. & cons. I 3. col. 1. quam commu-nem esse ait Bermond. de concub. num. 42. fol. 43. Bald. Nouel. de dot. par. ii. S. batlenu-s num. 36. & hanc opinionem vti veriorem & communiorem à multis tuendo sequitur Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 5. cas. 419. num. 58. & seq. & ita decisum refert Peguer. in decis. 93. num. 2. V incen. de Franch. decis. 184. num. 1. Sanchez de matrim. lib. 1. o. disp. 8. num. 2. Surd. de alim. tit. 7. quast. 16. num. 20. cum alijs per eos congestis.

2 Imo non solum dotem, sed & dotariū, vt d. l. consensum S. virum, & renuit in spe-

- cie glos. in d. cap. plerumque in verbo dota-
rum, Boer. decis. 338. nu. 2. Peguer. cit. decis.
nu. 2. prout decimum refert quoq; Papon.
lib. 2. tit. 2. arrest 97. in append. Itē & para-phernalia d. glos. d. cap. plerumque, & ibi
Abb. num. 8. Zabarell. cons. 111. in secundo
dubio, Rom. sing. 315. Marbl. sing. 339. &
hanc esse communem inquit Boer. in cita.
decis. 338. num. 2. idem Peguer. num. 3. &
Menoch. num. 59.
- 4 Tamen hoc cessat vbi extarent filij ex
primo matrimonio, cum eo casu disposi-tio l. bac edictali procederet, & sic filii, &
non viro bona predicta applicarentur, vt
in puncto firmant post glos. sing. in cap. I.
verbo respicere ut hit. non contell. Salic. in d.
l. bac edictali, & ibi Bald. num. 5. ac Bertr.
num. 53. Cassan. in Consuet. Burgun. rubric.
4. §. 6. uers. & Saracen. num. 20. & latius
rubric. 6. §. 1. num. 8. & 9. ouarr. de matri-mon par. 2. cap. 7. §. 6. num. 4. in fin. & ita se
defendisse bona plurium liberorum pri-
mi matrimonij aduersus similes adiudi-ca-tiones inquit Crem. sing. 86 sic quoque
Vincen. de Franch. in decis. 42 1. nam. 12. &
sequen. Boer. decis. 338. num. 6. Menoch. de
arbitrar. d. cas. 419. Fontanel. de paci. nupt.
claus. 7. glos. 3. par. 12. num. 2D. Rubin. decis.
339. & sic iudicatu refert Papon. d. lib. 22.
tit. 9. arrest. 5. Sanchez de matrim. dicta
disput. 8. num. 12. Lopez de donation. inter
vir. & vxor. & in Rubr. §. 20. num. 1. vers.
intellige, Barbos. in l. 2. par. 1. num. 62. ff. solu.
matrim. Bermond. de concub. in rubric. de
adul. num. 65. vbi de communi Borrel. in
summ. decis. lib. 3. tit. de adulter. num. 126.
Farinac. de delici. Carn. quast. 142. par. 1.
num. 93. & 94. Baiard. ad Clar. in d. §. adul-
terium num. 125. vers. item adde, vbi id am-
pliat etiam si extaret statutum, quod si
vxor adulterium committat, maritus lu-
cretur dotem, & inter alios allegat Car-
rer. in §. homicidium il 6. num. 257. Cuius
dictum verum esse puto, vbi in statuto no
6 fieret mentio de liberis, alias contrarium
dicerem, ex eo, quia censeretur derogari
l. bac edictali, vt latius dixi in q. 6.
- 7 Sed hoc intellige, vt dos marito, ex-i-
stentibus filiis primi matrimonij, adiudi-
cari no debeat, nisi pro modo vnius legi-
timæ

timæ liberi, ut in specie fit marunt Bertr. in d.l.hac editali num. 36. Lop. de donation. inter vir. & vxor. d.S. 20. Couarr. d.S. 6. nu. 4. in fin. Papon. d. arrest. 5. circa medium, & Caffan. in d. rubr. 6. S. 1. num. 9.

Licet dubia aliquantulum sit hæc quæstio, tum respectu filiorum primi matrimonij, & sic primæ conclusionis; tum etiam respectu huius intelligentiæ.

- 8 Si quidem quoad primam dici potest dispositionem l. bac editali intelligi debere, quando titulo lucrativo plus confertur vitrico, & non ex titulo oneroso, ut in præsenti quæstione, cum dos illa applicetur viro in recompensationem tantæ infamiae, & iniuriæ in eum illatæ, cuius principaliter est; quod considerauit Imperator in l. quamvis la 2. S. in pri-
9 mis C. de adult. vbi in proponendo hoc cri-
men voluit maritum omnibus præferri debere, scilicet patri, fratribus, & auun-
culo. Eo magis videtur dubia hæc opinio, cū quid ob adulteriū desertur viro cōtra voluntatem vxoris, iuris tamen disposi-
tione desertur, vnde videntur cessare ter-
10 mihi l. bac editali, quæ non ad aliud fuit introducta, nisi ob nimium amorem, quæ solent binubæ secundis viris afferre, qui-
bus non solum bona, sed ipsam vitam addicunt, propter quod tex. in l. que tu-
tores C. de administ. tut. contra eas satis exclamat, dicens, quod per secundos con-
iuges, proprios filios excoriarent, & sic dispositio d.l. bac editali, procedit vbi vi-
tricus ex dispositione, & liberalitate bi-
nubæ aliquid plus haberet, quam unus filiorum ex primo matrimonio, siue titu-
lo legati, siue donationis, & sic quoquis alio modo, tam inter viuos, quam in vlti-
ma voluntate, quod pro non scripto, non legato, vel donato habeti voluit ibi Im-
perator, & hoc per iniuriam, quam propter similes dispositiones filii infertur, sed in hoc casu nulla filiorum iniuria cō-
sideratur, quia non ex liberalitate vxoris, sed ex legis dispositione, & in locum pœ-
næ dos viro desertur.

Secundo idem evidenter ostenditur, quare quæcumque etiam generalissima dispositio d.l. bac editali alienationem

in maritum prohibens per uxorem fieri maiorem, quam vni ex filijs primi matrimonij non includit alienationem ne-cessariam, & à lege prouenientem per no-tata per Bart. in l. peto S. fract. ff. de leg. 2.

12 cum regulatiter quæcumque generalis alienationis prohibitio non includat in- se necessariam alienationem l. alienatio- nes ff. famili. heredit. l. diuus ff. de petit. hered.

13 prout de actu ex necessitate facto, quod non comprehendatur sub lege prohiben- te actum fieri l. i. ff. de excus. tutor. l. us gra- datum ff. de muner. & honor. cap. li. quis per necessitatem extra de re iudic. cum aliis concord.

14 At alienatio, quæ ex delecto sequitur, necessaria iudicatur l. peto S. pre diuim ff. de leg. 2. Perogr. de iur. fisc. lib. 5. tit. 1. sub. 1. 0. 1. vers. est enim confiscatio species alienationis necessaria, ergo dispositio l. bac editali in hoc cessat.

15 Et quamvis filii ex primo matrimoni in casu prædicto admitteren- tur, hoc tamen non esset ex dispositio- ne dict. l. bac editali, sed iure succelsio- nis, quod verum est, quoniam dato, quod non extarent filij ex primo matrimonio, sed ex secundo, illi quoque admittuntur d.S. qui vero plures Auth. ut lic. matri, vel uia, & glos. d. cap. 1. ut lit. non constat. Item

16 si adessent liberi tam primi, quam secun- di matrimonij æqualiter succederent, vt latè Vincen. de Franch. in d. decis. 42 1. num. 13. & ipsis non existentibus succederet

17 pater adulteræ, glos. in d.l. consensum §. vir quoque vers. sibi habere C. de repud. quamvis sibi reddi stipulatus non sit, vt tradit Jo. Andr. ex mente Dyn. in dict. cap. plerique vers. 6. & vers. numquid pater, & ibi Ancha. num. 8. Henric. Boich. Ant. de Buer. Zabarel. Propos. Alex. & alij, quos congerit Farina. de delict. Carn. q. 142. par. 1. num. 85. & 86. subdēs ita communiter teneri per DD. & sic in casu prædicto attēditur ordo succe- dendi, scilicet linea descendantis, & de-

18 inde ascendentis. Quicquid esset respe- ctu extranei, cum ei dos non revertatur, nisi expressè stipulatus fuerit l. si. docem.
24. C. de iur. dot. licet ibi glo. in verbo fuisse, dicat idem esse in patre, quæ communi- ter

- ter reprobatur, & ut post malos testatur
19 Borrell. in summa decis. lib. 3. n. 6. de adalit.
num. 123.
- 20 Verum quoad hanc primam con-
fessionem ab ea recedendum non puto, per
sex. in l. imperator, vbi etiam Bart. ff. de fa-
deicom. libere. vbi specificè traditur, quod
vbi quis per contractū prohibetur aliena-
nare, sic etiam per delictum, ex eo, quia
prohibitus alienare non potest facere.
- 21 actum, per quem sequi possit alienatio,
l. codicilli S. mater, vbi Bart. ff. de legat. 2. l.
& si ad resoluendam, vbi etiam Bart. & Se-
ciles. C. de præd. minor. glos. in l. vñ ita quis. Se-
cilege. ff. de verb. oblig. Boer. conf. 25. num. 2.
Menoch. conf. 101. num. 20: siue medioces,
sive immediate ex acto perueniatur ad
alienationem l. as. in l. 2. colum. 6. ff. de vñtg.
Crauet. conf. 137. num. 12. Cephal. conf. 175.
num. 8. lib. 2. Quod probatur in l. oratio ff.
de / pon. vbi defumitur regula, quod pro-
hibito aliquo, censetur prohibitum omni-
ne id, sine quo ad illud perueniri non
potest l. 2. ff. de iurisdict. omn. iud. & ibi
Bart. & sic prohibitus alienare, censetur
etiam prohibitus contrahere super aliena-
natione facienda Bart. in l. cum lex, & ibi
etiam Castr. ff. de fidei. Bald. in l. fin. C. ad
leg. Falcid. Iakin l. fin. C. de sur. emphit. nu.
134. & conseqüenter non potest etiam
23 delinquere, quia delinqüendo viam ap-
petit alienationi, ad lexim l. imperatores, ibi
tunc ipsam paenę subdiaconi ff. de iure fisc.
Instit. de oblig. qua ex delict. nasc. in prima.
l. omm. ff. de iud. S. hoc considerantes Autb.
ut omn. obed. iudic. scilicet delinquentem
24 ex delicto cum fisco contrahere, & in il-
lum bona quasi ex contractu alienare
censetur: præcipue quia alienatio, quae
25 sit ex delicto sit voluntaria, non necessaria,
vt probat Alex. in l. s. finita. S. & de recti-
libus num. 35. & seq. ff. de davan. insti. Bald.
conf. 20. vol. 2. T. iraq. de retract. consang. S.
1. glos. 1. 4. num. 15. Ramin. sen. conf. 243. na.
57. volum. 2. & post alios Surd. decis. 254.
26 num. 28. nam regulariter non dicitur ne-
cessaria caussa, quæ originem habet à vo-
luntate, vt post Bald. in d. bon. 20. Menoch.
de arbitrar. cas. 182. Sol. ad Conf. Suband.
tit. defuda. glos. 1. par. 2. num. 6. sic quoque

- Bald. C. de bono Quidcompon. circa princ. di-
cens, quod omne causarum debet referti
27 ad principium, quod est ipsius cauze, ita
etiam l. as. in l. quominus num. 17. ff. de fisc.
min. vbi per illum lex. & alia iura norat id
esse iudicandum de causa causante effi-
ciente, quod de ipso eff. cau., & idem ius es-
se in causa efficiente, quod de ipso effi-
centia, & q. causa finali, & quidquid est causa
causæ, est causa causati Bart. in l. 4. S. actor
num. 2. ff. de re iudicat. & sic inspicendum
est, quod à principio voluntatis sit, quam-
uis erinde sequatur necessitas; cum lex
28 non faueat ijs, qui in necessitate se con-
stituant l. si fidei ius. S. si necessaria, & ibi
glos. Bart. & communiter DD. ff. qui farij.
cognoscantur.
- 29 Hinc in specie voluit Bald. in d. cons. 20.
cum qui data opera ex aliquo facto facta,
non à lege, vel natura coactus semper neces-
itate constituitur, non posse alienare bona,
quorum alienatio erat concessa in neces-
itatibus suis, quem licet corruptæ se-
quitur Boer. in decis. 44. num. 27. vbi in
specie inquit, necessitatem data opera
dici, vbi quis sponte de vita concurrit, vel
aliquid commiserit delictum, ob quam
non permititur alienatio.
- 30 Et propterea inquit Bart. per II. in l. II
filius C. de bon. proscript. in l. s. finita. S. & de
rectilibus na. 12. ff. de davan. insti. quod
qui non potest contrahendo alienare in
præjudicium alterius, similiter non potest
illi delinquendo præjudicare, cui opinio-
ni inhærent Dec. conf. 442. num. 26. cum
sequen. Socin. cons. 121. num. 22. lib. 4. Rot.
à Vall. conf. 56. num. 8. cum seq. & cons. 31.
num. 23. Rub. conf. 154. num. 2. vbi hanc
opinionem communem esse profitetur Co-
marr. in regul. possessor 3. par. S. 1. num. 8. &
ibi etiam de communi testatur, sic quoq;
voluit idem Bart. in l. s. quis in tantum col.
2. C. unde vi, quod vbi alienatio est pro-
hibita favore alterius, quam delinquentis,
quod hoc calu pēt delictum alienari
non potest, cuius dictum cōstituit
DD. sequitur videlicet Salic. & Bald. in l.
1. C. de bon. libert. Alex. conf. 23. num. 8. vol.
1. Socin. sen. conf. 266. num. 38. volunt. 2. &
conf. 121. num. 22. vol. 4. Dec. conf. 442. num.
27. Al-

27. *Aliae.conf.67.lib.9.Abb.conf.22.vol.2.*
Aretin.conf.14.col.5.Curt.conf.6.col.10.in-
princ.Paris.conf.175.num.1.Crem,sing.86.
Peregr.de iur.sic.lib.5.cit.1.num.99.Boss.
de bonor.publicat.nu.41.Farinac.de delict.
&pæn.quest.25.num.48.Cacher.decis.94.
num.3.& probatur ex tex. in l. quinque le-
ges cum duobus seq.ff.de bon.dānat.Maximē
vbi alienatio prohibita esset in certam
personam, vt in d.l.bac edictali, quo casu
prohibitus tenetur non tantum in eam
31 *non alienare, quam etiam operam dare,*
ne aliquo modo, vel via perueniat in per-
sonam prohibitam, ad tex. in l. si ita quis
la 2.S.ca lege ff.de verbor. oblig. quem pro
sing.notat in specie Bald.in l. quoties la 1.
C.de fideicom.& sequitur Paris.conf.22.nu.
56.lib.3.& facit glof.in l. quedam ff. de ac-
quir.rer.domin.ac glof.san.in l.si quis prioris.
S.certum esse C.de secund.nupt.

At ex dispositione l.bac edictali mulier
 prohibita est in secundum virum aliena-
 re, & sic in certam personam, favore tamē
 filiorum primi matrimonij, ergo non po-
 test delinquendo eis præiudicare, & per
 īdirecum fraudi viam aperire.

32 Nec obstat, quod si extarent filij ex
 vitroque matrimonio ambo succederent,
 si quidem hoc est quoad dotem, secus
 quoad alia, quia unusquisque accipiet lu-
 cra ex genitoribus suis prouenientia re-
 spectuē l, si quis S. talem C. de secund.nupt.
Cassan.in d.consuetud.Burg.rubric.6.S.1.
num.7.

33 Et quod hæc opinio sit vera, appareat
 ex eo, quod lucrum hoc filijs per adulte-
 rium matris delatarum non imputarur in
 legitimam, vt in specie notat *Couarr. de*
spons.cap.7.S.6.num.4.in fin.

34 Minus quoque refragatur, quod si nō
 extaret filij ad patrem dos reuerteretur,
 si quidem hoc est secundum consuetudi-
 nem Martini l.dos à patre C.de sol.matrim.
 vt etiam *Borrel.loc.citato, ac Cost.de remed.*
Subsid.remed.65.num.9.& sic sumus in ca-
su speciali, & quod hoc sit verum constat,
namque & si frater dotauerit sororem, &
tamen sibi reddi stipulatus non fuerit,
certè illi in casu prædicto dos non reue-
teretur ad similiudinem patris, vt in spe-

cie *Vincen.de Franch.in decis. 196.* quem
 sequitur in puncto *Cost.d.remed.65.nu.9.*
 quod secus esset, vbi 2d instar successio-
 nis hoc lucrum deferretur, cum frater si-
 mul cum parte succederet ad sex. in *Ausb.*
defuncto C.ad Tertull.

35 Verum quod diximus, quod existen-
 tibus filiis primi matrimonij omnia eis
 applicantur. Limita quoad ea, quæ
 ex liberalitate secundi viri in uxorem
 processerunt, cum eo casu indigna effi-
 ceretur aduersus eum, qui id donavit d.l.
consensum,& cap.plerumque, & sic omnia,
quæ ex viri liberalitate peruererunt ei
adiudicari debent, & ita intelligi debet
quoad dotarium quoque; quoad vero ad
residuum ad filios primi matrimonij spe-
ctare debet, vt declarant citati DD.& in
*specie *Papon.in d.arrest.5.**

36 Item intellige lucrum prædictum de-
 ferri filiis primi matrimonij post mortem
 adulteri, vt sentiunt *Salic. Bald. & Bertr.*
in d.l.bac edictali, quos omnes, & alios
*sequitur *Vincen.de Franch. in decis. 421.**
num.13. cum possit mulier in præiudiciū

37 filiorum primi matrimonij dare secundo
 coniugi vsumfructum suorum bonorum
 usque ad tempus eius mortis, vt tradit
Cin.in d.l.bac edictali in 1.quest.& post eū
& alios Deci.conf.246.

Quoad vero secundam conclusionem
 non video quomodo *Couarr. & aliorum*
 opinio sustineri possit, dum dicunt illud
 solum viro applicari, quod importare

38 posset legitima vnius ex filiis primi ma-
 trimonij. Siquidem si vera est supradicta
 prima opinio, quod filij primi thori lucru
 prædictū auocant ex dispositione d.l.bac
 edictali, tempore quo totum secundo vi-
 ro applicabatur, certum est nullam in hoc
 casu deberi rationem legitimæ quoad vi-
 tricum, sed deducta prius legitima per
 filios prædictos, reliquum inter eos,
 & vitricum diuidendum esse existimo,
 per ea, quæ tradidi in questione septima,
 cum tunc legitimæ portio vitrico debea-
 tur, vbi aliquid filiis ex primo matri-
 monio acquiritur, licet sit minus legitima
 habita tamen ratione supplementi, ut
 dixi

dixi in q.7. at ubi nihil eis queritur, tunc quod auocatur per eos, deducta prius eorum legitima, diuidi debet cum vitri-
co, ut d. q.7. alias eset absurdum, & contra communem omnium sententiā, quod etiam specificè sentit Corset. in rubric. de iureiurā. quem in specie sequitur Cassan. in Consuet. Burg. rub. 6. d. S. 1. num. 9. dicens
39 & si dos ob mulieris adulterium filijs pri-
mi matrimonij applicetur, tamen marito-
tantum reseruabitur, quantum mulier po-
tuisset ei donare.

ARGUMENTVM.

Institutio secundo coniugi facta
cum onere, ut alteri restituat,
num, dicatur in fraudem l. hac
edictali, & qd de substitutione.

S V M M A R I V M.

- 1 Institutio in personam secundi viri, cum onere restituendi filijs pr. mi matrimonij valida est.
Amplia quamvis eset dictum, ut communi- bus restitueret liberis. nu. 2.
Sed contrarium nu. 3.
- 2 Tex. int. mulier ff. ad Trebell. non est corre-ctus per l. bac edictali.
- 4 Incapaci relinqui potest cum onere, ut alicui restituet.
- 5 In actus prohibitione, persona dans, & cui datur confederatur, non autem persona in-termedia.
- 6 Vitrico potest relinqui plusquam uni ex filijs primi matrimonij, ubi grauatur, ut alteri restituet.
- 7 Qui non potest capere per se, potest capere per alium.
- 8 Fratres minores possunt capere ad hoc, ut alteri restituent.
- 9 Fratres minores possunt immobilia capere, ut vendant, & quod de pretio in necessitatibus subueniantur.
- 10 Pupillus potest tutori donare, cum onere, ut alteri restituet.
- 11 Mater praefer legitimam de eius bonis ad li-

- bitum disponere potest.
- 12 Testamentum non irritatur ex incapacitate instituti, ubi adest vulgaris substitutio.
- 13 Vulgaris substitutus existente instituto in- capaci admittitur.
- 14 Paria sunt haberi pro non scripto, ac nullum esse.
- 15 Factum contra legem in totum revocatur, li- cet in parte eset nullum.
- 16 Substitutus vulgaris datus secundo viro in-stituto ab uxore non succedit, tamquam substitutio in fraudem l. bac edictali fa-cta.
- Sed Intellige cum distinctione num. 19. & num. 33.
- 17 Vulgaris substitutus tunc admittitur, ubi heres esse non posset.
- 18 Vulgaris substitutio, cessat adita heredi- tate.
- 19 Alienatio momentanea non dicitur vera alienatio, ad effectum, ut prohibitus contra-uenisse dicatur.
- 21 Datum, vel donatum amico secundi coniugi, an, & quando in fraudem l. bac edi-ctali iudicari debeat.
- 22 Prohibitus alienare, & si alienet, cum pacto, quod statim restituat, non evitat paenam, contrauenientis, si alienet in persona, que pactum seruatura non sit.
- 23 Grauatus sub conditione interim dominus est, & decedente substituto, irreuocabiliter efficitur dominus.
- 24 Fideicomissa conditionalia ante euentum conditions non transmittuntur.
Amplia quamvis tam substitutus, quam is, qui peteret admitti ex transmissione esent de descendientibus nu. 25.
Limita ubi pure quis eset grauatus resti- tuere nu. 26.
Item limita, ubi quis heres fiduciarius es- set nu. 27.
- 28 Heres fiduciarius fructus suos non facit, nec aliquod percipit emolumenntum, vel aliquam detrabit quartam, licet sub con- ditione grauatus sit.
- 29 Heres fiduciarius an & quando quis dica- tur, & nu. 33. & 34. cum seq.
- 30 Dispositio facta in secundam uxorem, cum onere, quod distribuere debeat uni, vel plu- mbus ex filijs primi matrimonij, cum pro- bibi.

- bibitione trebellianice, non subiaceat dispositioni l.bac edictali.
- 31 Potestas à viro uxori data, quod de bonis fibi relictis possit eius arbitrio plus uni, quam alteri ex filijs dare, arbitrio boni viri remittenda erit.
- 32 Dispositio loquens de herede fiduciario requirit, ut fideicommissarius sit talis, qui de necessitate sit instituendus.
- 37 Pater institutus cum onere restituendi filijs, euéniente casu retinet penes se commoditatem.
- 38 Substitutionis filijs à matre facta in personam secundi viri, in fraudem l.bac edictali iudicatur.
- Amplia etiam si mater esset substituta n. 39. Intellige in bonis à patre, vel à matre profectis n. 41.*
- 40 Pupillaris substitutione testamentum filij dicitur.

Q V A E S T I O XXVIII.

- 1 **E**X tex.l.mulier ff.ad Trebell.casus iste decidi videtur, cum ibi institutio in personam secundi viri, cum onere restituendi filiis primi matrimonij valida sit, qui tex.per d.l.bac edictali non est corretus, vt in specie tradunt Angel. Alex. & alij in d.l.mulier, & sequitur Bald.in dict. l.bac edictali num. 2. & 24. & hanc communem esse opinionem inquit ibi Bertr.in d.l.bac edictali num. 56. vers. tertio Bald. hic, & in specie in fortioribus decisum refert Maynard.in decis. 75.lib. 3. scilicet, quod & si fiat institutio in fauorem vitrii, cum hoc vt teneatur communibus liberis dare, vel restituere, adhuc id non dicitur prohibitum, sed permisum, subdens ita passim iudicari.
- 4 Et ratio videtur sumi ex l.cogi §..hi qui solidum ff.ad Trebell. vbi incapaci potest relinquiri, vt alicui restituat, vt etiam dispositio in l.cumei qui ff.de leg. 1 l.cum dotem ff.ad leg. Falcid.glos. & scribentes in l.eam quam C.de fideicom. Dec. in l. non videtur quispiam ff.de regu.iur. Aretin. conf. 67. nu. 4. vers.sed quia si hereditas, Palleos. de notb. spur.cap.45.num.9. quod absque difficultate procederet, vbi institutus partis

- capax esset, licet non totius secundum glof.in d.l.eam quam vers. coguntur ; nam in prohibitione actus (prout est hæc) persona dans, & cui datur, non autem persona intermedia sola; & nudum in dando ministerium præstans consideratur l. profectitia S. si quis certum ff. de iur. dot. l. Sulpicius ff.de donat.inter vir. & uxor.l.sed & si mortis vers.sed & si proponas. ff.de leg. præf.d.l.cogi. S.bi qui solidum .
- 6 Vnde licet secundo viro non possit ultra filijs primi matrimonij relictum dare, vel relinquere, tamen quando est grauatus, vt alteri restituat videtur extra omnē difficultatem, prout sic in specie tradiderunt Bald.in d.l.bac edictali num. 4 per tex. l.Sulpicius ff.de donat.inter vir. & uxor. & ibi etiam Bertr.num. 56.dicens, quod vbi ultra modum illic statutum vxori relinquat, cum onere, vt alteri restituat relictum, valet, quia persona recipientis, & non restituentis consideranda est, vt etiā sequitur idem Bald. in conf. 336.col. 2. lib. 3. & conf. 22.quedam domina num. 3.lib. 5. Roman.in l. 2. in prin. ff.de donat. & in conf. 219.num. 10. vers.sed in casu proprieo Pec. de testam, coniug.lib. 1. cap. 18. num. 3. Bbanus. de lucr. dot. glof. 8. num. 66. Barb. conf. 12.col. 12.num. 7.lib. 1. per tex. in l. vlt. S. fi. C.de bonisq.liber. Anch. iun. q. 27. num. 8. par. 1. Alban. in lucubrat. ad Bart. in l. 1. nu. 14.C.de summ.trinit. & fid. cathol.
- 7 Et pro hac opinione adduci possunt infinita iura, videlicet l. legatarius ff. de excusat.tutor.vbi Bald. per illum tex dicit, quod qui non capit pro se, capit propter alium. Item l. Papinianus. S.memini se vers. eo autem solo, ff.de inoff.testam. vbi prohibitus capere ad eius commodum, uon. prohibetur accipere, vt alij restituat. Itē l. 3. S.item si quis ff.de leg.præf. vbi effectus acquisitionis consideratur, ob quod Dec. in conf. 559.num. 1. quem etiam sequitur Natt.conf. 441.num. 30. dicit, quod & si
- 8 Fratres minores per eorum regulam immobilia incapaces sint, capiunt tamen, vt alteri concedant, & tradant per glof.in cap. 1. vers. domum de relig. dom. in 6. vbi Fratres incapaces possunt capere immobilia, vt vendant, & quod de eorum pre-
- tio

9 siō in necessitatibus subueniantur . Similiter quoque tradit *Rebuff. in tract. de donat. & alijs disposit. gl. 5.* de Gallic. constit. prohibente donationem , seu aliam dispositionem fieri à pupillo in tutorem , vt illa in fideicommissaria dispositione lo-

10 cū nō habeat, & multa alia similia ad hoc adducere possim, quæ breuitatis causaſſa o-
mitto , cū actus, qui sequitur, ostendat, &
declarat intentionē præcedentem. §. paucum inſtit. de rer. diuīſ. vers. reuertendi autē,
& notat *Bart. in l. cetera. S. fin. ff. de leg. 1.*

Vnde clara videtur conclusio , quod
& si maritus institutus sit ad hoc, vt alteri
restituat, non censetur id in fraudem! *l. bac*
edictali esse factū, & proinde rā institutio,
quam substitutio validæ sunt , maximè
quando filij primi matrimonij de eorum
11 legitima non essent fraudati , cum præ-
ter eam mater de eius bonis possit ad li-
bitum disponere, etiam ad extraneum, ex
Crau. cōs. 2 41. n. 1. Rol. cons. 62. n. 2 5. lib. 1.

12 Quod absque difficultate procedere
videtur quoad substitutum, si ipse vulga-
riter sit substitutus , cum quamvis secun-
dus vir institutus, esset incapax , non ta-
men irritatur testamentum, sed disposita
in eo capiunt vires à solo gradu vulgaris
substitutionis. *l. 1. ff. de vulg. l. precibus C.*
de impub. §. 1. Inſtit. de vulg. Bart. Bald. Iaf.

13. & alii in *l. 3. S. fin. ff. de liber. & posthum.* &
quod vulgariter substitutus existente in-
stituto incapable admittatur , voluerunt
Bald. in l. cum proponas C. de hered. inſtit. vbi
Iaf. col. 1. Rip. in l. 1. num. 155. ff. de vulg. So-
cin. cons. 106. num. 8. & seq. lib. 1. Gabriel.
cons. 104. lib. primo, Surdus cons. 93. num.
4. & in terminis nostris in *cons. 250. nu. 11.*
Decian. cons. 33. num. 31. & seq. lib. 1. Me-
nnoch. cons. 651. T besaur. decis. 127. infinitos
alios colligit *Fusar. de subſtit. q. 51. nu. 1.*
licet institutio pro non scripta habeatur
ex gloſ. in l. ex facto la 1. ff. de hered. inſtit.
& ibi *Bart. & alijs, quos sequitur idem Fu-*
sar. in cit. tract. quæſt. 52. in princ.

At contrarium videtur dicendum per
d.l. bac edictali , vbi quicquid contra for-
mam illius legis relinquitur , habetur, ac
si relictum non fuisset , idque filijs primi
matrimonij applicatur , cum paria sint

haberi pro non scripto , vel esse nullum,
Bald. in cōf. 336. in prin. per l. si metallūff. de

14 bis, quæ pro non script. vol. 3. Sed institutio
facta secundo viro est contra formā *l. bac*
edictali, & hī pro nō scripta, & filiis appli-
catur ergo non est locus substitutioni.

15 Quæ conclusio videtur probari per
tex. singul. in l. Sulpitius ff. de donatio. inter
vir. & uxor. vbi inter. prohibitas perso-
nas nō solum pro nullo habetur id, quod
contra legē factū sit, sed totū factū reuo-
catur, igitur cū institutio vti cōtra formā
legis facta nullum sortiatur effectū, seque-
tur, quod inualida sit quoq; substitutio .

16 Et hanc opinionem, tam contra insti-
tutum, quam substitutum, licet vulgariter
in his propriis terminis latē tuetur *Bald.*
in cōf. 161. lib. 1. & d. cōf. 336. vol. 3. & post
eum nouissimē, ac plenius *Surd. conf. 250.*
vol. 2. omnino videndus, vbi omnibus ar-
gumentis in contrarium facientibus res-
pondet, sic quoque antea voluit *Castren.*
conf. 150. in fin. volum. 2. Boer. decis. 201.
num. 6. circa med. Hended. cons. 14. lib. 1. &
post eos ita se respondisse in quadam fa-
cti contingentia ait *Cancer. lib. 3. var. resol.*
cap. 15. num. 338. & 339. cum ſeq.

17 Nec mouet *tex. in l. 1. ff. de vulg. & pu-*
pill. cum alijs iuribus cōcordantibus, vbi
quoties institutus esset incapax , non ta-
men irritatur testamentum, sed disposita
in eo capiunt vires à solo gradu substitu-
tionum ; siquidem respondetur, iura illa-
non posse in hoc caſu applicari, loquun-
tur enim vbi quis nequeat esse hæres , at
quando quis hæres esse posset , vt in hoc
caſu, esset secus , nam vbi hæreditas est
adita, cefsat locus vulgariter substituti:vn

18 de quamvis dispositio sit cōtra formā
l. bac edictali, & applicetur filiis primi ma-
trimonii, non tamen secundus vir definit
esse hæres, vt dicam in seq. quæſt.

Sed ne decipiaris, aduerte , quod hæc
omnia intelligenda sunt respectu illius,
quod excederet portionem vnius ex filijs
primi matrimonij, cuius capax non esset
vitricus, nō aut̄ respectu tituli institutio-
nis, & substitutionis, vt dicā in seq. quæſt.

19 Verum quicquid sit , pro resolutione,
videtur dicendum, vtramque opinionem

Q susti-

sustineri posse, velut prima, quando pure, & non sub conditione, ne c. in diem secundus vir restituere grauatus fuisset, cum eo casu, ut nudus minister haberetur, ad tex. in d.l. Sulpitius, ibi, nullum commodum, & singul. est glos. in l. in fideicommissa §. final. in pen. vers. ibi, magis ut custos, quam ut ha- res ff. ad Trebel. & sic fraus cessare videtur, ut tradunt Fachin. lib. 3. controuers. cap. 66. Crauel. conf. 193. num. 10. & hanc opinio- nem amplexum fuisse Senatum refert Cancer. lib. 3. var. resol. cap. 15. de renunciat. num. 344. in fin. quoniam illa momentanea acquisitione non videtur esse in consideratione l. fin. §. C. de bonisq. liber. Dec. conf. 559. num. 3. & in hoc casu procedunt iura pro prima opinione allegata.

20 Hinc dixit Sfort. Odd. de prohibit. aliena. fideicom. sub tract. de fideicom. quest. 23. nu. 46. &c. seq. quod alienatio momentanea non dicitur vera alienatio, ad effectum, ut prohibitus contrauenisse dicatur, ve- luti si alienauerit cum hoc pacto, ut is cui tradidit, statim restitueret illi de familiā per d. l. cogi. §. bi qui insolidum, quod etiam ante eum firmarunt Angel. in l. vo- luntas ad fin. C. de fideicom. Roaoan. de reb. eccles. non alien. quest. 1. num. 6. Tiraquel. in l. si umquam §. suscepit liberos num. 171. C. de reuocan. donat. Marsil. cons. 136. num. 7. cum sequen. Menoch. de recuper. possess. re- med. 13. num. 89. Rimini. iun. conf. 285. num. 30. lib. 3. Bero. conf. 91. num. 11.

Hoc tamen pro absoluto non admitto, per ea quae tradit Bald. in l. hac editali nu. 4. vers. nunc Statim succedit, vbi dicit, quod si relinquatur aliquid secundē vxori, cum onere restituendi tertio, consideranda.

21 erit qualitas personarum, an talis sit, per quam credi possit relictum fuisse in frau- dem legis, quod esset (secundum me) vbi ipse substitutus esset vxori coniunctus, in quo nulla meritorum, & sic donationis ratio considerari posset argum. l. sed si plu- res §. in arrogato ff. de vulg. & pupill.) cum eo casu non tam institutio, quam substi- tutio nulla erit vti in fraudem d.l. hac editali, cum illa locum habeat, no tanto si detur viro, & vxori, sed aliquo eorum coniuncto, ut decisum refert Fontanell. de

pact. nupt. claus. 5. glof. 8. par. 4. num. 11. in- fin. etiam si esset amicus viri, inquit Ber- trand. in d.l. hac editali num. 26. cuius di- cūm scquutus est Thesaur. in decif. 170. num. 5. vers. tertio facit, & ante eos firma- runt Petr. Pecb. de teſtam. lib. 4. cap. 6. num. 6. Menoch. de arbitr. lib. 3. c. 459. nu. 29.

22 Item quoque non procederent supradi- cta, vbi secundus vir esset potens, ita ut pactum non esset seruaturus, per ea quae tradit idem Sfort. Odd. in quest. 23. num. 50. s. quod prohibitus alienare simili perso- nae alienans, licet cum pacto, quod statim restituat, no euitat poena contrauentionis.

23 Secunda verò etiam sustineri potest, quando non pure, sed sub conditione, vel in diem facienda esset restitutio per d.l. Sulpitius, l. mulier, & per alia iura superius allegata, quia interim Dominus esset ro- tius substantiae l. fin. §. sed quia nostra, vbi glo. in verbo celebrata C. comm. de leg. Surd. decif. 15. & conf. 73. num. 74. volum. 1. Mol- ses. conf. 7. post comment. ad Confuet. Neap. Vnde si forte eo viuente substitutus de- cederet, remaneret irreuocabiliter do- minus l. cum filio familias in fin. de leg. 1. l. 1. §. dies, & l. bares meus. §. 1. ff. de condit. & demonstr. l. sed si plures in prin. ff. de vulg. & pupil. glof. in l. unica C. de his qui ante apert. tab. & facit etiam tex. in l. Julianus ff. de leg. 2. Bart. in l. Marcellus. §. res quae, ubi An- gel. I. mol. & Alex. ff. ad Trebel. idem Alex. in tons. 118. vol. 6. Curt. iun. conf. 69. Cels. Hug. conf. 20. num. 16. de communi Simon Pret. in conf. 122. num. 15. & de interpretat. ultim. volunt. lib. 3. sol. 3. sol. 370. vbi infini- totus de communi attestantes allegat Surd. conf. 73. num. 78. & conf. 250. nu. 34. Mart. de succeſſ. legal. par. 1. q. 8. art. 3. num. 10. post vers. secundo declaratur, & q. 24. art. 5. nu. 1. & 2. ac late in conf. 164. num. 11. vbi hanc esse veriorem, & communem Peregr. de fideicom. art. 3. nu. 11.

4 Cum regulariter fideicomissa condi- tionalia mortuo honorato ante institu- tum, vel conditionis eventum non trans- mittantur l. unica §. sin autem sub conditio- ne C. de cad. toll. Zanch. in l. heredes mei §. cū ita num. 147. & seq. ad Trebell. Oldr. conf. 131. Gabriel. conf. 91. lib. 2. Odd. conf. 37. nu. 1. conf.

1. conf. 44. num. 33. & seq. & conf. 46. num. 11. Peregrin. conf. 52. lib. 5. & de fideicommiss. art. 31. num. 1. & sequen. Fusar. de substitut. quest. 490. num. 1. Intrigl. de substitut. cent. 3. quest. 37. Mart. de success. legal. d. art. 3. num. 12. & q. 24. art. 5. & conf. 102 num. 20. vbi hanc veriorem, & communio rem post innumeros esse profitetur, & latius in conf. 164. num. 10. Cancer. var. resol. lib. 3. cap. 21. titu. de transmiss. num. 85. & seq. Fontanel. de pact. nupt. claus. 5. glos. 8. par. 4. num. 82. Seraphin. decis. 1013. & decis. 1479. num. 5. Farinac. decis. 100. nu. 1. tom. 1. & decis. 380. num. 1. tom. 2. Faber in suo Codic. lib. 6. tit. 20. definit. 14. Quod procedit si substitutus sit de descendente. 25 tibus, & is qui petit admitti ex transmis sione sit quoque de descendantibus, contra glof. communiter reprobata in l. is cui ff. de act. & oblig. tenuerunt infiniti DD. à Fusar. collecti in d. quest. 490. nu. 2. vers. amplia, prout sic saepe sapient Rotam Romanam resoluisse probat idem Farinac. in d. decis. 380. tom. 2. & decis. 100. tom. 1. nu. 2. & in Senatu Lusitan. Gamm. in decisio. 160. sic etiam hanc opinionem post multos tuetur idem Mart. de success. leg. par. 1. quest. 24. art. 5. num. 5. & conf. 102. nu. 20. in fin. Cancer. d. cap. 21. num. 86. Handed. conf. 70. num. 10. & 15. lib. 1. Faber in suo Cod. lib. 6. tit. 20. de fideicommiss. definit. 14. num. 1. & definit. 38.
- 26 Quicquid sit quando pure esset gra uatus, nam quamvis decebat ante hæredem grauatum nihil caducatur, sed sic transmissio ad hæredes illos l. post diem ff. quand. dies leg. ced. l. 1. S. cum igitur. S. in nouissimo, & S. sed hoc quidem C. de caduc. toll. l. cogi S. idem Metianus, & l. postulante ff. ad Trebel. l. à testatore ff. de condit. & demonstr. l. 3. C. de fideicomm. Bart. in l. cum filio famil. num. 12. & 13. ff. de leg. 1. quem communiter sequuti sunt ibi DD. Rolan. à Val. conf. 46. num. 4. volum. 3. de communi Cephal. cons. 132. num. 7. & 8. lib. 1. Gabriel. conf. 121. num. 21. lib. 1. Surd. conf. 517. ante num. 3. lib. 4. V asqu. de success. progr. lib. 1. S. 7. num. 49. Cras. S. fideicommissum quest. 67 Peregr. de fideicomm. art. 22. num. 3. Cancer. lib. 3. var. resol. cap. 21. tit. de transmiss. num.

84. Fusar. de substitut. q. 488. Fontanel. de pact. nupt. claus. 5. glos. 8. p. 4. nu. 83.
- 27 Et licet hæc distinctio à multis non admittatur, vt sunt Pacian. in conf. 66. & Bertazol. conf. 8. 9. & 10. & alij ab eis relati; ex eo, quia si de fiducia hæreditis constet parum refert hæc distinctio, siquidem hæres fiduciarius interim fructus suos non 28 facit, nec quartam detrahit, nec aliquod emolumen tum ex hæreditis institutione percipit, sed vti custos bonorum depositarius, & nudus minister positus censetur glos. in l. fideicommissariam. S. vlt. ff. ad Trebel. sex. ad glos. & Alex. in l. Seius Saturnius ff. eod. sic etiam Bald. in l. post mortem nu. 7. C. de fideicomm. & in Rubric. C. de his, qua in fraud. cred. num. 8. Fulgos. & Alex. in l. 3. S. cum pollidius ff. de usur. Peregrin. de fideicommiss. art. 3. num. 19. Rimin. iunior cons. 397. num. 82. lib. 4. Intrigl. de substit. cent. 3. quest. 69. num. 4. Cest. de fact. scient. & ignor. distinct. 45. num. 4. Maynard. decis. 85. num. 3. lib. 5. M ascard. de probatio. concl. 714. Fontanel. de pact. nupt. claus. 5. glos. 8. p. 5. num. 78. Farinac. decis. 557. num. 1. tom. 1. & decis. 765. tom. 2. ac late Menoch. conf. 1135. Mart. de success. leg. par. 4. q. 3. num. 16. & 17. cum seq.
- 29 Tamen ego non recederem à prima distinctione, vt supra relata. nam & si hæres fiduciarius teneatur fructus perceptos restituere; tamen hoc est, quando constat illum tamē esse, concurrentibus illis tribus requisitis copulatiuè, scilicet quod fideicommissarius, cui est facienda restitutio, esset de liberis testatoris. secundo, quod agatur de tota hæreditate, vt dicit Gratianus tom. 4. disceptat. forens. cap. 650. Tertio, quod hæres scriptus esset amicus testatoris l. quidam cum filium ff. de hered. instit. glos. in d. l. in fideicommissariam S. fin. ad Trebell. liberto. S. filium. ff. de ann. leg. Paul. de Castr. in l. s. cui legazur. S. hoc autem num. 5. ff. de leg. 1. idem Paul. de Castr. & Alex. in d. l. Seius Saturnius, idem Peregrin. de fideicomm. art. 3. num. 19. Ber tazol. d. conf. 8. num. 4. Gomes. var. resol. tom. 1. cap. 5. de fideicommiss. subst. num. 26. post princ. vers. secundo limita. Ex quibus illis tribus requisitis sic concurrentibus con-

Q. 2 fuluit

- fuluit Föanel. de patr. nuptial. claus. 5. glof. 8. par. 4. nu. 74. scilicet vxorem hæredem 30 relictam cum conditione, quod tenetur vni vel pluribus ex filiis suis primi matrimonij bona sua donare; & in eos ut vnellet ea distribuere, cum prohibitione trebellianicæ, fiduciariam esse, & talem dispositionem non subiacere dispositioni l. bac editali, prout etiam firmant Fusar. de subſit. quest. 277. num. 63. & Simon de Pres. de interpret. ultim. volunt. fol. 294. num. 10. verf. secundo pone, licet in hoc caſu crederem posse matrem plus vni, quā alteri dare, ad tex. l. cum filius 78. S. pater, & ibi glo. Bart. & Bald. de legat. 2. quamuis 31 illud plus ibi glo. intelligat de modico, & paruo, alias arbitrio boni viri arbitrare tur, cum verba illa nō importent liberam voluntatem, idem Barto. ibi ac Alex. cons. 72. nu. 5. vol. 5. licet multi teneant materiam hæredis fiduciarii procedere in quocunque valde dilecto testatori, quāuis non sit necessario instituendus, vt tradunt Claud. Seisel. in d.l. Seius Saturnius nu. 1. Peregrin. post alios de fideicommiss. art. 3. num. 19. verf. sed quamvis iura.
- 32 Et si contraria opinio videatur magis communiter recepta, vt declarant Angel. in d.l. Seius Saturnius num. 1. ad medium, & ibi Alexan. Caſten. & Imol. Zanch. in l. beredes mei S. cum ita par. 4. num. 354. ad Trebel. Gabriel. conf. 128. num. 2. in fin. & num. 3. lib. 1. Rimini. iun. conf. 88. lib. 4. Berzazol. d. conf. 8. num. 4. Gomes. in d. num. 26. sic etiam post omnes Gratian. tom. 4. disceptat. forens. cap. 650. num. 1. & 3. cum seq. dicens istam opinionem habere rationē, siquidem qualitas necessaria institutionis requiritur, ad effectum, vt cognoscatur an sit detrahenda trebellianica, quā licet non detrahatur ab hærede fiduciario, in quo concurrunt oportia illa requisita, tamquam quando sumus in eo, qui non habet facultatem euerendi testamentum propter vilitatem suam, tunc datur detracatio trebellianicæ, quamvis essemus in filio incapaci tempore testamenti, quasi tunc ratione incapacitatis de necessitate institui non deberet, nec præteritus potuisse rumpere testamentum, vt in specie

declarat Gabriel. in dict. conf. 128. num. 3. lib. 1.

- 33 Et quamvis multi dicant necesse esse ultra illas tres qualitates, vt dispositio conferatur in tempus certum, non autem incertum, ex eo, quia dispositio reddetur conditionalis, tamen hoc non procedit, vbi constat de mente testatoris hæreditatem facere fiduciariam, nam tunc nō obstante incertitudine hæreditas efficitur fiduciaria, vt in specie tradit Pacian. d. conf. 66. num. 80. & 81. cum voluntas testatoris multa facit, quæ de sui natura esse non possent, ad notata per Bald. in l. s. pa- ter num. 26. 4. q. C. de inst. & subſit.

- 34 Et si ultra prædicta tria requisita, duo potissimum interuenire debeant, & verba testamenti, & cauſa, vt late post Bald. Pe- rugin. Berzazol. & alios tradidit Rot. apud Farinac. in cit. decis. 765. vbi notat verba illa, per quæ dicitur induciam esse confi- dentiam; scilicet, quod ibi testator dixerat non ino talem meum hæredem, cui confido, & scio executurum meam volūtatem, vel vulgariter loquendo, del quale mi confido, & sò che essequirà secondo la mia volontà, de quibus verbis loquuntur glof. in d.l. Seius Saturnius in verbo fideiūfforū, & ibi Goffred. item l. Theopompus ibi prouidebit, tradit Pallianus sciens mentem meā, & de ultimis verbis, vt scit, tradit Peregr. de iur. fisc. lib. 3. tit. 19. nu. 3.

- 35 Cauſa vero multiplex considerari po- test, primo in caſu decisionis Farin. 765. qui præcipuum esse ait, si forte is, quem volebat testator cum effectu hæredem esse, & cui volebat per fiduciariam resti- tui, tunc fuisset condemnatus in pœnam confiscationis, vnde testator timendo ne si euā hæredem institueret, bona occu- parentur à fisco, quibus cariturus fuisset etiam reintegratus, alium hæredem fiduciarium instituerit, qui bona sua illi ser- uaret, & tempore quo turus esset, resti- tueret, vt etiam dicit in dicta decisio. 557. tom. 1.

Item potest esse alia cauſa, scilicet, si is, cui volebat testator bona à fiduciario custodiri sit impubes, vel alio modo ma- le dispositus, vt egeat custode; ad tradita per

per *Peregr.* & *Intriglio.* in locis citatis, qui hanc causam efficacem esse considerant si concurrant alia requisita, ut supra tradita.

36 Hæc autem distinctio an pure, vel sub conditione maritus grauatus sit, intelligenda est in casu proposito, scilicet ubi grauamen contineret restitucionem extraneo, & non filio, & sic in particulari casu, quoniam si filius esset substitutus ad nihilū deseruiret dicta distinctio, eū semper censeretur dispositio in fraudem l. bac edictali, ratione commoditatis, quæ penes patrem remaneret ex doctrina Bart, in l. cum filios familias num. 9. circa med. ff. de leg. 1. per quam sic in specie post multos voluit *Surd.* in decis. 242. dicens patrem in casu prædicto teneri restituere, & proprietatem, & vsumfructum, retenta tamē 37 sibi commoditate, & sic vsl illius vsumfructus, vt diximus in 3. q.

38 Item e contra, ubi filius esset institutus, eique esset eius pater, vel mater substituta, nam tunc stāte prohibitione d.l. vt vitrīcus non possit plus quam vñus ex filiis primi matrimonij habere; substitutio filiis secundi matrimonij facta tanquam in fraudem d.l. facta censeretur, & sic vitrīcus, vel nouerca per indirectum ad ea admitterentur, quæ directè capere non poterint, vt de matre filiis pupillariter substituta, voluit in specie *Benedict.* in cap. *Raymussen* in verbo uxorem decis. 5. nu. 215. quod est in fortioribus, & menti tenendum, cum pupillaris substitutio testamentum filij sit l. *Papinianus.* §. sed nec impuberis ff. de ineff. testamen. subdens per 41 eam solam succedere filio in bonis alienis, quam à patre quæsitis, allegans eiusdem opinionis *Alber.* de *Ros.* in 2. p. statut. quæs. 112. hanc quoque vt veram sequuntur *Peir.* *Peb.* de testament. lib. 4. cap. 6. *Barbar.* conf. 12. col. 15. vol. 2. *Coraf.* in *Rubric.* C. de impuber. & alijs subffit. nuu. 13. & *Menoch.* de arbitrar. iudicum lib. 2. cas. 459. num. 28.

ARGUMENTVM.

Dispositio l. hac edictali numerum mutet titulum institutionis.

SYMMA RIVM.

- 1 Vtile per inutile in inseparabilibus visitatur.
- 2 Voluntas testatoris individua est.
- 3 Sententia non potest pro parte sustinueri, & pro parte non, ubi in parte esset nulla.
- 4 Institutus in parte habetur loca legatarij. Sed contrarium nu. 5.
Declara num. 6.
- 7 Lex loquens de simplicibus non comprehendit casum mixtum.
- 8 Institutus in re singulari absolute loquendo, non mercetur nomen heredis.
- 9 Institutus in re certa non gaudet remed. l. fin. C. de edict. diui Adr. toll.
- 10 Filius in legitima institutus non gaudet remed. l. fin. C. de edict. Diui Adr. toll.
Sed contrarium nu. 11.
- 11 Legitima est quota bonorum quoad actiones passivas, & quota hereditatis quoad actiones passivas.
- 12 Legitima debetur deducto are alieno.
- 13 Filius pro legitima non habet petitionem hereditatis, sed famili. herciscunde actionem.
- 14 Substitutio, ex institutione contra formam l. bac edictali facta corruit.
- 15 Actus pro parte non sustinetur, si in parte sit nullus.
- 16 Hereditas est ius quodam incorporale.
- 17 Hereditas absque corporibus confidere potest.
- 18 Actio pro rebus singularibus ejictis non datur contra venditorem hereditate vendita.
- 19 Inter hereditatem, & res hereditarias differentiā constituitur.
- 20 Dispositio l. bac edictali non prohibet, quin binuba relinquere possit vitrīco titulo institutionis.

- 21 *Dispositio l. bac editali, nihil aliud annullat nisi illud plus, quod contra eius formam factum est.*
- 22 *Dispositio l. bac editali non mutat titulum institutionis, & n. 31.*
- 23 *Institutus in re certa, an & quando loco legatary habeatur.*
- 24 *Vitricus institutus gaudet remedio l. fin. C. de editl. Diui Adr. soll. pro ea parte, pro qua institui potest, & si institutio esset contra formam l. bac editali.*
- 25 *Voluntas testatoris talis presumitur, qualis de iure esse debet.*
- 26 *Testam̄tum sustinetur pro ea parte, pro qua quis disponere potest.*
- 27 *Substitutione à matre facta ultra illud, quod disponere poterat vigore Consuet. Neap. sustinetur pro ea tantum parte, de qua disponi poterat.*
- 28 *Substitutione filio naturali facta valeat pro ea parte, pro qua capax est.*
- 29 *Non potest quis pro parte testatus decedere, & pro parte non.*
- 30 *Sed contrarium ubi quis in totum disponere non potest.*
- 31 *Surd. cons. 250. declaratur.*
- 32 *Tex. in l. Sulpitius ff. de donat. inter vir. & uxor.*

QVAESTIO XXIX.

Non minus pulchra, quam perplexa ex antecedentibus oritur quæstio, numquid dispositio l. bac editali mutet titulum institutionis, dum reuocat illud plus, quod vitrico vel nouercæ, quam vni ex filijs primi matrimonij fuerit relictum.

1. Pro cuius resolutione primo intuitu vñ affirmadū per tex. in c. utile de reg. iur. in 6. vbi in inseparabilibus vtile per inutile viatiatur, at certum est institutionē ex parte inutile ē ē, nempe in quantum excedit minorem partem alicui ex filiis relictam, & partem, quæ excedit inseparabilem ē ē, parte, in qua institui poterat, cum vñica, & individua sit dispositio ratione voluntatis l. si quis cum testamentum ff. de testam. ergo vivabitur etiam in parte, in qua poterat institui.

3. Prout dicimus de sententia, quæ non potest pro parte sustineri, & pro parte non, quando in parte est nulla, vt late Put. decis. 315. lib. 1. Rota Rom. decis. 33. par. 2. in nouiss. Magon. decis. Flor. 109. cum aliis per me adductis in additio. ad Surdum in decis. 45. num. 2.
4. Quod probatur ex l. quoties C. de hered. instit. vbi institutus in parte se habet vt legatarius, & hanc esse communem opinionem probat Sfort. Odd. in conf. 20. num. 10. igitur dispositio l. bac editali annulans dispositionem, in parte mutat titulum, cum ab hærede vniuersali fiat legatarius rei certæ.
5. Nec obstat, quod institutus in re certa non sit propriè legatarius, nec propriè hæres, sed quædam tertia species mista, ex utroque, vt tradunt Bart. Bald. & Imol. in l. ex facto l. 1. ff. de hered. instit. idem Bart. & etiam innumeris in d. l. quoties, vbi Ias. num. 6. inquit hanc esse communem, & muki apud Fusar. de substit. quest. 261. num. 3. Rota Romana in decis. 712. num. 5. par. 1. in nouiss. & Mart. de success. leg. par. 4. quest. 11. art. 1. nu. 24.
6. Siquidem respondeatur id ē ē ad effectum, vt vniuersali hærede non existente sibi accrescat, ad sex. in l. 1. S. ex fundo ad Trebel.
7. Sed non ideo vt tanquam hæres possit agere, & conueniri d. l. quoties, & Bart. in d. l. ex facto l. 1. ff. de hered. instit. Certum est enim, quod lex loquens de simplicibus non comprehendit casum mistum. Bart. in l. certi conditio S. quoniam ff. si cert. petat. Bald. in l. omnes populi col. 7. vers. item his statutum dicat ff. de susb. & iur. cum alijs per Tiraqu. in l. connub. glo. 3. num. 64. vers. & hoc maxime, & sequitur Bellon. lib. 4. supposit. iur. cap. 18. num. 8. & sequen. vbi ait quod institutus in re singulari absolute loquendo non meretur nomen hæredis.
8. Hinc dixerunt DD. institutum in re certa non gaudere remed. l. fin. C. de editl. Diu. Adr. soll. vt late ibi Succbar. num. 187. Bellon. d. cap. 18. num. 20. Curt. in l. quoties C. de hered. instit. Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 139. & seq. Argel. de acquir. possess. quest. 17. art. 2. num. 14. & sequen. & de legi.

- legitim.contradictor.quest.10.num.246.
- 10 Prout in filio, qui licet in legitima sit institutus, tamen non habet remedium d.l.fin.pro illa consequenda, vt latè traditum ibi Alexan. num.6. Alber. num. 9. Iacob.num.11. Succard.num.196. per sex. in l.Papinianus §. quarta ff. de inoff. testam. vbi legitima est quota bonorum, & non hæreditatis.
- 12 Quicquid in contrarium tueatur Menoch.de adipisc. remed.4. num.163. dicens legitimam esse quotam bonorum quoad actiones passiuas, & quotam hæreditatis quoad actiones actiuas, quodiure non probatur, imo totum oppositū; legitime enim debetur deducto ēre alieno, & ideo non patitur aliquas actiones, secundo nō habet petitionem hæreditatis, sed familię hercisc. actionem.
- 14 Tertio pro hac opinione faciunt nota- ta per Surd.in cons.250.volum.2. vbi institutio facta contra formam l. bac edictali adeo est nulla, vt neque substitutio firmiter, vt etiam ante eum tradidit Paul.de Castr.in cons.150.prope finem vol.2. igitur dispositio d. l. omnino titulum institutionis mutat.
- 15 Quarto probatur hæc opīnio per tex. in l.Sulpitius ff. de donat. inter vir. & uxor. vbi sufficit, quod in parte actus sit nullus, ad hoc vt totus corruat, igitur institutio in parte inualida quoad totam vi- tiatur.
- 16 Sed contrarium videtur dicendum ex eo, quia hæreditas est ius quodam incor- porale l.hæreditas ff. de petit.hæred. & intel- lectuale, representans personam defunctā l.hæreditas in multis ff. de acquir.rer. demin. l.1. S. quādam vbi glof. in cærbo iure ff. de acquiren. hæred. & potest sine corporibus consistere dict. l. hæreditas, aliud est enim hæreditas, & aliud res hæreditariæ ad
- 18 tex. in l.r. C. de euict. vbi de hæreditate uendita non datur contra venditorem actio pro rebus singularibus euictis, & in specie Ruin.conf.44.num.4.volum. 2. vbi
- 19 inquit, quod hæreditas differt à corpori- bus hæreditarijs, ergo dato, quod filij auocarēt illud plus, qđ eis fuerit relictū, à corporibus hæreditarijs, non tamē auo-

- catur titulus institutionis, & sic ille non mutatur; cum vnum ab altero differat.
- 20 Et hoc videtur probari ex tex. d. l. bac edictali, vbi non prohibetur posse relinqui vitrico vel nouercæ iure hæreditatis, & sic titulo institutionis, sed tantū, quod non possit plus eis, quam vni ex filijs prioris matrimonij dari, vel relinquere, quod si erit factum pro non scripto, & non relicto haberi voluit; igitur in casu. quo quis nouercet, vel vitrico institutionis titulo reliquerit plus quam filijs primi matrimonij dispositio d. legis non mutat titulum, cum de eo nullum verbū, sed solum illud plus auferet eis, & filijs primi matrimonij ap- plicat.
- 21 Et hoc exp̄sē videtur determinare Angel.in princ. num. 13. in Aust. de non elig. secund. nub. vbi in specie inquit, quod si mulier secundo viro plus relinquat, quam habeat vnu ex filijs primi matrimonij, non sit irritum id totum, quod secundo viro mulier reliquit, sed solum quod reliquit ultra illud, quod habet vnu ex filijs, idemque voluit in d. S. opti- me, vbi quod illud plus, quod vnu ex filijs primi matrimonij solum reuocatur, & nō aliud, quam quoque opinionem commu- nem, & veram appellat Bertran. in d. l. bac edictali. §. fin vero plus num. 2. & ita etiam ante eos tenuit glof. in d. l. bac edictali in verbo diuidi, prout sic illam interpretan- dam esse dicit Alex.de Neuo in cap. fin. nu. 8. de secund. nupt. quos & alios hoc tuen- do sequitur Sancbez de matrimon. lib. 7. disput. 88. num. 3. igitur nouerca, & vitri- cus in tali casu remanent vniuersales hæredes, & retinent eundem titulum vnu- uersalis institutionis, vt in specie tenuit Rot. Rom. vt probatur in decis. eiusdem, Rot. 712.par. 1. in nouiss. & Fontanell. de patr. nupt. claus. 5. glof. 8. par. 4. num. 17. ac Argel. de acquir. posse. quest. 3. art. 19. num: 984. ac Cancer. lib. 3. var. resol. cap. 2. tit. de inuentar. num. 181.
- 23 Nec obstare videtur, quod institutus in re certa loco legatarij sit dict. l. quoties, quoniam ultra quod ad casum non facit, procedit enim vbi est datus vniuersalis hæres, quod in tali casu cessat, si quidem filij

filij primi matrimonij non dicantur universales hæredes, dum adeat institutio in personam nonercæ, vel vitrici, nec illud quod aufertur vitrico, vel nouercæ, & applicatur filijs primi matrimonij, defertur iure hæreditario, ut supra dictum est.

24. Hinc dixit Angel. de acquir. possess. quest. 3. art. 19. num. 979. quod secundo viro sic instituto concedi debet commissio pro illa parte, quam constat iustè pretendere posse, & tamen verum est immisionem non concedi nisi vero hæredi d. l. fin. C. de edict. Diu. Adr. soli. igitur institutionis titulus non mutatur.

25. Et pro hac opinione facit communis DD. conclusio, quod voluntas testatoris talis esse præsumitur, qualis de iure esse debet Bald. in l. 1. num. 5. C. de sacros. eccles. Affl. in decis. 44. num. 20. Igitur institutio nouercæ, vel vitrici censetur in eo, quod testator secundum leges disponere poterat, & sic non mutatur institutio.

26. Pro cuius comprobatione faciunt ea, quæ dicimus de Confuc. Neap. per quam quis non potest de bonis antiquis, nisi de medietate disponere, & tamen si disponat ultra medietatem, testamentum non irritatur, sed firmum remanet, quoad illa medietatem; ut tradunt Addent. add. Confuc. in cip. Et si testator, & signanter Scipio Buccin. ibid. fol. 181. lit. B. in nouiss. & late etiam tradit Vincen. de Franch. in decis. 485 vbi etiam inquit, quod substitutio facta à matre ultra illud quod disponere poterat vigore Nostre Confuc. Neap. sustinetur

27. pro illa parte tantum, de qua poterat disponere, cum alijs similibus, vbi & firmat etiam Langel. Galbad. Cōfuer. Alex. in verb. ultra q. 5. per tot.

28. Idem dicitur de filio naturali, cui si pater prouideat de substituto pro ea parte, pro qua est capax, substitutio valeret, reliquum vero devoluitur succendentibus ab intestato, ut tradunt Bald. Alex. & alij in l. is qui ff. de vulg. Alciat. conf. 41. in fi. lib. 5. Corn. conf. 85. nu. 7. & seq.

29. Nec absurdum aliquid ex hoc sequi videtur, scilicet quod quis in tali casu videatur decedere pro parte testatus, & pro

parte non, ad tex. in l. vii nostrum uide regu. iar. siquidem regula illa sibi locum vendicat in eo, qui de toto disponere potest, & non in eo, qui non potest de toto disponere, & sic illud tolleratur ex dispositione legis, consuetudinise prohiben-

30. tis, ultra capi nō posse, ita Bald. in l. cunctos populos num. 15. circa medium, versic. quare C. de summ. trinit. & fid. catb. & in l. 1. num. 3. C. de secund. nupt. & in conf. 349. num. 2. lib. 1. de communi l. af. in l. f. is qui num. 9. ff. de vulg. de cōmuni pariter attestatur Cagnol. in d. l. sus nostrum circa fin.

31. Nec obstat conf. Surd. 250. quia ibi si bene aduertatur, non dicit, quod tam institutio, quam substitutio in totum es- sent nullæ, cum loqueretur contra d. l. hac edictali, quæ vult, quod illud plus quam uni ex filijs primi matrimonij fuerit relictum, & non aliud adimatur, ergo rema- net valida institutio in parte, prout sic deinde ipsem declarauit in d. conf. ante num. 37. vers. sed aliter ego respondeo, dicens & si relictum mariti filijs primi matrimonij, applicetur, quatenus excedat disposi- tionem legis, tamen maritus non definit esse hæres, quinimo hæreditario iure re- tinet illam partem, cuius est capax, nam d. l. bac edictali, non annullat id, quod recte fuit marito relictum, sed in eo institutio sustinetur, subdens post multos hāc esse communem, & ita intelligendum quoque erit conf. Paul. de Cast. 150. vol. 2. circa fin.

32. Minus denique refragatur d. l. Sulpitius illa enim procedit, quando acquirens in totum incapax, at securus si pro parte esset.

ARGUMENTVM.

Relictum secundo coniugi ultra modum l. hac edictali, an sit vna cum fructibus re- stituendum.

SVM MARIVM.

i. *Fructus in actionibus stricti iuris non*
ve-

- veniunt nisi à die litis contestata.
 Limita in causa spolijs legitima, & dotis restitu-
 tionis nu. 2.
 Item limita, ubi id, quod restitui petitur meū
 erat num. 11.
 2 In acquisitione fructuum non requiritur ti-
 tulus, sed qualis qualis occasio possidendi.
 3 Error iuris excusat quem à fructibus.
 4 Amplia in muliere, Rustico, & minore.
 Intellige ubi ius non restituit nu. 10.
 5 Fructuum restitutio fieri debet, ubi titulus
 ad non titulum reducitur.
 6 Res ubi pro non scripta habetur, una cum
 fructibus erit restituenda.
 7 Lex habens contractum prō nullo, & infecto
 habetur, ac si ille nunquam fuisse fa-
 ciat.
 8 Quando aliquid ipso iure sit nullum, tunc ab
 ea die fructus sint restituendi absque alia
 interpellatione, vel litis contestatione.
 9 Regulariter actum contra iuris dispositionē
 inducit restitutio fructuum.
 10 Mala fides ne dum perceptorum fructuum
 restitutio operatur, verum eorum qui
 accipi potuerint.
 11 Dispositio l. hac edictali in paenam introdu-
 cta fuit.
 12 Quod auocatur in paenam una cum fructi-
 bus restitui debet.
 13 Litis contestatio, vel alia interpellatio neces-
 saria non est pro restitutio fructuum,
 ubi pena ipso iure infligitur.
 14 Testator si disposerit, quod inobedient ipsa
 iure, & factō sit priuatus, non requiritur
 alia interpellatio.
 15 Relictum ultra modum l. hac edictali non
 erit cum fructibus restituendum, ubi pe-
 cunia à coniuge amferri debet.
 16 Intellige ubi cum illa pecunia secundus com-
 iux locupletior factus non sit.

QVÆSTIO XXX.

- D**VITARE non semel vidi, si relictum
 ultra modum l. hac edictali esset cū
 fructibus restituendum.
- 1 Pro cuius dubij resolutione negatiū
 viderur respondendum, primo, quia
 conditio d. l. est stricti iuris, & in actioni-
 bus stricti iuris non veniunt fructus nisi

- à die litis contestata l. cum fundus in prin-
 ff. si cert. per l. videamus. S. si actionem ff. de
 usur. l. 3. S. in bat ff. commod. quod regularē
 esse communiter dixerunt DD. post glos.
 in l. si filius familias ff. de verb. oblig. & ita
 indistincte affirmat Cancer. lib. 3. var. resol.
 cap. 16. tit. de lit. contest. num. 67. exceptis
 2 (inquit ipse) in aliquibus casibus, scilicet
 spolijs, legitimæ, & dotis restitutio, sub-
 dens sic determinatum fuisse, & ita sem-
 per de stylo in Senatu obseruari, prout
 etiam tradit Peguer. in decis. 176.
 3 Secundo, quia ad hoc ut quis fructus
 suos faciat, nō requiritur titulus, sed suffi-
 cit qualis qualis occasio possidēdi, ut cō-
 cludit Martain conf. 18. & conf. 84. n. 19.
 cum sequen. Farinac. decis. 665. num. 10. &
 decis. 66. num. 1. & 2. par. 2. Ludouif. decis.
 74. num. 1. cum error iuris excusat quem
 à fructibus l. sed si lege S. scire. ff. de petitiō.
 habebit. glos. in l. si fur S. 1. ff. de usurcap.
 idem Farinac. decis. 320. num. 6 par. 2. &
 late tradidi in addit. ad Surd. in decis. 281.
 4 num. 13. & 14. Maxime si essemus in reli-
 cto factō vxori, quæ ex iuris ignorantia
 excusatur à restitutio fructuum, ut latē
 post multos in fortioribus decreuisse
 Senatum testatur Surd. in decis. 281. num.
 5. vers. decreuisse tamen Senatus, & numer. 9.
 magis enim in muliere, rustico, & mino-
 re iuris error toleratur, quam in alijs, ad
 glos. in authen. de incēpt. nupt. in princ. Aretin.
 conf. 17. num. 11. Pinel. in l. 2. par. 2. cap. 4.
 num. 39. & sequen. C. de rescind. vend.
 5 At contrarium videtur respōdendum,
 primo per tex. in d. l. hac edictali, ubi in
 specie determinatur, relictum ultra mo-
 dum d. l. hac edictali haberi pro non scri-
 pto, & non relicto, & S. optime authen. de
 nupt. at cum titulus ad non titulum redu-
 catur, tunc res una cum fructibus restitu-
 tur l. fructus ff. de rei vendicat. Rimini. junior
 conf. 333. num. 19. 20. & sequen. Castil. in
 decis. 14. num. 20. Farinac. decis. 693. num.
 1. in fin. par. 1. Surd. conf. 14. num. 14. & 16.
 idem in decis. 171. per totam, ubi sic in spe-
 cie post multas rationes Senatum deter-
 minasse probat, subdens sententiam præ-
 dictam deinde fuisse confirmatam, quod
 similiter tradit in tract. de alimen. tisu. 9.
 quest.

quest. 9. num. 2. hanc denique opinionem sequuti sunt *Cauale. Molles. Fontanel.* & alij à me in *addit. ad d. decis. Surd.* 171. allegati, quod etiam ante eos specificè voluit *Bald. in cons. 336. in fin. lib. 3.* dicens, quod vbi res pro non scripta habetur, vna cum fructibus sit restituenda, ea ratione, quia vbi lex habet contractum pro infecto, & nullo, tunc inducitur retrotranslatio dominij ipso iure, & proinde fit, ac si nunquam ille contractus, vel actus fuisset factus, vt declarat *Bulgar. Senens. in l. 1. nu. 22. ff. solut. matrimon per glos. in clemen. 1. de immunitat. eccl. & sic vbi quid est ipso iure nullum, vel quid fit ipso iure, fructus ab ea die debentur ad gl. in S. 1. vers. imminere *Authen. de incest. nupt. Mantic. de coniect. ultim. volunt. lib. 7. tit. 10. num. 34. circa med. vers.* & quod generaliter, non expectata interpellatione, aut litis contestatione, vt etiam tradit ante eum *Tirag. in l. ss. unquam verbo reuertatur num. 268. de reuocan. donatio. & fecit etiam tex. in l. 1. cum glos. in verbo mala fide C. de fide instrum.* & iur. hast. ffs. lib. 10. l. iubemus 2. S. sane 1. C. de sacrosanct. eccl. ita etiam Bart. in l. sed si lege num. 4. ff. de petit. bared. Griuel. in decis. Sen. at. Dol. 58. nu. 12. Giurb. decis. 97. num. 22. Surd. decis. 25. num. 21. Cancer. lib. 3. varia. resolut. cap. 20. situ. de leg. num. 24. Nam (vt dicit *Scacc.* post *Felin. Rot. Rom.* & alios in tract. de commerc. & camb. S. 1. q. 7. par. 2. ampl. 8. nu. 204. quod tunc ab initio cōtractus debitor est in mora, vbi etiā tradit *Couar. lib. 2. var. resolut. cap. 3. sub num. 9. Copin. tract. de fruct. lib. 4. titu. 1. cap. 7. num. 1. & sequen. Roderiq. de ann. reddit. lib. 1. quest. 14. num. 60. Seraphin. decis. 1006. num. 8. & sequitur Gratian. tom. 1. cap. 45. num. 29. & sequen.**

9 qui propterea dicit, quod regulariter, quando contra iuris dispositionem nulliter actum est, semper fructus veniunt, quoniam faciens actum contra iuris dispositionem cēsetur in mala fide, subdens hanc esse magis veram, & communem opinionem.

Quod ratione in hoc casu nisi videtur, si quidem multoties filij primi matrimonij id ignorant, vnde si post elapsum

tempus consultis peritioribus prævia eorum petitione, res absque fructibus restitueretur, vitricus, vel nouerca per indirectum plus haberent, quod est contra d.l. *hac edit. ali,* per quam nec directè, nec indirectè plus habere possunt, quam vñus ex filiis primi matrimonij.

10 Et proinde non obstant argumenta in cōtrarium adducta, quod ad hoc vt quis fructus suos faciat sufficiat, qualis qualis occasio possidēdi, cū error iuris excusat, quem à fructibus, nam quotiescumque ius resistit, nulla causa ab eis excusat, vt late Bart. communiter receptus in d.l. sed si lege S. scire de petit. bared. cum quo transiunt *Felin. in cap. de quarta num. 31. in 3. restr. de prescript. Balb. in l. Celsus num. 19. de usucap. Alciat. reg. 3. presump. 30. num. 3. Grammat. decis. 79. num. 8. & 9. Menoch. de recuper. poss. remed. 15. num. 634. Lambert. ad stat. prohib. mulier. sine cert. solemn. glos. 1. num. 121. cum sequen. Langell. Gall. ad Consuet. Alexan. in verbo non possit quest. 6. per tot. Gamm. decis. 311. num. 2. Roderiq. de ann. reddit. lib. 1. quest. 17. num. 83. Surdus decis. 45. num. 8. cum pluribus sequen. & decis. 171. num. 7. & latius ego in addition. ad eundem Surdum in decis. 281. num. 13. & sequen. vbi respondi dictæ decis. Surd. in contrarium facienti, sic etiam affirmat Gratian. in d.c. 45. nu. 32.*

11 Minus quoque refragatur aliud argumentum, scilicet, quod in actionibus stricti iuris fructus non veniant, nisi à die litis contestatæ, siquidem regulà illa non procedit, quādo id quod restitui petitur, menmerat antea, eo enim casu actionis stricti iuris sapit naturam actionis bonaæ fidei tex. apertus est in l. videamus 38. S. si actionem ff. de usur. glos. ultim. in l. quod te in fin. ff. si cert. pet. ita etiam Bart. in l. petens C. de pact. Bald. in l. 2. C. de pact. inter empe. & vendit. Alexan. & Claud. Aquen. in l. pacta quæ contra C. de pact. Roland. conf. 27. num. 10. volum. 2. & hæc, vt memorata digna retinenda esse, inquit *Misinger. fingu. obseru. 50. num. 9. sic etiam Surd. in d. decis. 171. num. 9. ac in cons. 293. num. 11. vbi scribit, quod propter hanc malam fidem non solum de perceptis, sed de hijs, qui per-*

percipi potuerint tenetur cap. gravis, vbi
Butr. Abb. & alij de restit. spol. l. ex diuerso in
princ. vbi glof. & Bart. ff. de rei vendic.

- 13 Ultra quod hic agitur de poena, cum
id quod filij à vitrico auocant est in pœ-
nam legis, ut probatur in d.l. hac edictali
& glof. in S. optime, in verbo quippe, Autb. de
mupt. Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 88. nu.
2 vers. secunda poena est, Peregr. de iur. ssc.
lib. 3. tit. 15. nu. 3. vers. glof. autem, at quod
auocatur in poenam restitui debet cum
14 fructibus Mofes ad Consuet. Neap. par. 3.
quaest. 19. nu. 8. quoniam in casibus, in
quibus poena ipso iure infligitur, non est
necessaria litis contestatio, vel alia inter-
pellatio, ita Bart. in l. ex iudiciorum num.
2. ff. de accus. Afflict. in cap. porro num. 3. ex
quibus caus. feud. amitt. quos refert, & se-
quitur Menoch. conf. 99. num. 161. vol. I.
sic etiam Cap. Tholof. & ibi etiam Add.
in decis. 440. & apud eos, & alios Borrell.
in lib. 1. summ. decis. tit. 50. de lit. contest. nu.
46. vt in simili tradiderunt Alex. in cōf. 138
num. 12. lib. 1. Simon de Pret. de interpretat.
ultim. volunt. fol. 451. num. 21. Alex. Raud.
decis. Pisan. 26. num. 66. Fusar. de subst. q.
582. num. 15. dicentes, quod vbi testator
expressè disposuerit, quod inobediens
16 ipso facto, & iure sit priuatus, quod sta-
tim priuatus esse intelligatur absque in-
terpellatione, quæ necessaria non erit.
17 Quamuis Bald. in conf. 22. incipiente
quando domina Nicolina volum. 5. dicat
hoc non procedere, vbi pecunia auferri
debet à coniuge, quem etiam sequutus
fuit Alex. Trentacing. lib. 3. var. resol. tit. de
matrim. resol. ultim. in ultim. pagina colum.
1. in fin. vers. nota in hac materia fol. 349.
18 Quod verum putarem, vbi ex illa pe-
cunia coniux locupletior factus nō esset,
sed melius cogita propter caussam lucri
cessantis, & damni emergentis, quæ po-
terit considerari respectu filiorum primi
matrimonij si illi pecuniam ex tunc ha-
buissent.

ARGUMENTVM.

Dispositio legis hac edictali, an &
quando locum habeat in lega-
to vsusfructus, & quid in lega-
to alimentorum.

S V M M A R I V M.

- 1 Dispositio l. bac edictali in legato vsusfra-
ctus locum non habet.
Sed contrarium nu. 2.
Limita vbi secundus vir esset inops nu. 24.
Intellige facta extimatione iuxta tex. l. he-
reditatum ff. ad l. Falcid. nu. 4.
4 Vita hominis qualiter estimetur.
5 Vita hominis estimari debet iuxta l. heredi-
tatum ff. ad l. Falcid.
6 Opera alicuius occisi estimari debent iuxta
d.l. hereditatum.
7 Dispositio l. hereditatum ff. ad l. Falcidiam
habet locum tantum in casu suo.
8 Quis usque ad centum annos viuere presu-
mitur.
9 Dispositio l. hereditatum non habet locum in
usufructu, qui ex contractu debetur, sed
l. si quis argentum S. sin autem C. de-
donas.
Sed contrarium verius nu. 10.
11 Affl. in decis. 34. circa distinctionem l. he-
reditatum ff. ad leg. Falcid. & l. si quis ar-
gentum S. sin autem C. de donation. repro-
batur.
12 Dispositio l. si quis argentum S. sin autem
procedit solum fauore pauperis donantis.
13 Glof. in l. si quis argentum S. sin autem vers.
praefet confutatur.
15 Legatum ususfructibus secundo viro inopi fa-
ctum, in dubio causa alimentorum factum
censetur.
Limita si esset industriosus nu. 16.
17 Legatum alimentorum dispositioni l. bac edi-
tali subiaceat.
Intellige nu. 21.
18 Legatum alimentorum secundo viro fa-
ctum imputatur in quartam Autb. pra-
terea C. vnd. vir. & uxor.

Sed

Sed contrarium nu. 19.

*Amplia & si legatum pro alimentis sufficeret
num. 19.*

*21 Necessitas requista ab Autb. pterea C. vnd.
vir. & vxor. adesse, debet in ipsa morte.*

*22 Quod iure ob defectum possessatis permis-
sum non est, concedi non debet sub colore
necessitatis.*

Q V A E S T I O X X X I .

*1 P*ro resolutione præsentis quæstionis primo intuitu videtur negandum, scilicet, quod in hoc legato vſusfructus non procedat dispositio *l. hac edictali*, si quidem cum sit quid incertum, & annuatim præstandum, non potest fieri computatio, potest enim vitricus longe, vel breui viuere, prout in specie tenet *Gabriel.lib. 3. comm.conclusion.situ.de secund.nupt. conclus. 4. limit. 20.*

*2 Sed contrarium, scilicet, hoc legatum dispositioni *d.l. bac edictali* subiacere firmarunt in specie *Betr. ibi n. 4. S. ita tamen Aym. Crau. cons. 194. nu. 4. Rol. à Val. cons. 29. num. 25. volum. 4. Cephal. cons. 412. num. 60. Bursat. cons. 338. num. 39. & 40. Mar-cobr. cons. 75. num. 1. Laderch. cons. 147. nu. 2. Surd. cons. 401. post num. 1. volum. 4. Ber-tazol. cons. ciuil. 81. num. 15. lib. 1. Lancel. Gall. ad Consuet. Alex. in verbo solidos quest. 5. nu. 8. Cost. de port. art. quest. 85. nu. 10. & quest. 140. num. 6. Molfes. ad Consuetudin. Neap. part. 3. quest. 19. num. 6. Cauale. de vſufr. mulier. relict. num. 36. Fontanel. de pact. nupt. claus. 5. glos. 8. par. 4. num. 33. & sequen. Cancer. lib. 3. varia. resol. capit. 2. de inuentar. num. 179. Alexan. Trentacing. lib. 3. varia. resolu. tit. de matrimon. resol. ultim. num. 34. vers. sexto procedit Gratian. libro 1. discept. forens. cap. 55. nu. 1. cum seq. & tom. 4. cap. 702. num. 29. Surd. de alimen. titu. 9. quest. 9. num. 4. & quest. 11. num. 27. Rota apud Sebastian. de Medic. in decis. 64. apud Ludouis. in decis. 186. num. 1. & ibi late Bet-tran. in addit. & Hieron. a Laureat. decis. 95. num. 5. hoc tamen erit facta æstimatione iuxta tex. *l. hæreditatum ff. ad leg. Fakidiā,* vt ultra ciratos DD. tradit glo. in l. omnium 4 la 2. ff. de vſufr. idest, quod prius æstime-**

tur vſusfructus bonorum, & deinde con-sideretur qualitas personæ, cui sicut lega-tus vſusfructus, an sit iuuenis, vel senex, quoniam in iuene erit æstimandus vſusfructus vsq; ad triginta annos, si vero es-set senex, vel quis haberet triginta an-nos, vel plus, erit facienda æstimatio vsque ad sexaginta annos, vt etiam firmant DD. in d.l. hæreditatum, & præcipue Paul. de Caſtr. & Alex. vbi etiam aiunt, quod si quis eslet ætatis annorū sexaginta, quod eo casu erit facienda æstimatio vsque ad sexagintaquinque annos, qua æstimo-nie facta, si legatum vſusfructus erit maio-ris valoris, relicto filiorum primi matrimo-nij, seu vnius ipſorum, tunc in illo pluri locum haberet dispositio *d.l. bac edictali*, vt considerant citati DD. nam vbi agitur de æstimanda vita hominis, eo casu æsti-matio facienda est iuxta *d.l. hæreditatum*, vt firmant Suarez in *l. quoniam in prioribus ampliat. 3. num. 9. Gratian. tom. 4. discept. fo-rens. cap. 756. num. 28. Surd. de alimen. dict.* quest. 9. & 11. & quest. 34. num. 28. & cons. 451. num. 37. Ludouis. d. decis. 186. nu. 4. & Seraphin. decis. 1365. num. 14. Hinc 6 dixerunt DD. quod opera alicuius occi-si æstimari debeat secundum dispositio-nem *d.l. hæreditatum*, vt tradunt Specul. in tit. de iniur. S. sequitur num. 6. Alberic. in *l. bac lege ff. quadrup. pauper. feciss. dicat. Lop. in Rubric. de donat. inter vir. & vxor. S. 25. num. 5. Marant. de ord. iudic. par. 4. distinet. 1. num. 7. Rolan. post multos corol. 39. nu. 14. volum. 2. Ioseph Ludouic. conclus. 39 num. 2. Vincen. de Franch. decis. 460. num. 6. Surdus cons. 451. num. 37. & de alimen. tit. 9. dict. quest. 34. num. 28. ac Gratian. tom. 1. discept. forens. cap. 55. num. 3. & sequitur Cancer. lib. 2. var. resol. cap. 11. situ. de pace, & treg. num. 71. & 72. vbi cauendum esse ait ab Imol. Alex. & Paul. in *d.l. hæreditatum*, de-7 cernerib[us] *d.l. hæreditatum* locum habe-re in legato alimentorum propter detra-ctionem falcidiæ, non autem in alijs casibus, in quibus asserunt æstimationē fieri 8 vsque ad centum annos, cum tantū quis viuere præsumatur, ad tex. in l. fin. C. de sacroſan. eccles. cum eorum opinio sit reprobata per Suarez in *d. ampliat. 3. nu. 10. C. de**

- C. de inoff. testam.* Quicquid etiam ex mente Imol. & aliorum, ut supra contrarium tenentium voluerit Gruel. in decis. Dolan. 25. num. 17. & sequen. & Molin. de primo genit. lib. 1. c. 19. num. 40.
- 9 Sed predicta & si vera sint, attamen procedere videntur in usufructu reliquo, seu dato per viam ultimae voluntatis, secus vero in usufructu dato in contractu, cum eo casu estimatio non erit facienda, iuxta d.l. hereditatum, sed iuxta l. si quis argentum §. finalem C. de donat. prout inter vnum, & alterum casum sic distinguit *Afflct.* in decis. 34. secundum quam distinctionem sic Sebusianum decreuisse Senatum testatur *Faber* in suo Codic. lib. 4. tit. 2. si cert. pet. definit. 2. sic etiam videntur firmare *Pinel* in l. 2. par. 3. nu. 32. vers. quamvis C. de rescind. vndit. *Ceulli*. comm. contr. comm. quæst. 552. *Gutier*. lib. 3. pp. qq. quæst. 17. num. 3. dum volunt l. hereditatum procedere solum in casu falcidiæ, quibus accedit *Barbos*. in l. maritum 13. nu. 12. vers. sed caendum est ff. solut. matrim.
- 10 Verum contraria est verior, & communior opinio, quam firmant *Vrsil*. ad *Afflct.* d. decis. 34. *Lara* in l. si quis a liberis §. sed si filius nu. 109. cum sequen. ff. de liber. agnosc. *Scacc*. de iudic. lib. 2. cap. 2. num. 476. & seq. *Couarr*. lib. 3. var. resolut. cap. 9. num. 8. *Lop*. de donat. inser virum & uxor. in rubr. §. 25. num. 4. *Surd*. de alimento. d. quæst. 11. nu. 23. & 28. ac tit. ultim. quæst. 41. num. 16. & sequen. *Cancer*. lib. 3. var. resolut. d. cap. 2. tit. de inuenient. num. 178. *Gratian*. som. 4. disceptat. foren. d. cap. 756. num. 29. & tom. 1. cap. 55. num. 2. vbi de veriori, *Cauale*. de usufruct. mulier. reliqt. numer. 228. & *Suarez* in dict. l. quoniam in prioribus dict. ampliat. 3. num. 78. & sequen. omnes dicentes, dispositionem l. hereditatum indistinctè procedere, tam in ultima voluntate, quam in contractibus, & quod communiter in hoc reprobetur *Afflct.* in d. decis. 34. pro cui etiam opinioni adheserunt *Rimin*. junior cons. 240. & conf. 251. num. 40. volum. 3. *Marcobr*. conf. 75. nu. 27. cum sequen. *Bero*. conf. 40. colum. ultim. lib. 2. *Peregrin*. conf. 94. num. 24. volum. 1. *Velasq*. in confus. 188 num. 29.

- 12 Quamvis decisio *Afflct.* saluari possit solum in donatione fauore pauperis donantis, prout loquitur tex. in d.l. si quis argentum §. fin autem C. de donat. ut tradunt *Ias*. in l. 2. §. mutui datio colum. penult. ff. si cert. pet. & in l. non amplius §. cum bonorum ff. de leg. 1. sic quoque voluerunt *Add*. ad dictam decis. *Afflct.* & post *Bald*. *Fulgo*. & *Salic*. *Pinell*. in l. 2. par. 3. cap. 4. num. 32. C. de rescind. vendit. *Couarr*. lib. 3. var. resolut. cap. 9. num. 5. in fin. *Cancer*. lib. 2. varia. resolut. cap. 11. num. 75. *Faber* in suo Codic. lib. 4. tit. 2. si cert. pet. definit. 2. & 3. & lib. 3. tit. 23. de usufr. definit. 10. vbi hanc opinionem sequutum fuisse Senatum testatur, & adstipulatur *Lup*. de usufr. comment. 2. §. 2. num. 75. & sequen. *Gerard*. sing. 34. *Cotta* in memorab. incip. solvi non poset, quibus accedit *Rodrig*. de ann. reddit. lib. 1. q. 6. nu. 28.
- 13 vbi multis contrarijs respondet, subdens valde errasse glos. in d.l. si quis argentum vers. præstet, diuinando contra sex. prout etiam firmat *Surd*. de alimento. tit. 9. quæst. 41. sub num. 16. vers. mihi igitur pro conclusione placet.
- 14 Verum limitatur supradicta prima conclusio, quâdo secundus vir fuisset inops, ita ut aliunde non haberet, cum eo casu dispositio d.l. bac edictali cessaret ex eo,
- 15 quia legatum prædictum iu dubio diceretur reliquum in causâ alimento, ad sex. in c. cù haberet de eo, qui duxit in matrimon. quam poll. *Afflct.* decis. 99. num. 2. *Benint*. decis. 22. num. 3. 15. quicquid sit, si vir esset industriosus, vel aliunde diues, ut in specie *Castrren*. conf. 5. num. 5. volum. 1. *Crauet*. conf. 219. sub num. 8. *Natt*. conf. 402. sub num. 49. *Simon de Pret*. de interpret. ultim. volunt. lib. 4. dub. 11. num. 20. fol. 425. & post alios *Barz*. in decis. *Bonon*. 80. num. 2. 3. & 9.
- 16 Et quamvis etiam legatum alimento, sub dispositio d.l. bac edictali comprehendatur, ut latè tradit *Surd*. de alimento. tit. 9. quæst. 9. tamen quando coniux, cui simile fieret legatum esset inops, & aliunde non haberet, dispositio d.l. bac edictali
- 17 cessaret, quoniam simile legatum imputaretur in quartam *Aub*. præterea *C. vnd*. vir. & uxor. ut tradit idem *Surdus* in d.q. 9. a num. 15. usque ad finem, & late ante-
- 18 R eum

- cum ex mente Cuman. in cons. 30. voluit Lancel. Gall. ad Confuetud. Alex. in verbo solidos quæst. 6. num. 25. vers. ergo quidem, & num. 5. & ego tradidi in addit. ad Surd. in decis. 119. num. 5. quicquid decilum referat Fontanel. de paci. nupt. claus. 5. glo. 8. par. 9. num. 52. scilicet legatum prædictum 19 non imputari in hanc quartam, quamuis legatum pro alimentis sufficeret, cum sit contra dispositionem d. auth. præterea, vt dixi in d. decis. 119. nu. 6.
- 20 Quod ego verissimum puto, si tempore legati maritus inopia laborasset, cum necessitas requisita ab Autem. prætore, interuenire debeat in ipsa morte, vt latè etiam tradidi in addit. ad decisio. Surd. 61.
- 21 & decis. 119. nu. 6. Item si legatum vsusfructus alimenta condecoria non excederet, scilicet alimenta sufficientia ad substantandum, ita vt non cogatur mendicare, vt etiam dixi in d. decis. 61. alias in eo, quod excederet dispositio dict. l. bac edictali locum haberet, cum id, quod iure 22 non est permisum ob defectum potestatis, concedi non debet sub colore necessitatis, vt in specie tradit idem Surd. dicta quæst. 9. num. 5.

ARGUMENTVM.

Aëstimatio viræ hominis iuxta l. hæreditatum facta, an irritetur, si plus, vel minus quam fuerit aëstimatu secundus coniux viueret.

SUMMARIUM:

- 1 Falcidia, an augeri, vel diminui debet, si quis plus, vel minus, ultra quam fuerit existimatum, iuxta lex. l. hæreditatum viueret. Sed contrarium verius nu. 3.
- 2 Cautio inter proprietarium, & vsusfructuarium prestanta erit de restituendo, vel supplendo ad ratam falcidia, si plus vel minus quam ex dict. l. hæreditatum fuerit estimatum, viueret.

- 4 Aëstimatio ex legione ex post facto superueniente non irritatur.
- 5 Legitime factum non retractatur ex euentu.
- 6 Læso non consideratur, ubi equale effe periculum, & nu. 13.
- 7 Restitutio minori non conceditur, ubi contractus inspectio principio posterat ita esse utilis, sicuti damnosus, quamuis deinde laeso superuenerit.
- 8 Census ad vitam concessus non retractatur, si ex contingencia facti damnosus efficiatur.
- 9 Statutum, quod mulieres non possint contrahere absque solemnitatibus, non habet locum in emptione, vel constitutione census vitalityj.
- 10 Census emptio ad vitam non est licita, ubi inspecta estate, & quantitate pecunia efficit iniusta.
- 11 Dispositio l. hereditatum sequi non debet in emptione, & venditione census vitalityj.
- 12 Vita, & mors hominum in manu Dei sunt.

QVÆSTIO XXXII.

EX supradictis non minima, insurgit difficultas, veluti quid si postquam sit facta aëstimatio, vitricus, vel nouercent longius, vel minus, quam fuerit aëstimatum, an hoc in casu sit facienda alia computatio, & augmenti, & diminutionis, Glo. in d. hereditatum in vers. triginta annorum, pro affirmativa videtur respondere, dum inquit maiorem falcidiam deducendam esse, vel deductam minuendam, si contigerit legatarium minus, vel plus viuere, quod etiam firmarunt ibi Bar. Alberic. & alijs magis communiter, idem tenuerunt Irol. cæterique in l. cum Tito ff. ad legem Falcid. sic etiam Canalcan. de usu. mulier. bellic. num. 225. circa finem, dicens, quod in hoc casu per hæredem præstanta erit cautio vsusfructuatio de restituendo in casu minoris ætatis, & finiti vsusfructus, & econtra vsusfructuarius hæredi de angendo falcidiam in casu majoris ætatis argum. l. in quantitate. S. magna ad leg. Falcid. & sequitur Francisc. Marc. decis. 838. par. 1. Suarez l. quoniam in prioribus ampliat. 3. num. 7. & seq. vers. sed circa hoc

- hoc est aduentum C. de inoff. testamen.
 & Surd. cons. 451. num. 38. volum. 3. sic
 quoque Guttier. lib. 2. pp. qq. quæst. 17. nu.
 8. Vinc. de Francb. decis. 186. n. 8. quamvis
 ibi dubiam afferat hanc quæstionem, &
 sequuti sunt Cost. de port. rat. quæst. 1. nu.
 3. & 5. licet n. 6. contrarium videatur fir-
 mare.
- 3 Sed contrarium, & in specie contra-
 glos. vti verius tenuerunt Cepol. in cons. ciuit.
 14. col. ultim. Couar. lib. 3. varia. resol. cap. 9.
 num. 8. vers. hinc deducitur, & num. 9. vbi
 in fine dicit falsam esse d. glos. interpreta-
 tionem, & ad stipulantur Crauet. cons. 194.
 num. 6. Barbos. in l. maritum 13. ff. solut. ma-
 ritim. num. 12. vers. sed quicquid sit, & Fonta-
 nel. de paci. nupt. claus. 5. glos. 8. par. 4. num.
 37. vbi ait hanc opinionem omnes mo-
 dernos contra dicit. glos. & Doctores anti-
 quos firmasse, prout firmavit Surdus de
 alimen. sit. 9. q. 1. n. 28. vers. aduerte etiam,
 dum ait, quod non impugnatur æstima-
 tio ex læsione, ex post facto superuenien-
 te, exemplo alimentarij, qui licet longissi-
 mo tempore superuixerit, non per hoc
 irritatur contractus, quod enim legitimè
 factum est, retractari non debet, ex his
 quæ postea acciderint. Nec enim ff. de iuri-
 ner. act. priuat. l. sancimus C. de administrat.
 tit. l. qui furore, ibique Bart. ff. de testam. &
 l. si quis alicui ff. de acquiren. baredis. quod
 etiam idem Surd. voluit in d. situ. 9. quæst.
 41. num. 19. & 20. licet in num. 22. in fin.
 aliter videatur sentire: Et ratio huius
 conclusionis ea est, siquidem illa Iuris-
 consulti responsa in dict. l. hereditatum
 circa diuisionem ætatum parum affice-
 rent, ac facillimè eluderentur, nihilq; cer-
 tum constituerent.
- 6 Vltra quod cum æquale, & commune
 sit periculum (cum possit vitricus lon-
 gius viuere) læsio considerari non po-
 test, ad sex. in l. de fideicommisso C. de tran-
 fact. l. si eo C. de usur. Boer. decis. 62. num.
 31. & Surd. decis. 278. num. 9. & cons. 435.
 num. 14. & cons. 488. num. 34. lib. 4. Hon-
 ded. cons. 10. num. 85. lib. 1. Adeo vt in con-
 tractibus, qui se habent ad damnum, & lu-
 crum nulla datur restitutio, etiam mino-
- 7 ti, quamvis postea læsio superueniat.
 Nat. cons. 181. num. 9. Vrl. ad Afflict. in
 decis. 340. num. 6. post medium. Gym. cons. 11.
 num. 17. & cons. 188. num. 4. Gaid. Pap. de-
 ois. 157. Surd. de alimen. dict. quæst. 1. num.
 11. & 13.
- 8 Prout dicimus de censu vitalitio, qui
 propter periculum vitæ, & lucri, & damni
 sustinetur, prout concludunt Dec. cons.
 123. num. 1. Rom. cons. 302. num. 3. & cons.
 423. num. 10. & ibi Mandos. in verbo toler-
 rantem Nat. cons. 498. num. 13. Bald. cons.
 191. colum. 2. in princ. volum. 5. vbi etiam
 ait, quod in his contractibus non consi-
 deratur læsio, nam assimilantur iactuire-
 tis Nauar. de usur. quæst. 45. nu. 128. Laur.
 de Rodulph. similiter de usur. quæst. 11. nu.
 42. Azor. in summ. par. 3. lib. 10. cap. 17. de
 condit. in cens. contract. requis. quæst. 7. Ro-
 deriq. de ann. reddit. lib. 1. quæst. 5. num. 4. &
 sequen. Guttier. lib. 1. canonica. quæstio. cap.
 39. num. 64. cum sequen. & ante eos Couar.
 lib. 5. varia. resolut. cap. 7. num. 3. in fin. late
 Cenc. de vent. par. 1. cap. 1. quæst. 4. art. 3. nu.
 28. cum sequen. plene quoque Surd. de
 alimen. situ. 9. quæst. 11. per tot. vbi id ex
 mente tam Canonistarum, quam Theologorum probat, Boer. decis. 44. num. 35. &
 multis sequen. idem Cenc. in decis. 9. num. 12.
 post tract. de cens. & late Put. decis. 162. par.
 1. qui in num. 2. ait, quod similes census
 9 vitalitij validi sunt, quamvis fierent per
 mulierem absque solemnitatibus statuti,
 ex eo, quia in eis nulla læsio considerari
 potest, licet ex post facto superueniat,
 quod etiam admittit eadem Rota apud
 Crescent. sub sit. de constit. decis. 3.
- 10 Sed hoc & si limitetur apud Surd. in
 d. sit. 9. quæst. 11. num. 20. vbi ait id non
 procedere si tempore æstimationis insur-
 gat verisimilis coniectura super iustitia
 ipsius, veluti si esset valetudinarius, vel
 senex, & econtra si esset robustus, vel iu-
 uenis, exemplo contractus vitalitij, cum si
 inspecto initio contractus esset pronus
 ad læsionem, vt pote si emptor esset iuue-
 nis, qui verisimiliter possit tanto tempore
 tantum ex redditibus percipere quod ip-
 sum capitale exuperaret, quod eo casu

R 2 effec

esset suspectus, ut etiam voluit Cane. in d. quæst. 4. art. 3. num. 19. ut in materia d. l. hereditatum considerasse Senatum inquit Grivel. in decisi. Dolan. 25. sub num. 18. vers. ut igitur absurdum, quod etiam in specie tradit Molin. de primog. lib. 1. cap. 19. num. 39. vers. sed quamvis, dicens æstimationem ad l. hereditatum præcisè sequi non debere, sed arbitrio boni viri, per pensa ætate de valitudine.

12. Et si hæc limitatio aliquantulum dubia sit, siquidem vita, & mors hominis omnino est incerta, illæ enim in manu Dei sunt, & sic quod nobis incognita est, iudicari nequit; nam certum est senectus non posse vivere, sed certissimum quoque est, iuvenes possunt mori; unde saepe sibi vidimus prius iuvenes quam senes mori, multæ n. sunt miseriae hominem, ob quod exclamat patientissimus Job in cap. 14. *Homo natus de muliere brevi vivens tempore, repletus multis miserijs, qui quasi flore egre distit, & conseruit, & fugit velut umbra, & nunquam in eodem statu permanet.*

13. Vtira quod iura sunt aperta, decernentia, quod quādo ex futuro eventu potest succedere, & non succedere datum, quod eo casu lesio considerari non potest l. de fideicomisso C. de trans. l. seu C. de cesar. cum alijs ut supra traditis, & sequitur Gratian. tom. 1. discept. forens. cap. 27. num. 23. Sfort. Odd. de refut. in integr. quæst. 4. art. 6. num. 40. cum sequen. par. 1. & Peguer. decisi. 202. num. 7. Sed tu cogita per ea quæ dicam in quæst. 36. in fin.

ARGUMENTVM.

Dispositio l. hereditatum non procedat, si vitricus ante æstimationem decesserit.

S V M M A R I V M.

1. Veritas circa estimationem futuri eventus ex parte factio quandoque attingitur.
2. Presumptio cessat, ubi veritas clueficit.

3. Computatio l. hereditatum ff. ad l. falcidiare non fit ipso iure absque facto bonitatis.

QVAESTIO XXXIII.

Sed ex supradictis alia superest difficultas, numquid non facta æstimatione, & quis decesserit ante triginta annos, vel sexaginta, vel post, computatio sit facienda etiam iuxta dictam l. hereditatum.

2. Et videtur dicendum, quod non, per sex. singularem in l. cum Titio ff. ad legem Falcidiare, ubi licet æstimetur futurus euentus, tamen si certificetur ante æstimationem, stabitur certo, quoniam eo causa res est integra, iudicium enim l. hereditatum, cum à principio sit super re dubia, fundatur super præsumptione, quæ cessat cluēscētē veritate l. cum de indebito ff. de probat. Et ita in specie tradiderunt Campan. & Mol. in d. l. cum Titio, per illum sex. prout decisum fuisse per Sacrum Cōfīlum restatur Vincen. de Franch. in decisi. 186. & sequitur eriam Couarr. lib. 3. pars resol. cap. 9. num. 9. sic etiam Fontanell. de patr. nupt. stat. 3. glos. 8. par. 4. numer. 38. 3. quoniam computatio d. l. hereditatum non habetur ex lege ipsa pro facta, absq; ministerio hominis; quicquid in contrarium sentiat Verc. cons. ciuil. 13. secundum Aym. conf. 194. circa fin.

ARGUMENTVM.

Numquid instituto viro, & post eius mortem substituto filio fieri debeat diuisio hereditatis, tanquam nihil filio relictum, an vero tantum habere debeat vitricus, quantum dicta substitutio communis æstimatione importaret.

SVM.

S V M M A R I V M .

- 1 *Omnis actio vendi, & cedi potest.*
- 2 *Fideicommissarius viuente herede grauato potest agere, vt adueniente die sibi restituat, & n*o*. 7.*
- 3 *Fideicommissarius ante euentum conditionis poterit contra heredem grauatum agere, vt reddat rationem, vel inuentarium conficiat.*
- 4 *Creditor in diem potest ante tempus agere, vt adueniente die sibi soluatur.*
- 5 *Spes conditionalis cedi, & vendi potest. Intellige in spe causante in praesenti ex contractu nu. 19.*
- 6 *Iactus retis pretio affirmatur.*
- 8 *Ius fideicommissi vendi, & donari potest. Intellige ubi esset agnatum num. 14. Item declara in fideicommisso particulari num. 15. Item in fideicommisso facto in contractu num. 16.*
- Item etiam intellige in fideicommisso certum num. 18.
- 9 *Ex cessione, vel venditione iuris fideicommissi non inducitur votum captanda mortis.*
- 10 *Filio ubi nihil erit relictum, diuisio erit facienda inter ipsum, & vitricum, deducta prius eius legitima.*
- 11 *Grauatus sub conditione, interim dominus est.*
- 12 *Institutus, & sub conditione grauatus, efficitur dominus irreuocabiliter, si ante euentum illius decederet substitutus.*
- 13 *Fideicomissa conditionalia ante euentum conditionis, non transmittuntur.*
- 17 *Iudicium, quod ex futuro dependet euentu, non sustinetur.*
- 20 *Ius substitutionis in materia l. hac edictali non est considerabile.*

QV AESTIO XXXIV.

Non semel dubitatum fuit, si instituto secundo viro, & post eius mortem substituto ex primo matrimonio filio, fieri debeat diuisio hereditatis tanquam nihil filio relictum, an vero tantum

- habere debeat vitricus, quantum dicta substitutio communi aestimatione importaret.
- 1 Pro cuius dubij resolutione videtur dicendum nullam faciendam esse divisionem, sed vitricum tantum habere, quantum substitutionis aestimatio importaret, siquidem verissima est iuris conclusio, quamlibet actionem cedi, & vendi posse, vt toto sit de hereditate. vel act. vendit, at fideicommissario competit actio,
 - 2 cum viuente grauato possit agere, vt adueniente die sibi restituat, vt plenè *Vtius decisi. 403.* Item vt heres reddat rationem, vel inuentarium conficiat de rebus hereditarijs *Barto. Bald. Imol. & Paul. de Castri. in l. cum tale §. Titius ff. de condit. & demonstrat.* Exemplo quod dicimus de creditore in diem, qui ante tempus potest agere, vt adueniente die sibi soluatur, vt latè trididi post *Surdum in addition. in decisionem 120.*
 - 5 Nec obstat, quod actio conditionalis fideicommissarij non consistat nisi in sola spe; nam & ipsa spes nuda cedi, & vendi potest *l. spem C. de donatio l. nec emptio ff. de contrah. empt. l. pactum in fin. ff. de pact. & facit tex. in l. si iactū retis ff. de act. empt.* ubi iactus retis pretio aestimatur, & propterea *I.C. in l. seruus ff. de codit. futuri.* dicit futurum euentum pretio aestimari, quoniam quotiescumque spes illa causatur de praesenti, vel de praeterito, vt in hoc casu, scilicet quando quis esset post mortem alterius substitutus, tunc fideicommissarius dicitur quasi creditor, qui ante diei euentum poterit agere ad sibi restituendum adueniente die, vel conditione, vt late *Barto. in l. qui Romae §. duo fratres in l. sol. ff. de verbis oblig. & in l. qui cum tutoribus colum. 1. ff. de transact. & in l. is potest colum. 3. vers. si esset substitutus per fideicommissum ff. de acquiren. heredit. cum aliis per me congestis in addit. ad Surd. in d. decisi. 120. num. 13.*
 - 8 Et quod ius fideicommissi vendi, cedi, & donari possit, tenent *Bar. in l. 1. num. 5. C. de pact. & ibi l. as. nu. 18. vbi Claud. Seis. Cum. & Cagnol. qui nu. 40. dicit communem esse opinionem, & sequitur Michael.*

R 3 Crass.

Crass. recept. sentent. S. fideicommissum question. 44. cum ex illa cessione, donatione, vel venditione non inducatur votum capienda mortis, nam ut dicit Ias. in d. num. 18 non agitur de hereditate viventis, sed de fideicommisso, & sic de successione defuncti, cui per fideicommissum succeditur, ut latè Gamm. in decis. 92. num. 2. & post eum, & alios Cancer. lib. 3. agr. resol. cap. 2. v. de inventar. num. 191. subdens sic Senatum in quadam causa iudicasse.

Sed contrarium verius esse existimo scilicet diuisionem faciendam esse iuxta gloss. d. l. hac editali in verbo diuidi, & S. optimè in verbo quippe Authent. de nupt. hoc est deducta prius legitima, iuxta communem DD. traditionem, de qua dixi in quest. 7. Scilicet ubi nihil filio relictum reperitur, quod tunc prius detrahi debet legitima, & reliquum dividi inter ipsum filium, & vitricum, at in hoc casu certè nihil dicitur filio relictum, cum l. hac editali in ipsa morte testatoris consideratur, quo tempore nihil apud filium reperitur, ergo.

Quod omni caret difficultate, nam interim vitricus totius substantiæ dominus est. fin. S. sed quia nostra in verbo celebrata C. commun. de leg. Surd. decis. 15. & conf. 73. nu. 74. vol. 1. Mofse. conf. 7. post comment. ad Confuet. Neap. unde si forte eo viuente substitutus decederet irreuocabiliter dominus remanceret l. filio familias in fin. ff. de leg. 1. l. 1. S. dies, & l. heres meus S. 1. ff. de condit. & demonstrat. sed si plures in princ. ff. de vulg. glo. in l. unica. C. de his, qui C. de his qui ante aper. tab. cum regulariter conditionalia fideicomissa mortuo honorato ante institutum, vel conditionis eventum non transmittantur l. unica S. sin autem sub conditione C. de caduc. toll. l. si ex pluribus in fin. ff. de suis legitim. hered.

Nec obstat, quod ius substitutionis, vendi, cedi, & donari possit, & sic videatur quodammodo posse extimationem fieri; siquidem respondetur id procedere in duobus casibus, primo ubi fideicommissum esset agnatum, at secus ante quam sit agnatum, eo enim casu nec vendi, nec cedi potest ut latè Curt. jun. in l. 2. col. 1. C.

de paci. Ias. in l. 1. nu. 96. ff. de leg. 1. & consuluit Bart. in conf. 129. Carpan. ad R. 1. Mediol. cap. 445. nu. 30. Peregrin. de fideicom. art. 31. num. 30. & 34. Gall. de except. exception. 32. nu. 68. & seq. & est casus in l. mulier S. heres ex affe ff. de iur. dot. ea ratione, quia restitutio non fieret prout testator disposuit, ut tradit Bart. in l. 2. in 1. oppos. C. de paci. & in l. Sancimus col. 2. C. ad trebell. & idem Ias. in d. l. 1. nu. 97. C. de paci. Surdide aliment. sit. 9. q. 22. nu. 32.

Secundo procedit ubi ageretur de fideicomissio particulari, & non de universalis, ut latè Bald. in cap. nonnulli col. 2. extra de rescript. Ias. in l. 1. nu. 96. ff. de leg. 1. Lánchez in l. heredes mei S. cum ita vers. si serio ff. ad trebell. Peregr. de fideicom. art. 31. nu. 31.

Tertio procedit in fideicomissio factio in contractu, quo casu cum fidicicom missum transmittatur ad heredes fideicommissarij, licet decederet ante heredem grauatum, & conditionis eventum cessio valeret, ex eo quia ageretur de præjudicio heredum fideicommissarij, secundum Lanch. in d. S. cum ita num. 363. in fin.

Nec etiam obstat, quod creditor ante diem possit agere, siquidem id procedit quia iam nata est actio, quamvis exercitium sit in diem delatum, quod secus in fideicommissario ut per DD. per illum sex. in l. non quemadmodum ff. de iudic. ubi iudicium quod ex futuro eventu dependet non sustinetur, cum tractus futuri temporis ad iudicem non spectet.

Vltra quod iura in contrarium allegata procedunt ubi fideicomissi dies certi sunt esset, ut tradit idem V. in d. decis. 403. ac Marzar. de fideicom. p. 3. quest. 61. dicens ita fuisse iudicatum in Rot. Flor. & ego post alios in addit. ad Surd. in d. decis. 120. nu. 5.

Minus quoque refragatur, quod spes vendi possit, & sic videretur recipere in praesenti certam extimationem, siquidem d. l. spem cum aliis iuribus, ut supra allegatis locum obtinent, quando spes illa causaretur de praesenti ex contractu, & inharet Cacher. decis. 179. nu. 12. & latè tradidi in

in addit. ad Surd. in decis. 144. ex S. conditio-
li instit. de verbis. oblig. ex eo quia ius in
spe ex contractu quæsitum retractari non
potest, ut inquit Dec. in conf. 107. col. fin. &
conf. 468. nu. 26. Quicquid sit in spe ex fi-
deicommisso conditionali causata, cum
illa ante euentum conditionis nullum
ius pariat, & sic nullam videtur recipere
extimationem, & propterea ius substitu-
tionis non est considerabile in materia
d.l. bac edictali, vt in puncto tenet Cancer.
lib. 3. var. resol. cap. 2. tit. de inuent. nu. 189.
subdens sic Senatum in facti specie de-
terminasse, & Alexan. T rentacinque in lib.
3. var. resol. tit. de matrimon. resol. vlt. in fin.
vers. quinto procedit vbi allegat Bertr. conf.
68. vol. 3.

ARGUMENTVM.

Num parens in præiudicium filio-
rum primi matrimonij possit
ius querendum remittere, &
non acquirere; ad hoc vt secun-
da coniux. acquirat, & habeat,
maxime si ei esset substituta.

S V M M A R I V M .

- 1 Ius querendum in fraudem creditorum re-
pudiari non prohibetur, intellige nu. 29.
- 2 Tex. in l. qui autem ff. que in fraud. credit.
procedit etiam respectu creditorum hypo-
thecam habentium.
- 3 Ius ad eundi non dicitur ius, sed facultas,
sed contrarium nu. 26.
- 4 Ius adeundi non potest cedi, nec obligari.
- 5 Maritus repudians hereditatem, ad hoc vt
mulier acquirat, non dicitur in fraudem
l. bac edictali fecisse.
- 6 Ius legati ipso iure in legatorium transit.
- 7 Pater usum fructum in bonis filij sibi acqui-
sum repudiare non prohibetur ne dum ut
ipse queratur filio, sed præiudicandi alijs
in eorum logistica.
- 8 Remittere quid sit.
- 9 Vir potest lucra constante matrimonio de
Iure Castelle questiæ repudiare, & non

acquirere ad bac, vt secunda acquireret
coniux.

Intellige nu. 22.

Amplia etiam lucra questiæ nu. 10.

Contrarium nu. 23.

11 Maritus lucrum dotis sibi à Statuto delatum
repudiare, etiam in præiudicium credito-
rum non prohibetur.

Sed declarat nu. 24.

12 Dispositio l. si unquam C. de reuoc. donat. lo-
cum non habet in iuribus nondum acqui-
sitis, & repudiatis.

13 Maritus hereditatem sibi delatam remitte-
re non potest ad hoc, vt secunda acquireret
coniux.

14 l. libertus ottoginta ff. de bon. libert. declara-
tur.

15 Mariti conditio per renunciationem, vel re-
pudiationem iuris querendi deterior fit.

16 Repudiare, alienare dicitur.

17 Pupillus non potest hereditatem sibi delatam
absque Prætoris auctoritate repudiare.

18 Legatum monacho factum absque Pauliana
repudiari non potest.

19 Prælatus non potest legatum Ecclesiæ factum
repudiare.

20 Tex. in l. sponsus §. si maritus ff. de donat. in-
ter vir. & uxor. declaratur.

21 Casus omnibus declarari debet per aliam le-
gem de illo loquentem.

24 Renunciatio hereditatem censetur eam adire.

25 Dec. in conf. 260. declaratur.

27 Ius adeundi, an & quomodo in bonis debito-
ris esse dicatur.

28 Filius repudians hereditatem non nocet pa-
tri habenti ius ususfructus.

29 Parens iux ex ultima voluntate deferendum
remittere non prohibetur in præiudicium
filiorum primi matrimonij.

Secus ex contractu nu. 34.

30 Nemo inuitus acquirere cogitur.

31 Debitor repudians hereditatem, legatum, vel
aliud simile in præiudicium creditorum,
mortaliter peccat.

32 Donatio inter virum, & uxorem ad hoc ut
sit prohibita, que requirantur.

33 Tex. in l. magis puto §. fundum ff. de rebus
eorum explicatur & nu. 34.

35 Dolo facit qui tenetur acquirere, & non ac-
quirit.

36 Lu-

36 *Lucrum dotis a Statuto marito debitum, si in cōtractu deductum fuerit in praejudicium creditorum repudiari non potest.*

QVAESTIO XXXV.

Non minus pulchra, quam perplexa est præsens quæstio, nunquid maritus in præjudicium filiorum primi matrimonij possit ius sibi quærendum remittere, & non acquirere, ad hoc ut secunda vxor illud habeat, vel acquirat. Cum pro resolutione primo intuitu videatur affirmandum per text. in l. qui autem ff. que in fraud. credit. vbi quis ius quærendum etiā in fraudem creditorum repudiare, & non acquirere non prohibetur, qui tex. secundum veriorem opinionem etiam in fraudem creditorum hypothecam habētum locum habet, cōtra Ancharan. opinionem in conf. 101. tenuerunt Socc. conf. 124. lib. 3. Vinc. de Franch. decif. 101. Gratian. in decif. March. 17. & tom. 1. discept. for. cap. 132. & tom. 2. cap. 271. Cost. de retrotr. cas. 3. cap. 8. num. 13. cum seq. Manent. in decif. Mantuan. 38. nu. 12. Thor. in suo compend. tom. 1. fol. 298. Guttier. lib. 11. pp. qq. quæst. 127. & in cap. quamvis pactum nu. 17. vers. secundo, & na. 23. de pact. cum alijs per me in addit. ad Surd. in decif. 140. nu. 4. ea ratione, quia ius ad eundi non est ius, sed facultas, ita Bald. in l. 1. nu. 43. C. qui admitti, nec est in bonis nostris l. pretia rerum ff. ad l. falcid. ob quod non potest nec cedi, nec obligari ad instar fideicommissi yniuersalis l. mulier §. ex aſſe vbi Bart. ff. de iur. dot. idcirco repudians non dicitur minuere patrimonium, sed solum omittit acquirere, & sic non fit pauperior; Vnde licet alter coniux ex tali remissione ditior efficiatur maximè si esset ei substituta, vel aliquomodo successura, dici non potest esse in fraudem l. bac editali, quia talis remissio a lege non prohibetur, vt habetur in l. & sponsus §. si maritus il. 2. ff. de donation. inter virum & uxorem, vbi si maritus haeres institutus repudiet haereditatem donationis causa, ad hoc ut mulieri acquiratur, Iuliannus scribit donationem valere, ea ratione, quia pauperior non sit,

6 qui non acquirit; Immo in fortioribus subdit, scilicet id esse etiam in legato, ius cuius statim in legatarium transit l. à Tito ff. de fure. & tamen ait valere donacionem.

Hinc videmus quod & si donatio inter patrem, & filium a iure improbetur, attamen pater non prohibetur usum fructum in bonis aduentitijs filij sibi debitum repudiare, nedium causa, vt queratur filio, immo præjudicandi alijs in eorum legitima, ita Paul. de Caſtr. in conf. 135. volum. 1. idemque in l. oportet §. fin autem vbi Bald. & Salic. C. de bonisq. liber. Gallerat. de renunciati. lib. 1. cap. 2. n. 50. Gomes. ad l. 48. Taur. num. 10. & l. 60. circa med. Molin. tom. 1. de iustit. & iur. tract. 2. disput. 8. ex eo quia remissio non est alienatio proprij patrimonij, sed tantum renunciatio lucri legalis.

Et hac de causa Suarez in l. 1. lib. 3. tit. de bon. acquis. vir. & uxor. nu. 24. inquit, quod & si iure Castellæ lucra constante matrimonio quæsita communia sint, attamen poterit vir, vel uxor illa repudiare, & non acquirere, ad hoc, ut alteri querantur, quia renuncians nihil de patrimonio diminuit, quodque etiam pro absoluto tradidetur Gomes. ad l. 48. taur. & l. 51. num. 66. ac l. 60. in fin. & per discursum Azeued. in l. 9. tit. 9. lib. 5. nouæ recompil. Sæch. de matrimon. lib. 6. disput. 5. Lopez de donat. inter vir. & uxor. in Rubr. §. 34. Guttier. lib. 2. pp. qq. quæst. 126. nu. 5. vbi etiam in lucris quæsitis hoc verum esse probat, & sequitur Paris. in conf. 127. num. 25. volum. 1.

Idque etiam admittunt Rot. de lucro dot. quæst. 40. & Phanuc. eod. tract. gl. 8. nu. 16. cum seq. dicentes maritū posse lucrum dotis sibi à statuto delatum, etiam in creatorum præjudicium remittere, & repudiare, quod etiam ante eos consuluerunt Paris. in d. conf. 127. Dec. conf. 260. & Soccin. conf. 114. num. 8. vol. 1. & securi sunt Boer. decif. 244. col. 2. & Cauac. de usufr. mulier relict. nu. 187. circ. med. post tract. de tutor. & curator. diuſor. vbi ita se iudicasse afferit, quibus ad stipulatur Rip. in l. si unquam nu. 21. C. de reuocand. donat. di-

- 12 dicēs, quod licet ex dispositione d.l.s i unquam, filijs superuenientibus reuocentur bona iam quæsita, quæ erant in bonis ipsius donantis, tamen nequaquam reuocantur repudiata, quod late etiam sequitur Tiraquell. ibi in verbo donatione largitus num. 180. cum multis seq.
- 13 Sed contrarium videtur dicendum scilicet talem remissionem, & renunciationem nullam esse, tamquam à lege improbatam, arguitur enim ex ea donatio, quæ inter virum, & vxorem est prohibita, ut tot. titulo de donatio. inter virum, & vxor. quod probatur, quoniam negari non potest, quin vxor ex tali renunciatione, seu repudiatione lucrum sentiat, cum eius conditio melior efficiatur, maritus vero damnum patiatur l. liberto octoginta ff. de bon. libertor. Et quicquid dicat Socin. in cons. 109. nu. 6. volum. 3. quod in l. liberto hæredes liberti non poterant renunciare in damnum patroni, tamen satis ex ea apparet, quod repudiare legatum sit damnum pati, quia cum libertus decesserit animo eius non declarato, an legatum agnoscere voluerit, inquit Iur. Consule. ibi, quod libertus dicitur amplius rem substantiam reliquisse; & quod mariti conditio per talem remissionem determinat, probat tex. in l. non amplius §. 1. & ibi etiam notat glof. in verbo legatarij in fin. ff. de legat. 1. quodque voluerunt ibi Bart. Castr. & Ias. Igitur dum secunda coniux ex facto viri ob eius renunciationem lucrum sentit, filij vero primi matrimonij damnum, cum minus sit in patrimonio patris, cur id in fraudem l. hac editali existimari non debeat?
- 16 Præterea repudiatio quid aliud est, nisi quædam alienatio, ita habetur in tex. satis aperto in l. magis puto §. fundum ff. de reb. eorum, vbi expressè habetur, repudiationem veram esse alienationem, dum interdicitur pupillo legatū nō posse repudiare sine prætoris autoritate, ad instar rei propriæ ipsius pupilli, nam præsupponitur rem esse legatarij, ut ibi habetur, in illis verbis, cum res sit pupilli, quod communiter ibi secuti sunt DD. & signanter Capit. in decif. 18. num. 13. Castrren. in l. le-
- gatus ff. de legat. 1. Rati. conf. qm. in princ. lib. 1. afferentes ob id in repudiatione legat. 18 si monaco facti paulianam requiri, quod etiam videretur esse de mente Bald. in l. 4. contra iuris S. curator ff. de pacif. & in dict. S. fundum, dum inquit Prælatum non posse.
- 19 legatum Ecclesie factum repudiare, ex eo, quia repudiatio sit alienatio; cuius opinionem secutus est Cremens. sing. 125. quod notabile esse tradit Euerard. cens. loc. argum. in loco à pupillo ad Ecclesiast. hæc quoque opinionem secuti sunt Zuccardi. in rubric. C. de pacif. num. 120. verba contrarium, & Gomes. tit. 2. de contract. cap. 14. num. 13. quam veriorem, ac probabiliorem esse probat Cimator. in repet. dict. l. legatum num. 44. vers. ego autem puto ff. de legat. 1. Mart. de iuris d. par. 4. cent. 1. cap. 68 num. 13. & per discursum in vot. 224. vbi hanc magis veram, & communem proficitur, & vt talem post innumeros tueretur Gallerat. de renunciat. lib. 1. cap. 2. num. 54. cum sequens. Et si hæc opinio non transcas absque difficultate, cum nonnulli contrarium firmauerint etiam de com. tunni attestantes, ut apud eosdem DD.
- 20 Nec mouet tex. in d.l.s sponsus §. si maritus, quoniā ex eo nō infertur, maritum repudiando in aliquo non existere damno.
- 21 Rursus, renunciatio, licet ex dict. l. permittatur, in eo tamen non supponitur filios alterius matrimonij adesse, igitur cū hic sit casus omisssus, declarari debet iuxta aliam legem de illo loquentem, quæ est libras editali C. de secund. nups. per quam nedum datum, & reliquum ultra modum ab ea traditum annullatur, sed omne id, quod secunda coniux ex facto viri plus quam unus ex filiis primi matrimonij haberet, quod colligitur ex illis verbis, vel alio quocunque modo, quæ nihil aliud denotant, quam omnem modum, per quem secundi coniugis conditio melior fieret.
- 22 Nec obstat, quod a Suarez, & alijs Hispanis dictum est, loquuntur enim attentate lege Regia, quæ est l. 9. tit. 9. lib. 5. nouæ recopiat. incipiente Quando la muger, per quam permittitur similis lucrum renunciatio in beneficium alterius coniugis. Et

Et licet Azeued. ibi in princ. dicat prædicam legem esse iuri conformem, fundatur tamen ipse in eo, quod repudians non efficiatur pauperior, nec suum diminuat patrimonium, ad tradita in l. qui autem ff. que in fraud. creditor.

- 23 Minus vera videtur opinio Guettier. aliorumque afferentium repudiationem nedum querendorum lucrorum validam esse, verum etiam acquisitorum; siquidem suos habent contradicentes, qui contrarium acertrimè tinentur, & sunt Gregor. Lopez. in l. 5. tit. 11. par. 4. in glof. otra manera. Burg. de Paz. quest. ciuil. 9. num. 10. & latius Mattiens. lib. 5. l. 9. glof. 1. num. 6. cum sequen. ex eo, quia tunc non dicitur repudatio, sed mera donatio, quæ inter virum, & vxorem prohibita est, & sic diminutio proptij patrimonij. Immo in fortioribus dicunt DD. scilicet, quod renuntiatio iuris delati nondum acquisiti etiam donationem sapiat, ac diminutionem proprij patrimonij, quoniam renunciendo quis videatur prius adire, vt tradit Vincen. de Franch. in decis. 32. num. 1. licet hæc opinio omnino non sit tuta, vt diximus in quest. 11. nu. 48.

- 24 Nec quoque refragantur tradita per Rol. & Phanuc. in tract. de lucr. dot. nam contrarium firmauit Cuman. in conf. 26. in fin. per tex. in l. 1. cum glo. C. si dos conf. matrim. & l. queris ff. de pact. dot. lucrum enim dotis, quod vir ex statuto lucratur ex caussa onerosa debetur, scilicet ob matrimoniū, ita singulariter probat glof. in l. si donatus §. 1. vers. dum taxat ff. de condit. caus. dat. & propterea tale renuncians lucrum, uidetur eius patrimonium diminuere.

- 25 Amplius eorum opinio est fundata in conf. Dec. 260. cuius opinio vera non videtur, nisi vbi statutum subsequetur matrimoniu; at si præcederet secus; eo enī casu actio ad lucrum ex contractu, & non ex statuto debetur, & sic tanquam ius incorporatum non potest renunciari, vt inferius dicemus, & cum hac distinctione declarant cum addens. ibi in fin.

Similiter nec aduersatur Borgnini. Cauale. ille inquam suam fundavit sententiam in opinione Roland. & Phanuc.

qui moti fuerint ex dicto confilio Dec. vt supra.

- 26 Demum nec mouet, quod ius adeundi non sit ius, sed facultas, siquidem respondeatur ius adeundi verè esse ius, cum possit dominus cogere seruum, vt adeat hæreditatem, quod si tale non esset nō posset l. cum proponas, ubi not. C. de pact. & si non est in bonis antequam adeatur, est ad illum finem, vt non sit mihi profiguum, ne locupletior fiam d.l. pretia rerum, sed bene erit ius tale, quod venit sub dispositio- ne l. hac editali, nam parens non potest fraudandi caussa filios primi matrimonij illud repudiare, ad hoc, vt secundæ acquiratur coniugi, vt satis doctè probat Camill. de Medic. in conf. 98. num. 22. sub-

28 dens tale ius esse creditori obligatum: videmus enim filium repudiantem hæreditatem non nocere patri habenti ius vsusfructus l. cum non solum C. de bonis que liber.

- 29 Verum quicquid sit de hac controvēria, pro resolutione breuiter sic distingue dum putarem, scilicet an ius per patrem remissum ex ultima voluntate deferendū erat, aut ex contractu, in primo euim ca-

30-su veram profiterer primam opinionem, cum nemo invitus acquirere cogatur l. r. & 2. ff. pro derelict. vnde aliquod ius acquisitum non præsupponitur antequam adeatur, & per consequens aliquid de eius patrimonio repudians diminuere non dicitur, quoniam nulla præcederet materia, quæ obligaret non acquirentem ad acquirendum, prout militat dispositio d.l. qui ausem. Quicquid sit in conscientia, cum tute debitor in præjudicium creditorum hæreditatem legatum, vel aliam similem dispositionē repudiare nequeat,

- 31 nam mortaliter peccaret, secundum Nauar. de restis. lib. 3. cap. 7. num. 113. Molin. de iustit. & iur. tract. 2. tom. 2. disput. 435. Gratian. tom. 2. discept. forens. 271. num. 25. Sancb. de matrim. lib. 6. disp. 4. nu. 9.

- 32 Nec obstat, quod secunda coniux ex viri repudiatione locupletior fieret, siquidem, ad hoc, vt donatio prohibita intelligatur duo copulativè requiruntur, pri- mum scilicet, quod donas fiat pauperior, secun-

secundum quod donatarius locupletior fieret, quorum alterum si deficiat, donatio valet l. si sponsus s. concessa, & s. ultimo & l. quod ausem s. i. ff. de donatio. inter vir. & vxor. quod pro absoluto admittit Mātēc. de tacit. & ambig. lib. 21. iis. 5. num. 57. cum seq.

33 Minus refragatur tex. in l. magis puto s. s. fundum ff. de rebus cor. quod repudiatio legati alienatio sit, siquidem hoc & si verum sit, ex eo, quod dominium rei legatae recta via transeat in legatariū, ut d. l. a Tisio, tamē hoc erit reuocabiliter, ob quod non esset diminutio proprij patrimonij, cum ante acceptationem non sit in bonis nostris, & sic talis repudiatio non est vera & propria, ac stricta alienatio, prout adaptatur ad dominij radicati translationē l. i. C. de fund. dot. sed largo modo, prout adaptatur ad alienationem dominij reuocabiliter acquisiti, & ideo non pertinet ad edictū de his quæ in fraudem creditorum, sicut procedit d. l. qui autem ff. cod. vel responde secundum Gomeſ. lib. 2. var. cap. 14. num. 14. hoc esse speciale in minore, cui non solum prohibetur alienatio, & bonorum dilapidatio, sed etiam omissione lucri, quare cum per eam repudiationem omittat lucrari appellatur, quodammodo alienatio, quia perinde prohibetur, ac si alienatio esset, nisi velis dicere cum Abbat. in cap. tua num. 9. de bis, que sunt à prælat. secundum Sancb. de matrimon. lib. 6. disput. 4. num. 12. vers. ad l. magis puto, scilicet tex. illum procedere in pupillo administratione carente, licet secundum D. Francisc. de Petr. lib. 2. festiu. lect. cap. 2. num. 6. ratio sex. in d. s. fundum ea est, quia cauſa pupillaris meliorem sui conditionem admittit, deteriorem vero non vtique l. Julianus s. si quis à pupillo ff. de act. empi: Quicquid Accurs. in d. s. fundū aliter senserit.

34 net ad edictū de his quæ in fraudem creditorum, sicut procedit d. l. qui autem ff. cod. vel responde secundum Gomeſ. lib. 2. var. cap. 14. num. 14. hoc esse speciale in minore, cui non solum prohibetur alienatio, & bonorum dilapidatio, sed etiam omissione lucri, quare cum per eam repudiationem omittat lucrari appellatur, quodammodo alienatio, quia perinde prohibetur, ac si alienatio esset, nisi velis dicere cum Abbat. in cap. tua num. 9. de bis, que sunt à prælat. secundum Sancb. de matrimon. lib. 6. disput. 4. num. 12. vers. ad l. magis puto, scilicet tex. illum procedere in pupillo administratione carente, licet secundum D. Francisc. de Petr. lib. 2. festiu. lect. cap. 2. num. 6. ratio sex. in d. s. fundum ea est, quia cauſa pupillaris meliorem sui conditionem admittit, deteriorem vero non vtique l. Julianus s. si quis à pupillo ff. de act. empi: Quicquid Accurs. in d. s. fundū aliter senserit.

35 At in secundo casu, & sic vbi ius remissum ex contractu deferendum erat, secus dicerem, scilicet tale ius in præiudicium filiorum primi matrimonii remitti non posse, est enim ius illud incorporatum in bonis renunciantis, qui repudiando diminuere diceretur de eius

parrimonio, ex quo irreuocabiliter ex contractu sit illi acquisitum, adeo ut aliqua non egeat agnitione, etiam ad finem transmittendi s. ex conditionali Inst. de verbor. obligat. & propterea talis renunciants non evitaret pçnam d. l. hac edictali, traditam, quippe dum præcedit contratus, ex quo quis teneatur acquirere, do- lo facit si non acquirit, & sic dolo desine- ret possidere, ad tex. fatis apertum in l. sed eis lege. s. proinde ff. de petit. heredit. vbi ta- lem remissionem non sustineri respondet Iurisconsultus, per quem tex. ita in pun- ctu voluit Faber in s. manet num. 2. Insti- de societ. & Vincen. de Franch. in decis. 101. num. 32. & in hoc casu limitatur tex. dict. l. qui autem, ut etiam ante eos tradit Barto. in l. i. s. non querimus ff. si quis omiss. caus- test. Dec. in l. non fraudulentur ff. de regul. iur. 36 Alciat. in l. alienationi. ff. de verbor. signifc. & sequuntur Camill. de Medic. in conf. 98. num. 19. Tiraquel. de ret. act. lignag. s. i. glos. 10. num. 45. & Mangil. de imput. quest. 117. numer. 17. & hoc est, quod dixerunt Addent. ad Dec. in conf. 260. in fin. scilicet an lucrum dotis ex statuto subsequenti contractu marito debebatur, nam tunc ex quo actio ex contractu marito ad lu- crum competebat, illud in præiudicium creditorum renunciare nequibat, tan- quam ius plenè sibi acquisitum, & in hoc casu male Decium consulaisse tradi- derunt.

ARGUMENTVM.

Donatio reciproca inter virum, & vxorem, si alter præmoriat, an & quando subiiciatur dispositioni l. hac edictali.

Et an donatio facta à viro rustico, & diuite vxori nobili, & pauperi dicatur simplex, vel ob cauſam.

SVM-

S V M M A R I V M.

- 1 *Donatio reciproca inter virum, & uxorem, si alter præmoriatur, non est prohibita.*
- 2 *Donatio reciproca inter virum & uxorem, non etsi insinuatione.*
- 3 *Donatio reciproca potius permutatio dicitur.*
- 4 *Donatio remuneratoria inter virum, & uxorem dicitur, ubi alter ab altero donationem acceperit, quamvis simplex, & ex intervallo alteri fieret donatio.*
Sed contrarium nu. 5.
- 5 *Donatio à viro sene uxori iuueui, etiam constante matrimonio, & absque iuramento sustinetur.*
- 6 *Donatio à viro rustico, & diuine uxori nobili, & pauperi, remuneratoria dicitur.*
Sed contrarium nu. 8.
- 7 *Lopez de donatio. inter virum, & uxor. in rubric. §. 32. nu. 9. declaratur.*
- 8 *Gratian. som. 5. discept. forens. cap. 984. num. 11. impugnatur.*
- 9 *Donatio facta à viro rustico uxori nobili, vel à sene iuueni nou censetur in compensationem atatis, vel nobilitatis, nisi expressè dicatur.*
- 10 *Fraus filiorum primi matrimonij non consideratur ex donatione reciproca inter virum, & uxorem facta, si alter præmoriatur.*
- 11 *Minor lesus diri non potest, ubi ex euentu potest vel succedere damnum.*
Intellige nu. 14.
- 12 *Incertitudo multa sustinet, alias inadmissibilita.*
- 13 *Donatio reciproca inter virum, & uxorem non subiaceat dispositioni l. bac editali, nisi quatenus altera alteri non correspontet.*
- 14 *Donatio facta à viro rustico uxori nobili ultra eius qualitatem non sustinetur tamquam simplex.*
- 15 *Tex. in l. cum hic statutus §. ambo ff. de donat. inter vir. & uxor. declaratur.*
- 16 *Pactum ad inuicem factum inter virum, & uxorem, ut altero superflue, succedat, non valeat.*
- 17 *Donatio reciproca inter virum, & uxorem.*

rem, si alter premoritur, in tantum valet in quantum vita viri, & uxoris non est admodum impar.

- 18 *Tex. in l. de fideicommisso C. de transact. procedit, ubi incertitudo utriusque parti aequalis est.*
- 19 *Fideicommissi reciprocí remissio sub condicione, si deceaserit sine filijs, inter fratres non valet, ubi non subest aequalitas, quia tunc deficit spes suscipienda prolixi, alter vero aptius sit adeos procreandos.*

QV AESTIO XXXVI.

- 20 *Vestio praedita & si primo liminis ingressu, aliquantulum videatur suas habere difficultates, attamen perpenfa veritate, nullum dubium pati videtur, illa inquam expresse deciditur in tex. Lquod autem §. si vir ff. de donat. inter virum & uxor. ubi Iure consult. hanc non improbat donationem, ex eo, quia neuter ex coniugibus videtur grauatus, omnes enim sunt in pari spe, cum ita alter possit acquirere, sicut erogare l. pater puella C. de inofficib. statut. vbi Iaf. num. 2. post Cynum, Bald. & Salic. hanc sequitur opinionem, pluresque ad materiam affert, illumque etiam secuti sunt Roman. conf. 146. num. 3. vers. in hoc tamen articulo Marth. singu. 50. Cacher. decis. 100. num. 2. Gail. lib. 2. obseru. 8. num. 3. in fin. & obseruat. 40. num. 7. Iao. Lop. in Rubric. de donat. inter vir. & uxor. §. 50. num. 16. & 17. Villal. commu. opin. in verbo donat. 124. Barz. decis. Bonon. 66. num. 9. Borrel. lib. 3. summ. decis. tit. 9. numer. 50. cum sequen. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 20. litu. 1. num. 21. Gratian. som. 4. discept. forens. cap. 756. num. 13. siquidem hec propriano dicitur donatio glos. in l. lices vers. mortis C. de pac. Salic. in l. fi. C. que respign. oblig. poss. Roman. conf. 26. num. 1. in fi. quā glos. communiter approbatam profiteretur Clar. in §. donatio quest. 2. num. 2. cum propter vicissitudinem dicatur habere onus annexum, nā tantum quis dat, quantum habere sperat. Et ratio principalis est, quia cessat causa, ob quam donatio inter virum & uxorem prohibita sit, scilicet ne mutuo amore se inuicem spolientur.*
- 21 *Nec*

- 2 Nec talis donatio insinuatione egeret ita Angel. in conf. 167. incip. vihi predictis. Oldrad. conf. 139. Peck. de testam. lib. 1. cap. 7. nu. 2. de commun. Cure. iun. conf. 85. nu. 5. Clar. in d. quest. 2. num. 2. in fin. ibique latè nouissimi addent. num. 6. & quest. 16. vers. sed numquid Farinac. decif. 458. nu. 5.
- 3 p. 2. dicitur enim potius permutatio, quæ donatio l. hoc iure S. labeo, & l. atticilius ff. de donat. l. sed, & si lege S. consuluit ff. de petit. heredit.
- 4 Et hoc locum obtinet, quamvis ex interuallo altera coniugis donatio subsequuta fuerit, licet illa non diceretur reciproca, sed remuneratoria, quamvis simplex fuisset; nec aliqua egeret confirmatione, ut in specie post PecK. Bald. Lop. & alios tuetur Surd. in decif. 166. num. 20. & diximus quest. 25. num. 42. cum seq. Quicquid nonnulli contrarium dixerint, scilicet quod vtraque sit simplex Soccin. irregular. 104. fall. 1. Roman. sing. 320. Marib. singul. 333. Gaill. lib. 2. obser. 40. nu. 7. Harpre. in addit. ad Clar. in d. S. donatio q. 2. n. 6. vt de donatione à viro sene vxori iuueni facta, quæ èt si constante matrimonio facta sit, nò requirit iuramentū, aut alias confirmationem, ut post innumeros de communi testantes firmat Gratian. tom. 5. discept. forens. cap. 984. num. 3. 7. & 18. vbi etiam ira de consuetudine seruari inquit, quamvis num. 11. dicat sic quoque iudicari de donatione a sene diuite, vel rustico diuite vxori iuueni, & pauperi, vel nobili, contra Surd. in eons. 164. num. 36. &
- 7 Mantic. de tacit. & ambig. lib. 21. tit. 4. nu. 19. ex eo, quod fundant eorum opinione in doctrina Lopez. in rubric. de donat. inter vir. & uxor. S. 32. num. 9. qui contrarium tuerit, ut etiam voluit Sanchez. de matrim. lib. 6. disp. 7. nu. 4. vers. sed dubitabilis predictam doctrinam Lopez. scilicet compensationem in hoc casu non dari, quoniam post mortem viri vxor deterioris retractat conditionis, ex eo quod ignobilis puer.
- 8 pserit. Quorum dicta vera non puto, pro ut alias dixi in quest. 26. num. 2. siquidem Lopez in d. num. 9. hoc non dixit, sed tantum, quod illa donatio a rustico, & diuite, uxori nobili, & pauperi facta nulla sit, ra-

tio ne inæqualitatis, cum nobilitas vxoris satis cum mariti diuitijs compenseretur, & sic nulla alia inæqualitatis caussa remaneret, per quam donatio sustineri possit, cum ipso tunc, quo matrimonium contractum fuit, compensatio facta intelligatur, prout verè, & realiter considerarunt Surd. & Mantic. qui fuere eruditissimi viri, ac perspicacissimi ingenij. Inquit quidem Lopez quod inæqualitas non validat donationem, ex eo quod ignobilitas viri suppletur per suas diuitias cum nobilitate uxoris; sed istud forte procederet viuente viro, sed eo mortuo cessaret ista ratio cum deterioris conditionis esset vidua pauper secundo nubendo, & ideo videtur talis donatio valere. Hæc inquam sunt propria verba Lopez. ex quibus clare apparet Surd. & Mantic. optimè pro eorum opinione eum allegasse, siquidem dum Lopez, ait, sed istud forte procederet viuente viro, sed eo mortuo cessaret ista ratio, ergo viuente viro remuneratoria, & ex caussa non diceretur donatio, sed simplex, quoniam si eo mortuo valeret, hoc erit non vi remunerationis, sed ex effectu ipsius mortis, quæ donationem simpliciter inter virum, & vxorem confirmaret; alias si remuneratoria diceretur, prout supponunt Gratian. & Sanch. nulla daretur temporum distinctio, esset enim a principio valida, cum remuneratoria donatione, aliqua non egeat confirmatione, est enim quædam permutatio, ut supra diximus. Ne forte dicamus hanc donationem habere in se conditionem si vxor marito superauixerit, & ideo tunc valere, quod non placet, nisi ex tali caussa constaret maritum vxori donare voluisse, quo casu procederet opinio Gratian. & Sanch. alias ea caussa non expressa non censeretur ob id donasse, sed amore coniugali, & infraudem filiorum primi matrimonij ex l. que tutores C. de administr. tutori. ut in puncto firmat Barbos. in l. qua dicitur num. 56. & seq. ff. solut. matrim. dicens donationem a viro sene vxori iuueni, vel a rustico nobili, non censi in recompensationem ætatis, vel nobilitatis nisi ex primatur, sed melius hanc nostram opinionem probat Clar. in d. S. donatio quest. 9. nu. 5.

num. 3. vers. & hoc conclusio, vbi inquit, donationem constante matrimonio a viro ignobili vxori nobili factam, non dici remuneratoriam, sed simplicem, adeo ut de ea iudicari debeat sicut de ceteris donationibus, nisi fieret in ipso actu donis constituēdæ, & sic ante matrimonium, unde videtur innuere, quod compensatio inæqualitatis ipso tūc quo matrimonium factum est intelligatur facta; adeo, ut constante matrimonio nulla supersit causa inæqualitatis, ob quam donatio sustineri possit, ultra quod Lop. id dubitatius dicit, vtitur enim verbo, forte, ex quo nihil resoluitur. Verum ne mireris si hæc aliquantulum diuersa ab hac quæstione scripsi, & non in quæst. 26. vbi materiam tractavi, siquidem illa iam typis tradita Gratian. hoc dicentem.

Sed redeundo unde digressi sumus, ex hac inquam reciproca donatione inter virum, & uxorem facta, nulla filiorum primi matrimonio fraus, ac lœsio considera-
12 ripotest, illa enim ex euentu veniret declaranda, qui talis esse poterit, quod per eam non erint fraudati, possit quidem parrens secundæ superuiuere coniugi, unde nedum suum non minueretur patrimonium, sed augeretur, ut in proposito considerauit Castr. in conf. 92. col. 1. circa med. vol. 2. & probatur in l. de fideicommisso C. de transact. l. sive C. de usur. vbi habetur, 13 quod quando ex euentu possit succedere, & non succedere damnum, minor non dicitur Iesus, quod etiam firmant Boer. 14 decif. 63. num. 11. vbi tamen euentus talis esset, qui non tantum damnum, sed lucrum afferre posset, ut etiam in specie tradiderunt Dec. ceterique DD. in d. L de fideicommisso, & sequitur Sforz. Odd. de restitus. in integr. quæst. 4. num. 40. vers. ego, 15 puto aduertendum, & num. 41. ac Sund. in decif. 278. num. 34. Incertitudo enim multa sufficit, alias inadmissibilia. Vsq. lib. 3. controu. Ill. cap. 68. num. 10. & seq. Sund. conf. 306. num. 15. ac de alimento. sit. 9. quæst. 11. num. 7.

16. Et si eatus prædictæ reciprocae donationes substineantur, quatenus altera-

alterteri corresponderet, alias in excessu diceretur simplex donatio, que subiaceret dispositioni d. l. hac edictali, ut in punto Roman. conf. 517. col. pen. vers. in contrarium Aretin. conf. 2. col. 3. in princ. Tiraqu. in l. se unquam in verbo donatione largitus nu. 122. C. de revoc. donat. Ias. in l. pater puelle num. 2. Giach. in addit. ad Clar. in §. donatio quæst. 2. lit. B. in fin. sic quoque Lopez in Rubric. d. §. 32. num. 9. vbi ait excessuam donationem factam a viro sene, uxori iuueni, vel à viro ignobili uxori nobili ultra qualitatem utriusq; nullam esse quod etiam firmant Sund. in decif. 166. nu. 21. & Franc. Cannan. lib. 5. cap. 10. nu. 6.

18 Nec mouent quæ in contrarium afferri possint, & primo, tex. in l. cum bic statut. §. ambo ff. de donat. inter vir. & uxor. vbi reciprocæ donationes morte confirmantur, ergo possunt revocari, siquidem id verum esset quotiescumque tales donationes non essent inter viuos factæ sub ista mutua donatione, si alter præmoriatur, prout loquitur tex. d. l. pater puelle, maximè accedente iuramento, prout firmat ibi. Ias. nu. 2. & latius Boer. in decif. 355. nu. 4. in fin. vbi sic conclusum fuisse afferit.

Secundo non refragantur tradita per Petr. Pecb. de testamen. lib. 1. cap. 7. quoniā, ibi non loquitur in reciproca donatione, sed in pacto ad iuicem facto, ut altero-
19 superstes succedat, quod pactum cum sit vniuersale non sustinetur esset, enim captatoria dispositio, per quam libera restandi facultas tolleretur, nam futuram contineret successionem. l. pactum quod dotali licet, & l. fin. C. de pact.

Et denique non est curandum de Concer. in lib. 3. var. res cap. 18. de inuentum. 181. afferentes hanc reciprocam donationem in fratrem l. hac edictali existimari, loquitur enim sine ratione, & ad alium finem.

Quamvis hæc conclusio secundum aliquos intelligenda erit, quando atas viri, & uxoris non esset admodum impar, ex qua facile diei possit donationem esse infraudem factam, ut quia alter esset senex, & alter iuuenis, ut in punto considerauit Petr.

Petr. de Bellapert. secundum Tiraquell. in l. si vñquam vers. donatione largitus num. 34. C. de reuoc. donat. quos etiam sequitur Surd. de aliment. tit. 9. quest. 11. num. 24. & firmatur hoc ex traditis per Pinell. in l. 2. p. 2. cap. 1. nu. 9. C. de rescind. vendit. vbi inquit l. de fideicommisso C. de transact. approbantem contractum remissionis reciproci fideicommissi, loqui de incertitudine æquali utriusque parti, non autem vbi subesset inæqualitas; & inæqualitatem considerauit Dec. in d.l. de fideicommisso num. 3. & conf. 86. n. 4. circa med. vbi impar esset spes, veluti, in minore de reciproco fideicommisso transingente cum eo qui maximè, siue decrepitæ esset ætatis, quo casu ledi diceretur, quem etiam latè comprobat, & sequitur Sfort. Odd. de restit. in integr. q. 4. n. 31. & 32. ob quod Aretin. in d.l. de fideicommisso si inter fratres remittentes reciprocū fideicōmissū non subsit æqualitas, quia vni desit spes suscipiéde prolis, alter 22 verò aptus sit ad eos procreandos, non valebit remissio, nā diceretur circunuenctus, subdens hoc esse notandum, & idem tradiderunt ibi Rim. & Alciat. ac idē Dec. post Bald. Rodulph. & alios in conf. 11. num. 5. & post Surd. d. quest. 11. num. 22. ac laius Padill. in d.l. de fideicom. nu. 4.

ARGUMENTVM.

Legatum certæ quantitatis à coniuge in arbitrium secundi viri relictum, vt illud pro eius anima distribuat, an, & quando subiaceat dispositioni l. hac edictali.

S V M M A R I V M.

1 Legatum certè quantitatis, vt pro testatoris anima distribuatur pium dicitur, nec presumitur in fraudem nu. 12.

Sed contrarium nu. 13.

Declarata nu. 27. 28. 29. & 30.

2 Omnis fraudis suspicio in pia caussa cessat.

3 Legatum annuum a viro uxori factum, di-

stribuendum pro exoneratione eius conscientiæ valet.

4 Pia caussa in generali prohibitione non continetur, & tu. 10.

Sed contrarium un. 25.

5 Donatio inter virum, & uxorem ad piam caussam non irritatur.

6 Donatio inter patrem, & filium pietatis causa valet.

7 Donatio facta a milite, vcl a clero concubinę, vt ad patriam rediret, & honestè vivere, sustinetur.

8 Mulier obligans se pro exoneratione conscientia sui viri non iuuatur velleiano.

Amplia quamuis talis obligatio esset facta, absque solemnitatibus à statuto in contraria bus mulierum requisitis nu. 9.

11 Nemo in mortis articulo presumitur mētri.

Limita vbi ageretur de preiudicio tertij nu. 23.

Item limita vbi aliqua.

Fraudis suspicio extaret nu. 24.

14 Confessio dotis receptę a viro facta pro exoneratione eius animę non sustinetur, nec tollit donationis fraudem.

15 Legatum pro male ablatis pium est.

Intellige vbi probatur male ablatum nu. 16.

Sed contrarium nu. 17.

Prima opinio verior nu. 18.

19 Inter priuatam, & piam caussa in materia fraudis nulla constituitur differentia.

20 Prohibitus fauore alicuius sefari, prohibetur quoque fauore pīc causę disponere.

21 Dispositio ad pias caussas non tollit dispositionem legis municipalis.

22 Decis. Vinc. de Franch. 237. non est omnino tutta.

26 Tex. in l. si sponsa S. concessa ff. de donat. inter vir. & uxor. declaratur.

28 Legatum a viro certę quantitatis uxori factum, vt pro eius anima distribuat non censetur in fraudem, si ei adiunctus fuerit datus, etiam si esset mater uxoris.

Sed contrarium nu. 30.

31 Legatum a viro uxori factum, vt in certam personam distribuat non dicatur in fraudem.

Intellige nu. 33.

32 Quod una via prohibetur, alia permisum esse non debet.

34 Legatum ad hoc, vt pium iudicetur inspici

S 2 debet

debet persona cui legatum fuit, & non caussa.

Q V A E S T I O XXXVII.

Non semel in contiouersiam ducum fuit, num legatum à coniuge secundo viro relictum, vt illud pro eius anima distribuat, validum sit, & iudicari non debat infraudem l. *hac edictali* quotiescumque portio, quæ ad vnum ex filiis primi matrimonij spectauit nō importaret quātitatem legati. Et contiouersia videbatur oriri, ex quo legatum hoc dicebatur pium ita glo. in l. 6. *quid Titio ff. de leg. 2. Specul. de instr. edit. S. nunc vero num. 62. Bart. in l. 1. num. 32. C. de Sacros. Eccles. Bald. in autem. similiter num. 2. & seq. C. ad l. *falcid. Alex. de Neu*o conf. 14. num. 4. 5. & conf. 28. nu. 11. Add. ad Capell. *T. bolos. in decif. 215. num. 4. Petr. de V. bald. de Canon. Episc. cap. 10. nu. 5. & de communi Bellon. conf. 16. num. 3. Rot. Roman. decif. 74. num. 23. p. 2. ac Tiraquell. de priuile. pia causa in prefat. num. 8. at quia, & in pia causa omnis fraudis suspicio cessat, idcirco tale relictū contra d. l. *hac edictali* dispositionem iudicari non debet. Hinc *Ias. in conf. 110. vol. 1.* inquit, legatum annum a marito vxori factum distribuendum pro exoneratione eius conscientiae validum fuisse absque fraudis suspicione, cum pia causa in generali prohibitione non contineatur glof. in cap. 2. de reb. eccles. non alien. *Tiraquell. de priuile. pia cause in prefat. circa fin. Gaball. resol. crim. cas. 232. nu. 34.***

5 Hinc etiam videmus, quod donatio inter virum, & vxorem, & si a iure improbeatur, tamen facta ad piam caussam non irritatur l. si sponsus S. concessa ibique Bald. ff. de donat. inter vir. & uxor. & sequitur

6 *Alexan. conf. 152. num. 8. lib. 6.* sic etiam in donatione inter patrem, & filiam, quæ donis caussa, sicque pietatis contemplatione facta, subsistit, & si alias non valeret l. *Pomponius Phyladelfus ff. famili. bercisc. idē in relicto facto per militem, vel clericum concubinæ, vt deberet ad patriam redire,*

7 & honestè vivere, quod tale legatum valeat consuluit *Mar. Aug. in conf. 123. num.*

24. prout de vxoris obligatione in beneficium viri facta, quæ & si de iure improbetur tot. tis. ad *Velleian.* tamen pro exoneratione conscientiae eius viri sustinetur, vt decisum in S. C. refert *Vinc. de Frä. cb. in decif. 237. ex cuius traditis Gratian. 9. tom. 5. discept. for. cap. 831.* firmauit recognitionem bonæ fidei pro exoneratione conscientiae potuisse per mulierem fieri absque solemnitatibus a statuto requisitis, & istud est generale in qualibet dispositione etiam municipalis, quod scilicet ab ea cenieatur semper excepta pia causa, ita *Calcan. conf. 13. col. 2. & 3. Bermon. de public. concub. S. usquequò num. 4. Ioan. de Garonsib. in repet. leg. 1. num. 33. C. de secund. nupt. & Port. imol. conf. 21. num. 33. & seq.*
- 10 eo magis, quia nemo in mortis articulo presumatur mentiri, & sic immemorem esse salutis æternæ l. *vlk. ad fin. C. ad l. Iul. repet. c. sancimus 1. q. 7. cap. literas de prof. & cap. significasti de homicid.*
- 11 Et quod hoc legatum valeat ultra prædicta, sic inter alios firmant *Castr. in l. cogi. S. qui insolidum ff. ad Trebell. & Roderic. Suarez in tract. de capit. volunt. num. 12.* licet subdant, quod in hoc casu vxor tenetur reddere rationem, & fidem facere de distributione.
- 12 Sed contrarium videtur dicendum, scilicet, vt tale non valeat legatum, & si ad piam tendat causam, tūc quia eadem prohibitionis ratio, ita in eo, quam in altero concepto legato militat, tum etiam, quia talis adiectio legati non nisi infraudem prohibitionis dictæ d. l. *hac edictali* facta videtur, arg. *tex. in l. qui testamenta ff. ff. de probat. & ibi not. Florian. nu. 3.*
- 13 Hinc consoluit *Bald. in conf. 398. quæstio talis est col. fin. lib. 1. quod confessio facta a viro dotis receptæ non sustineatur, tanquam infraudem, quamvis illam pro exoneratione eius animæ fecisset, cum illa assertio nihil releuet, & confirmavit cons.*
14. *Antonius lib. 2. vt de legato pro malis ablati, quod & si piū sit, vt post Bar. Bal. Tiraq. & alios probant Mascard. de probat. conclus. 1177. num. 3. & Rot. Roman. decif. 74. nu. 25. p. 2. in nouiss. cum nonnullis alijs per Menoch. lib. 4. p. 1. 125. nu. 28. & Grat.*

& Grat. tom. 2. discept. for. cap. 329. nu. 13.
 16 & 14. tamen si aliunde aliter non probe-
 tur male ablatum, iudicatur de eo, quod
 de puro legato, ut in puncto voluit Bart.
 in l. 1. num. 37. C. de Sacrosanct. Eccles. & in
 l. qui vxori ff. de aur. & arg. legat. Florian.
 in d. l. testamentum num. 3. Alexand. conf.
 122. num. 6. lib. 7. conf. 46. num. 17. vol. 1. &
 conf. 17. lib. 4. Purpurat. conf. 461. volum. 2.
 Rol. de lucr. dot. quæst. 80. num. 7. Peregr. de
 fideicomm. art. 4. sub num. 14. Cost. de fact.
 scient. & ignor. cent. 2. distinc. 2. num. 29.
 Rot. Auenion. decis. 105. Quicquid aliter
 17 sentiat Giurb. ad Consuet. Messan. cap. 2.
 glos. 12. p. 1. dum ait statutum tuum huic
 difficultati occurtere, & ideo mādari, vt
 credendum sit testatori absq. alia proba-
 tione, cum in his, quæ dependeāt ab al-
 terius conscientia stetur eius dicto, & su-
 pradicātam opinionem latius tuetur Crot.
 18 in conf. 194. per tot. vbi tandem concludit
 quod si prohibitus testari, & legare,
 posset pro exoneratione conscientiæ re-
 linquere, dispositio legis sic prohibentis
 eluderetur, cum testator videns sibi in-
 terdictam esse facultatem legandi, pro
 exoneratione conscientiæ relinqueret, &
 ideo Rip. in respon. 190. ait nullam in hoc
 19 casu esse constituendam differentiam
 inter piam, & priuatam caussam, cum ali-
 ter pia caussa esset nutriua peccati, con-
 tra omnem iuris dispositionem, vt etiam
 in puncto aduertunt Io. Andr. ad Specul. tit.
 de instr. edit. S. nunc vero aliqua post med. in
 addit. incipient, ad Istum finem Alber. de
 Ros. in 2. part. stat. 112. Iaf. in l. captoriaris
 num. 6. C. de testam. milit. l. non dubium nu.
 47. C. de leg. vbi hanc decisionem valde
 commendat, & pro sing. eam notat Ge-
 rad. sing. 93. Alex. in l. cogi S. hi qui insolidū
 ad Trebell. eamque amplexi fuere Cott. in
 eius memorab. in verbo statuto ciuitatis Alex.
 in l. cogi S. hi qui insolidum ad trebell. idem-
 que in conf. 57. nu. 7. volum 2. Barbat. conf.
 11. lib. 3. Mandell. conf. 437. in princ. vol. 3.
 quod ante eos firmavit Felin. in cap. Ec-
 clef. Sanct. Mariae num. 91. de constit. vbi
 quoties lex prohibet aliquem testari fa-
 20 uore alicuius, nunquam fauore piæ cau-
 se prohibito remissa censetur, & cum eo
 pertransit Suarez in l. quoniam in prioribus

ad declarationem legis Regn. Nigum. ho-
 me in princ. num 8. & Tiraquell. de leg. con-
 nub. glof. 8. num. 174. & sequitur Soccin. in
 conf. 48. col. 1. vers. nec obstat lib. 1. vbi di-
 21 sponendo ad pias caussas, vult non tolli
 dispositionem legis municipalis.
 22 Nec mouet decis. Vinc. de Franch. 237.
 afferentis mulieris obligationē pro exo-
 neratione conscientiæ sui viri validam
 fuisse, & ita per S. Cōsilium approbatam,
 quæ aliter nulla fuisse. Si quidem DD.
 quas pro hac opinione Vinc. de Franch.
 ibi colligit, hoc non dicunt, & de casu il-
 lius decisionis nō semel dubitatum fuit.
 23 Minus quoque obstat, quod moriens
 non præsumatur fraudē legi facere, quia
 regulariter non censetur mentiri, ne sit
 immemor salutis æternæ; quoniam hæc
 regula suas habet limitationes, & præci-
 piè vbi agitur de præiudicio tertij, vt de-
 clarat Alciat. de præsumpt. reg. 3. præf. 4. nu.
 2. vers. aduerte tamen, ex sententia Bart. in
 l. si quis in graui S. fin. ff. ad S. C. Sill. quem
 infiniti secuti sunt apud Menoch. in conf.
 98. num. 69. vol. 1. ob quod Bald. in sit. de
 pace Conf. in verbo vassalli ait, quod non
 omnis moriens præsumitur Sanctus Io:
 Baptista, cuius traditio a Menoch. in hoc
 casu intellecta fuit, scilicet vbi de præ-
 iudicio tertij ageretur, vt in d. conf. nu. 70.
 & de arbitr. iudic. lib. 3. cas. 89. nu. 30. & de
 præsumpt. lib. 5. præf. 5. num. 19. vbi sic quo-
 que intelligit dictum Oldr. in conf. 192. col.
 1. vers. nec enim, cum dixit quod non om-
 nis moriens præsumatur veritatē dicere.

Item non procedit dicta regula in ca-
 24 su de quo querimus, scilicet vbi extaret
 aliqua fraudis suspicio in contrarium, vt
 ait idem Menoch. d. præsumpt. num. 20. tra-
 dens exemplum confessionis debet in
 beneficium vxoris, cum eo casu infraudē
 legis prohibentis donationem inter vi-
 rum, & vxorem confessionem emanasse
 censeatur per d. l. qui testamētum, & l. cum
 quis decedens S. Titiā, & ibi Bart. singulari-
 ter ff. de leg. 3.

Et demum uerum non uidetur, quod
 sub generali prohibitione non cēleantur
 25 comprehensa, quæ ad piam caussam ten-
 derent, nam id falsum dicit Rom. in auth.

Amiliter in is. speciali inter contract. nu. 32. C. adl. falcid. & cum eo Tiraquell. de pri- uil. pte caus. priu. 130. vterq. respondēs add.
261. *si sponsus S. concessa, ut procedat non ra- tione piæ causæ, sed quia cessat ratio prohibitionis, ex eo quod ex illa dona- tione, is cui donatur non fit locupletior.*

*Verum pro resolutione huius quæstio- nis multi multa dixerunt, multi inquam
 27 firmarunt primam opinionem, cum hoc, quod mulier fidem ficeret de erogatis per ipsam, cum ex illa euerteretur fraus, quæ alias excogitaretur, & hi sunt Paul. de Castr. in l. cogi S. qui insolidum ff. ad Tre- bell. Roderiq. Suar. in tract. de captat. volunt. nu. 22. & Alb. Mandell. conf. 437. vol. 3.*

*At nonnulli ad distinctionem recurre- runt, quærentes, an sola vxor esset execu-
 28 trix, an verò sibi aliis fuisset datus adiun-
 ctus, cum in primo casu infraudem lega-
 tum esse censuerunt; in secundo verò nō,
 ex l. fin. in fin. C. de fideicomm. & cap. pru-
 dentiam iuncta glo. de offic. deleg. & hi sunt
 Io. And. ad specul. in tit. de instr. edit. S. nunc
 vero post med. incip. ad istum finem, Socin.
 in l. quem heredi num. 2. ff. de reb. dub. Be-
 nedict. in Cap. Raynutius in verbo uxorem
 decis. 5. nu. 215. & in verbos si absque liberis
 2. num. 171. Boer. in consuet. Bitu. tit. de te-
 stamen. S. 4. in fin. Brun. de status. exclaud. fa-
 min. art. 7. q. 5. nu. 3. Pech. de testam. coniug.
 lib. 1. cap. 8. num. 4. Alex. conf. 54. num. 12.
 vol. 7. Ias. in conf. 110. lib. 1. vbi etiam ma-
 trem vxoris adiungi posse putat.*

*Alex. verò in conf. 57. nu. 7. vol. 2. querit
 an bona distribuenda ad manus vxoris
 perueniat, vel ad manus heredis, cum in
 primo casu dicat, nullā fraudis suspicio-
 nem excogitari posse, in secundo verò ca-
 su, seorsim & cum hac declaratione intel-
 ligit dicta per Alberic. de Ros. in d. p. 2. statu.*

30 *Multi denique quærunt, an certè, vel
 incertè sint personæ, & loci, quibus di-
 stributio per vxorem facienda sit, cum in
 primo casu fraus nulla argui possit, in se-
 cundo verò sic, & hi sunt Alb. Mandell. in
 tons. 437. in princ. etsi cum auctoritate, &
 participatione Episcopi hoc fieri debere
 dicat, & Lancoll. Gall. ad Confess. Alexan. in*

*verbo legare quest. 2. num. 19. qui num. 21.
 relatis opinionibus illorum afferentium,
 quod vbi vxor sola fuerit executrix con-
 stituta, quod tunc infraudem dici debeat
 legatum, secus si alium secum admissum
 haberet, vel quod de erogatis fidem fa-
 ceret, inquit, quod ab hac opinione rece-
 dendum non arbitratur, tanquam cre-
 briori, & veriori à qua non puto recede-
 re, excepto in muliere adeo grande
 ætatis, ac probata fidei, & bonæ con-
 scientiæ, licet rara sit illa; Et ratio diffe-
 rentiæ huius ultimæ opinionis ea esse vi-
 detur, siquidem in primo casu, & sic vbi
 certa esset persona cui distributio legati
 per vxorem facienda esset, omnis fraudis
 suspicio ab ea aliena erit, quoniam vxor
 in hoc solum erit nuda ministra, at vbi in-
 certa esset, & tunc fraus facile considera-
 tur l. Sulpitius ff. de donat. in ser. virum, &
 vxorem, quia sub velamine piæ causæ
 vxor legatum consequeretur, quod leges
 32 vetant, quod enim una via prohibetur
 alia non debet esse permisum l. scire S. 1.
 vbi Bart. ff. de sus. & curat. dat ab ys, nam
 lex vetans non debet circumueniri ait
 Anna in alleg. 127. nu. 10.*

*Verum hoc quod de certa persona di-
 gitum fuit intelligendum erit, dummodo
 33 talis sit, ex qua reæ argui possit ad piæ
 causas testatorem voluisse legare cum ex
 qualitate personæ, cui relinquitur id col-
 ligi possit l. id quod pauperibus, & l. si quis
 ad declinandum C. de Episc. & Cleric. & vo-
 luit Bald. in l. illud num. 1. vers. concluso er-
 go C. de Sacr. santi. Eccles. dicens quod aut
 34 pia causa congruit personæ, & intelligi-
 tur ad piæ causas, aut non, & secus, quod
 etiam firmavit Angel. per illum sex. in S.
 si quis autem Clericus Autb. de Santiss. Epi-
 scop. & sequutus fuit Lopez de contract. lib.
 2. cap. 44. vers. dicitur secundo, qui propre-
 rea ait, quod ad iudicandum, an legatum
 pium sit, potius cui detur, quam causa in-
 spici debeat.*

ARGUMENTVM.

Portio auocata à secundo coniuge ex dispositione leg. hac edictali numquid æqualiter veniat diuidenda inter ipsum vitricum, & filios primi matrimonij.

S V M M A R I V M.

- 1 Portio auocata à vitrico vigore dispositionis d. l.hac edictali, equaliter diuidenda est inter ipsum vitricum, & filios primi matrimonij.
Sed contrarium nu. 3.6. & 8.
- 2 Quod ex non scripto habetur inter heredes pro hereditariis portionibus diuidendum erit.
- 4 Verbum, omnino, præcisè, & totaleter significat.
- 5 Verbum, ad eos solos, a lege prolatum, praeter illos omnes alios excludit.
- 6 Quod reuocatur à vitrico inter solos filij primi matrimonij diuidendum erit.
- 7 Pœna l.hac edictali ad quid introducta.
- 8 Vitricus in illo pluri, quod ab eo auferitur, cū filijs non concurrit, sed omnino excluditur.
- 9 Glos.l.hac edictali vers. diuidi explicatur.
- 10 Diuisio ubi equaliter inter filios, & vitricū facienda est, intelligi debet deducta prius per filios legitima.
- 11 Tex. in S. optime Autben. de nupt. declaratur.
- 12 Quod pro non scripto ex dispositione l.hac edictali habetur non pertinet ad heredem sed inter filios primi matrimonij diuidendum erit.
- 13 Quod auocatur dispositione l.hac edictali iure hereditario ad filios non deferatur.

QVAESTIO XXXVIII.

M Agna fuit inter Doctores contentionio, nūquid portio auocata à secundo coniuge, diuidenda sit æqualiter inter ipsum vitricum, & filios primi matrimonij, an vero inter solos liberos ex primo matrimonio, & ratio dubitandi videbatur oriri ex glos. in d.l. bac edictali in verbo diuidi, quæ in specie hoc videtur sentire, dum ait reuocationem dari filiis primi matrimonij, ad hoc, ut sint æquales cum secundo viro, quam glos. sequentes multi relati per Gabriel. de secund. nupt. conclus. 4. num. 56. Riminald. iunior inter cousil. ultim. volunt. diuersor. conf. 166. num. 6. lib. 1. Angel. conf. 28. sub num. 2. in puncto voluerunt, totum quod auocatur à vittico vigore l. bac edictali, inter vitricum, & filios primi matrimonij æqualiter diuidi, prout etiam ita pro nouerca concludit Io. de Anan. in conf. 67. in 2. dub. & ibi late Bologn. in addit. in fin.

Quæ opinio prima facie videtur subsistere posse, primo per verba tex. §. optime Autben. de nupt. ibi, nisi tantum, quantum unus filius, aut filia solus existens, ex generante habeat, sin vero mulci filij sint, ut unusquisq; equalē habeat portionē nō amplius, quā vitricus, vel nouerca percipiant.

Secundo ex verbis illis d.l. bac edictali, scilicet, quod illud plus relictum sit vitrico, vel nouercæ, habeatur pro nō scripto, igitur si habeatur pro non scripto, remanet in hereditate, & per consequens cum vitricus vel nouerca sint heredes, applicatur eis pro hereditaria portione, ad tex. in l. unica §. 1. C. de caduc. toll. l. fin. debitis qui pro non script. hab.

Sed quicquid alij dixerint, contrariū verius esse existimo, nec super hoc est amplius dubitandum, cum specialiter id decidatur in tex. d.l. bac edictali §. Sin vero plus, vers. ita tamen (ibi, Sin vero plus quam statutum est aliquod nouerca, vel vitrico relictum, vel donatum, aut datum sit, id quod plus relictū, vel donatū, aut datū sit ad personas liberorum deferri, & inter eos diuidi iubemus,) ex quibus verbis clare constat, quod

- quod totum illud, quod à vitrico auocatur, filijs primi matrimonij applicetur, ergo nihil ex illo pluri datur, vel reseruatur vitrico, quod etiam patet ex l. quoniam præterita in princ. C. cod. & S. optime Auth. de nupt. ibi, quia quod plus est in eo, quod relictum, aut donatum est, aut vitrico, aut nouercæ, omnino, ac si neque scriptum, neque relictum, aut donatum, aut datum, competat filijs, & inter eos solos ex aequo diuidatur, quæ verba considerans Bertrand. in conf. 124. num. 4. volum. 3. & signanter verba illa, omnino, & eos solos, inquit, quod verbum, omnino, significat præcisè, & totaliter, vt etiam notat Crescen. in decis. 6. alias 31. num. 5. tit. de testament. lib. 2. verbum vero ad eos solos, quod cum per eum excludantur omnes alij à dicta participatio-
ne, excludatur etiam vitricus, quodque etiam decidi videtur in tex. S. hoc autem, & S. fin. & ibi glof. C. de donatio. ant. nupt. 6 in quibus locis dicitur, quod filij primi matrimonii inter se illud plus diuidant, absque aliqua mentione vitrici, vel nouercæ.
7 Quod fundatur in bona ratione, siquidē poena d.l. bac edictali, ad aliud introducta nō fuit, nisi in recōpenſationē iniuriæ ipsis filijs primi matrimonij illatae ob relictum secundo coniugi factum, igitur nō debet applicari alijs, quam filijs iniuriam passis l. vti. ff. de litig. cum alijs per Barth. de Capua in sing. 83. in princ.
8 Nec mouet opinio contraria, cum ignorem vbi illa fundari possit, certum est enim vitricum in illo pluri partem aliquā ex volūtate testatoris habere non posse, quia non valet, cum legis autoritate sit pro non scripto, non dato, vel donato, nec etiam ex lege, quia lex ad illud plus nouercam, & vitricum non vocat, sed solum filios primi matrimonij; & glof. in dict. l. bac edictali, vers. diuidi, quam DD. pro contraria parte allegant, non dicit, quod illud plus, quod à vitrico, vel nouercæ auocatur inter ipsos, & filios primi matrimonij diuidi debeat, supponendo minus fuisse filijs ex primo relictum, quam vitrico, vel nouercæ; sed loquitur vbi nihil filio esset relictum, & sic in diuerso casu, in quo di-

uersi sunt termini, quippe et si inter vitti-
10 cum, & filios primi matrimonij æqualiter facienda sit diuisio, hoc erit deducta prius per eos legitima, secundum veriorem, & communiorem opinionem, de qua late dictum est in quæst. 7. at vbi aliquid eis fuerit relictum, tunc non erit facienda æqualis diuisio, sed solum vitricus tantū habere debet, quantum importaret por-
tio filijs relicta, reliquumque absque alia diuisione applicandum erit filijs, quod inter eos tantum diuidi debet, prout sic in specie firmavit eademmet glof. in d. S. optime Authen. de nupt. & in Autben. ad eos solos C. de secund. nupt. Azo in summ. C. cod. colum. 2. vers. item quod dictum, & secuti sunt Alberic Iacob. de Bustr. Fulgos. Cin. Bal. Beltran. alijque in d. l. bac edictali, quibus accessit Corn. cons. 33. cons. 44. & cons. 118 col. 2. lib. 1. idem in cons. 51. vers. hac etiam pars. lib. 4. Barth. cons. 124. sub n. 6. infra. lib. 3. Bal. cōs. 161. lib. 1. & cons. 333. sub n. 3. lib. 3. Rim. iun. in d. cons. 266. sub n. 6. vers. his non obstantibus, & num. 8. cum sequen. vbi hanc magis communem esse testatur, & ad stipulatur Rol. de lucr. dot. quæst. 27. inquiens temerariū esse ab hac opinione discedere, prout iudicatum profitetur Boer. decis. 701. & ratio diuersitatis ea est, quoniam in primo casu, & sic vbi nihil filio relictum fuerit, cum non appareat per correlationem alicuius rei alicui ex filiis primi matrimonij, ad hoc, vt totum possit dari vitrico, vel nouercæ, tunc secundum opinionem Barto. in l. l. C. de inoff. dot. filij ex primo matrimonio per quærelā inoff. dotis, vel donationis auocarent legitimā, & reliquum æqualiter cum vitrico, vel nouercæ diuident. At in secundo casu, scilicet, vbi aliquid filio est relictum id non procedit, cum appareat per correlationem illius, & sic filius non detrahit legitimam, sed vitricus tantum habebit, quantum ipso filio fuerit relictum.
11 Minus obstat d. S. optime, quia ibi se declarat, quod vitricus, vel nouercæ non habeant plus quam filius habet dimis-
sum, ex nouissima voluntate, aut in vita datum, vnde verba præcedentia sunt in-
telligenda, quod vitricus vel nouercæ per-

perciptiant tantum, quantum filius a patre habuit, id autem, quod plus est reliquum vitrico, vel nouercæ, non habet filius ex voluntate parentis, sed ex legis dispositione contra parentis voluntatem, & sic in pçnam, ergo nullo modo conuenit verbis sequentibus illius tex. quod vitricus, vel nouerca habeat tantum quantum filius primi matrimonij.

12 Nec denique obstat ratio pro contraria parte allegata, scilicet quod dum illud plus pro non scripto habeatur, certum sit remanere in hereditate, ob quod si vitricus, vel nouerca heredes essent, applicaretur eis pro hereditaria portio ne. Siquidem respondetur, id haberi pro non scripto fauore filiorum primi matrimonij, & non vitrici, vel nouercæ, nec eo modo ut dicitur, nam si hoc esset pariter applicaretur filiis secundi matrimonij, prout primis, quando æqualiter instituti fuissent heredes, & tamen tex. d. §. optime decidit, quod illud plus non deuoluatur ad filios secundi matrimonij pro aliqua portione, immo si filij ex primo non essent instituti, nec deuolueretur ad eos vti non scriptum, & tamen tam per d. l. hac edictali, quam per Ausb. ad eos solos, & Aubens. heres C. de secund. nupt. & per alia iura contraria dispositur, ergo illud quod à dicta lege pro non scripto habetur non 13 pertinet ad filios vti heredes, sed ut filios, ut alias dictum fuit, & propterea ad vitricum, vel nouercam licet heredes aliquid non spectat.

ARGUMENTVM.

Portio auocata à secundo coniuge ex dispositione l. hac edictali, an æqualiter diuidenda erit, inter filios primi matrimonij, & secundi.

Et an illud plus, quod à filijs primi matrimonij auocatur, veniat in calculo pro detrahenda legitima filiorū secundi matrimonij.

1 Lucrum quod auocatur à vitrico ex dispositione l. hac edictali inter filios tam primi, quam secundi matrimonij diuidendum erit.

Sed contrarium nu. 2.

3 Dispositio l. bac edictali fauore filiorum primi matrimonij introducta fuit.

4 Lucrum ubi ab aliquo remouetur illi applicari debet, cuius contemplatione remouetur.

5 Tex. in l. quoniām præterita C. de secund. nupt. est correctus.

6 Lucrum quod auocatur à vitrico ex dispositione l. bac edictali, & applicatur filiis primi matrimonij, venit in calculo pro detrahenda legitima filiorum secundi matrimonij.

Intellige num. 7.

Distingue, an lucrum auocetur ratione dispositionis factæ per coniugem in ultima voluntate, vel inter viuos nu. 12.

Prima opinio indistinctè verior nu. 14.

8 Legatum venit in calculo pro detrahenda legitima filiorum.

Amplia quamvis legatum esset pium nu. 10. Item etiam si esset pro male ablatis, si hac qualitas ex aduerso non probetur nu. 11.

9 Legitima respectu legatorum deducitur tamquam es alienum.

13 Actio ad auocandum illud plus, quod vitrico fuerit relictum non competit filiis primi matrimonij nisi in morte, & quare.

15 Legitima ex datis lucrativo titulo per partem detrahi debet.

Amplia sive donatio esset inofficio, que non num. 17.

Item amplia etiam in causa onerosa lucrum admissum habente nu. 18.

Limita ubi post donationes aucta essent facultates nu. 21.

Declaro ubi augmēnum non esset minus donatione nu. 22.

Item ubi tempore donationis filij, nam essent natu nu. 23.

16 Tex. in l. cum queritur C. de inoff. testamen. limitatur ubi lucrativo titulo pater alienasset.

19 Padum de lucrando dotem non minuit filiorum

rum legitimam.

20 Casus mixtus in materia favorabili comprehenditur sub lege de simplici loquente.

QV AESTIO XXXIX.

Quamvis in supradicta quæstione dictum sit, lucrum *l. bac editali* non esse diuidendum inter vitricum, & filios primi matrimonij, tamen non ita in præsenti quæstione videtur dicendam, sed illud inter communes liberos diuidi debet, prout *sex. apertus* est in *l. quoniā præterita C. de secund. nupt.*, vbi expressè text. *d.l. bac editali* in hoc casu correctus esse videtur.

2 Sed conrrarium verius esse dicendum scilicet lucrum hoc ad solos filios primi matrimonij spectare, vt habetur in *Aubent. ad eos solos C. de secund. nupt.* & *S. optimè Aub. de nupt.* & in specie firmarunt *Bald. in d.l. bac editali in fin. num. 25. Bertr. conf. 63. num. 1. lib. 1. & conf. 28. num. 18. volu. 2. & 124. num. 3. vol. 3. Crauett. conf. 193. & 194. num. 5. Franc. Marc. decis. 25. num. 1. & decis. 113. num. 5. p. 2. Bero. conf. 39. num. 7. & seq. vol. *Bertazol. conf. ciuil. 81. num. 16. Cancer. lib. 3. var. resol. cap. 2. num. 196. Boer. decis. 201. num. 6. Odd. conf.**

3 *3. num. 33.* ea ratione, quia hoc lucrum peruenit ex pena ex *d.l. bac editali* introducta in beneficium filiorum primi matrimonij ob iniuriam eis à parentibus illicitam plus vitrico relinquenteribus, & propteræa non debent filii secundi matrimonij, quibus nulla facta est iniuria de ea participare, lucrum enim si ab aliquo remouetur illi applicari debet cuius contemplatione remouetur, ita singulariter *Bart. in l. 2. S. videndum sub numer. 2. ff. ad Tertull.*

5 Nec mouet tex. in *d.l. quoniā præterita*, quoniā per tex. *d.S. optimè*, & *d. Auth. ad eos solos*, quæ ponitur post *d.l. quoniā præterita*, res reducitur ad ius antiquum, vt filii secundi matrimonij in hoc lucro cum filijs ex primo non concurrant, vt post *Glos. d. Auth. ad eos solos*, & *glo. in d.l. bac editali S. sin vero vers. liberorum* sic tradunt *Iacob. de Beluis. in d.S. optimè in 3. &*

ultim. opposit. Bald. in d.l. bac editali in prim. lectur. col. fin. vers. sed adhuc restat ibi que Salic. in 3. q. ac Corn. conf. 44. vol. 1.

Verum licet ex secundo matrimonio filij in hoc pluri concurrere nequeant, at 6 tamen eorum legitima non erint fraudandi, cum illud plus veniat in calculo pro detrahenda eorum legitima, vt considerat *glos. in d. Aubent. ad eos in d. vers. ad eos circa med. quam etiam sequitur Franc. Marc. in decis. 25. sub num. 1. p. 2. & sic de tratio legitimæ non fieret ex illo pluri, sed ex alijs bonis, habita ratiōne illius; vt de legato considerant DD. sci licet, quod illud in calculo ponni debeat pro detrahenda legitima, non ex ipso legato, sed ex alijs bonis liberis, vt post *Bald. Ruin. Cephal. Gabriel. Nas.* & alios innumeros tradiderunt *Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 1. quæst. 10. num. 10. & Mangil. de imput. quæst. 115. num. 48.* ea ratione quia 9 legatum est quodam debitū voluntariū, per quod legitima non minuitur, quæ cōparatiū ad legata dicitur debitum necessarium, & æquiparatur æri alieno ita *Glos. in l. si quis ad declinandum, & ibi latè Bart. in fin. C. de Episcop. & Cleric. glo. in l. Papinianus S. quarta autem vbi DD. ff. de inoff. testam. ibiq. ēt Ang. in S. ss conditioni. vers. ss integrum supplementum Salic. in l. om nimodo in princ. col. 2. vers. tertio quero C. de inoff. testam. Dec. conf. 633. Bald. in l. si vero S. 1. ff. de milit. testam. Crauett. conf. 141. nu. 5. Rim. 287. num. 26. Thomat. tract. var. tit. de deduc. ant. legitim. tit. 12. num. 39. Pinell. de bon. matern. l. 1. part. 4. num. 76. Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 1. quæst. 10. nu. 1. Serapbin. decis. 416. num. 22. Ludouis. decis. 539. nu. 3. vbi sic Rot. Rom. decisum assentit, & latè quoq; Mart. de succeſ. legal. p. 4. quæst. 18. 10 art. 9. num. 3. quamvis legata essent pia, vt tradit *Bart. in d.l. Papinianus S. si Imperator Abb. in conf. 63. lib. 1. Soccin. conf. 241. num. 1. vol. 2. cum alijs per Peregr. de fidei comm.***

11 art. 4. num. 14. vbi id esse subdit etiam respectu legati facti pro male ablatis, dummodo hæc qualitas ex aduerso non probetur.

Et quamvis hoc non ita simpliciter, & absolute tenendum sit, sed solum in dispo sitis

12 sitis in secundum coniugem ex ultima voluntate, & non inter viuos; ea diuersitatis ratione, quia in primo casu, cum legata non debeantur nisi deducta legitima nequeunt filij ex primo matrimonio illud plus, quod vitrico fuit relictum revocare fraudem filiorum secundi matrimonij ad diminuendam eorum legitimam, cum pro ea illi potiores sint ipso vitrico pro eius relicto, & successiue in illo pluri, alias si contrariu diceretur, sequeretur, quod per legata minueretur legitima, quod absurdum est; sed in secundo casu, & sic in dispositis inter viuos aliter esset, nam legitima filiorum secundi matrimonij per auocationem illius pluris diminueretur, ex eo quia ius illud ipso iure ex tunc, & sic ex ipso contractu filij primi matrimonij quæsitum esset, vnde tanquam ex alienu ad diminuendam filiorum secundi matrimonij legitimam deduceretur, & licet actio ad auocandum illud plus filijs ex

13 primo matrimonio non cōpeteret nisi in morte, tamen non per hoc ius ex tunc, & sic à die donationis in secundum coniugem factæ eis quæsitum non esset; mors enim non expectatur nisi ad sciendā estimationem, an plus fuerit vitrico relictum, vt latius in particulari quæst. dicemus.

Nihil hominos vera est supradicta conclusio, scilicet plus illud venire in calculo pro detrahenda legitima filiorum secundi matrimonij, siue datum sit vitrico inter viuos, siue in ultima voluntate, quoniam omne id, quod lucrativo titulo inter viuos à parente fuerit alicui datū, uel alienatum uenit in calculo pro detrahenda legitima filiorum, cum certum sit parentem per titulum lucratium non posse in effectu filiorum legitimam diminuere ut colligitur ex Authen. de imm. donat. §. 1. & transumptiue in auth. unde si parent C. de inoff. testam. & in hoc casu limitatur text.

16 in l. cum queritur C. cod. dicens legitimam deberi attentis bonis repertis tempore mortis, & est magis communis opinio, tam in scribendo, quam in consulendo, & iudicando, ut in scribendo Bart. in l. Titia §. Imperator num. 1. vers. secundo casu ff. de legat. 2. Pic. in l. post contractum nu. 6. & 24.

ff. de donat. V. seq. in Auth. unde si parent nui. C. de inoff. testam. ibique etiam Iaf. nu. 3. Crass. S. legitima quæst. 44. Clar. in S. donatia quæst. 24. num. 5. Gomf. lib. 2. var. resol. cap. 14. num. 13. & adl. 29. Taur. num. 33. Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 1. quæst. 18. num. 1. cum seq. Menoch. de imput. quæst. 94. nu. 15. & quæst. 10. num. 1. 3. & 21. Gratian. tom. 1. discept. forens. cap. 247. num. 58. Cost. de port. rat. q. 113. nu. 3.

In consulendo Paul. de Cast. conf. 354 num. 1. & facta estimatione volum. 2. Corn. conf. 190. num. 8. vol. 2. Ripa conf. 122. num. 13. & conf. 198. num. 6. & seq. Beltr. conf. 49. in fin. vol. 3. & conf. 474. nu. 1. & 3. vol. 4. Rec. conf. 68. num. 2. Paris. conf. 32. nu. 28. lib. 1. Rot. conf. 65. nu. 30. vol. 1. Caffan. conf. 39. num. 32. Craucl. conf. 141. num. 5. vbi ait hanc opinionem non habere contradictem, & in se habere aequitatem, & secundam eam fuisse iudicatum, & sequuntur Menoch. conf. 691. num. 1. lib. 7. & conf. 1126. lib. 12. Surd. conf. 216. nu. 14. & Decian. conf. 1. vol. 4.

In iudicando Castill. decis. 189. nu. 35. & 36. Magistr. decis. 64. nu. 4. p. 1. Seraph. in decis. 416. repetit. in decis. Rot. Rom. 488. num. 16. p. 1. in nouiss. eadem Rota apud Ludouij. in decis. 539. nu. 3. & ibi latè etiā

17 Beleram. num. 19. siue donatio sit inofficio, siue non, vt ex citatis DD. & signanter Bertr. in d. conf. 474. vol. 4. Surd. d. conf. 332. sub num. 14. cum alijs plenè per Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 1. quæst. 21. num. 12.

18 cum seq. & hoc nedum in donatione, verum etiam in causa onerosa lucrum admistum habente, veluti in contractu qui ab initio respiceret onus, & in effectu ef-

19 set mere lucratius, vt in pacto de lucrando dotem decedente vxore considerauit Rot. apud Seraph. omnin. vid. in dicta, decis. 416. pet tot. quam secuti sunt Menoch. in d. conf. 1126. num. 24. vers. & ego ipse, vbi quod est verior opinio contra Gabriel. in conf. 136. num. 4. cum seq. lib. 1. quod latius comprobat idem Menoch. in conf. 619. num. 1. vsque ad 7. & consuluit Decian. conf. 1. nu. 38. vsque 72. lib. 4. quos etiam secutus est Gratian. tom. 2. discept. forens. cap. 247. num. 26. cum in materia fa-

uora-

uorabili, scilicet legitimæ, sub lege lo-
20 quente de simplici comprehendatur ca-
sus mistus, ut in specie Ias. cæterique DD.
in l. 2. ff. de verb. oblig.

21 Verum hoc intelligendum erit, si post
donationem auctæ non sint facultates, nā
alias tunc sufficeret filium in bonis au-
tis legitimam habere, ut post Corn. in d.
conf. 190. tradunt Gratian. dict. tom. 2. cap.
247. num. 57. & Merlin. d. lib. 2. tit. 1. quest.
21. num. 16. dummodo augmentum non
22 sit minus donatione, Cuch. de legitima in-
verbo legitima est quota bonorum num. 33.
Fulgo. in d. Authen. unde parens Corn. d. conf.
190. num. 8. in fin. de cuius veritate multa
23 Vafq. in dict. Authen. unde si parens numer.
15. Vel vbi tempore donationis filij se-
cundi matrimonij non fuissent nati, ut ex
Calder. souf. 4. post princ. vers. & hac puto ve-
rum de donatio & Cræuet. d. conf. 141. num.
2. tradit idem Gratian. d. cap. 247. num. 56.
Sed circa hoc cogita cum contrarium
teneat Cos. de port. rat. dict. quest. 113.
num. 5. ex traditis per Bero. in conf. 49. nu.
50. volum. 1. & Gail. lib. 1. obseruat. 40. nu.
11. ob beneficium l. si unquam C. de reuoc.
donat.

ARGUMENTVM.

Portio à tertio coniuge auocata,
num diuidenda sit inter ip-
pos filios, quibus minus fuit
relictum, an æqualiter inter
primi, & secundi matrimonij
filios.

S V M M A R I V M.

- 1 Lucrum, quod ex dispositione l. hac editi alii à
tertio coniuge auocatur, nū cedit in benefi-
cium omnium liberorum, tam primi, quam
secundi matrimonij, licet minus primis sit
relictum, & nu. 6.
- 2 Parens per transsum ad tertia vota omni-
bus filijs iniuriam infert.
- 3 Lucra à primo, vel secundo viro mulieri

peruenta reseruari debent primis, ac secun-
dis liberis respectuè.

- 4 Successio differt à lucro, quod ex l. hac edita-
li prouenit.
- 5 L. quoniam præterita C. de secund. nupt. est
correcta per Autb. ad eos solos C. cod.
- 7 Tex. l. hac editi alii in verbis illis, ut singuli
æquas habeant partes, declaratur.
- 8 Tex. in auth. ad eos solos C. de secund. nupt.
declaratur.

QVÆSTIO XL.

S Ed ex supradictis non minus pulchra
insurgit quæstio, numquid mulier,
quæ ad tertias conuolauit nuptias suscep-
tis liberis primi, & secundi matrimonij
plus reliquerit tertio viro, quam vni ex
filiis primi, vel secundi matrimonij, illud
plus quod à vitrico auocaretur applicari
debeat, nedum illi cui minus fuerit reli-
quum insimul cum eorum fratribus vtrin-
que coniunctis, an vero cōmunibus om-
nibus liberis, tam primi, quam secundi
matrimonij.

- 1 Pro cuius resolutione Flor. in sua dispu-
tatione incipient. Mulier primo viduata in 7. col.
num. 13. tangit hanc quæstionem, & vide-
tur cōcludere pro affirmativa, ex eo, quia
mulier deueniens ad tertias nuptias om-
nibus æqualiter iniuriam infert, & ob id
omnes in illo pluri debent esse æquales,
tam primi, quam secundi matrimonij, pē-
na enim l. hac editi alii ad aliud introducta
non fuit nisi in recompensationem iniuriae
filijs pér parentes illatæ, plus vitrico,
vel nouerçæ, quam eis relinquendo, ut
alias diximus.
- 3 Fundatur hæc opinio in tex. §. sec il-
lud Authen. de nupt. & in l. xiiii. alijs C. de
secund. nupt. vbi lucra à primo vel secun-
do viro mulieri peruenta debent primis
& secundis liberis reseruari, quamvis ma-
ter transeat, vel non transeat ad tertia vota
aliunde vero quæsta inter eos veniat.
diuidenda, & sic filij deductis lucris ab
eorum patribus obuentis, circa reliqua
bona materna omnes succedunt.
- 4 At hoc non videtur ad casum nostrum
applicari posse, hic enim non agitur de
succes-

successione, sed de lucro, quod est diuisum, & separatum, nec habet aliquid conexitatis cum successione, ut plures di-
ctum fuit, & propterea non potest fieri il-
latio de uno ad alium casum.

Et si pro hac opinione allegari possit
sex.in l. quoniam præterita C. de secun. nupt.
vbi casus est clarus, scilicet, quod in hoc
lucro, tam ex primo, quam ex secundo
matrimonio filij succederent.

5 Sed d.l.est per *Auth. ad eos solos C. cod.*
correcta, ibi enim Imperator determina-
uit, lucrum hoc non spectare ad filios se-
cundi matrimonij, sed ad primi, vel se-
cundi, & sic ad eos solos, qui iniuriam
passi sunt a parentibus minus eis relin-
quendo.

6 Verum non erit recedendum ab op-
pinione *Floriani*, & videtur decisio hu-
ius præsentis quæstionis in d.l.bac edictali
in prin. vbi Imperator dū prohibuit con-
iuges ad secundas, & tertias transeuntes
nuptias, non posse plus vitriō, vel no-
uerca, quam vni ex filiis primi ma-
trimonij relinquere, voluit, vt illud
plus auocaretur ab eis, & deferatur perso-
nis liberorum, & inter eos diuidatur, ita
vt singuli æquas habeant partes, & sic ibi
non sit distinctio, si soli illi, cui minus fue-
rit reliquum applicari debeat, sed vt om-
nes sint æquales.

7 Et licet nonnulli dicant, hoc non pro-
cedere, nisi prius ille, cui minus fuerit re-
lictum habeat ante partem tantum, quan-
tum æquialere possit eius portio cum
alijs fratribus, & deinde residuum inter
omnes diuidi debeat; Tamen veritas
ipſa est in contrarium, quoniam Impe-
rator dum loquutus fuit de æqualitate,
non considerauit nisi lucrum, quod à vi-
trico, vel nouerca auocaretur. s.l. quod in
eo æquales sint, nō autē circa prouidetiā
testatoris, patri enim licitum est in æqua-
les facere inter filios portiones, dummo-
do non minuat legitimam, vt in dict. l. bac
edictali, & S. penult. *Aust. de nupt.* prout in
puncto etiam concludit post *Bart. Beltr. in*
d.l.bac edictali in Rubric. num. 66. sic etiam
Cyn. ibi quest. 5. & Salic. col. 1. vers. in sex.
ibi diuidi, quos etiam fecutus est Alexan.

Trentacing. lib. 3. var. resolut. sit. de matrim-
refol. vls. col. antepen. vers. bac conclusio.

8 Nec dici potest hoc esse contra sex.d.
Authen. ad eos solos, vbi in hoc casu dict. l.
bac edictali videtur correcta, cum ibi sta-
tuatur ad eos solos, id quod a vitriō auo-
catur applicari. Siquidem illa non est con-
tra, quoniam ibi supponitur matrem, pa-
tremue non transiuisse ad tertias nuptias,
9 ob quas filij secundi matrimonij iniuriam
passuri sint, & idcirco dicitur in d. *Authen.*
ad eos solos, quasi dicat ad eos solos, qui
. iniuriam passi sunt, nam si ad tertios quis
conuolauerit nuptias, certe etiam filij
secundi matrimonij in lucro contine-
rentur.

ARGUMENTVM.

Num in lucro l.hac edictali
filij fratrum cum pa-
truco concur-
rant.

SVMMARIVM.

- 1 *Appellatione filiorum nepotes comprehen-
duntur.*
Intellige deficientibus filijs nu. 2.
- 3 *Ausus si viuente filio nepotem instituat, te-
stameutum non sustinetur.*
*Amplia, vt mortuo filio idem nepos possit in-
officium dicere testamentum nu. 4.*
- 5 *Tex. l. bac edictali procedit in nepotibus, &
pronepotibus, non existentibus tamen
filijs.*
Intellige num. 7.
- 6 *Nepotes non veniunt ubi de filijs lex loque-
retur.*
- 8 *Tex. in S. quoniam infirmans Authen. de
nupt. explicatur.*
- 9 *Proprietas filia à iure positivo introducda, &
aquiparatur vere proximitati.*
- 10 *Pater, & filius eadem persona esse censem-
tur.*
- 11 *Filius subingreditur in locum patris ad suc-
cedendum cum patruo.*
*Amplia seu agatur de dispositione legis, suis
T homi-*

hominis nu. 12.

- 13 *Filia subingreditur in locum, & sexum patris, etiam ad exclusionem amita.*

QVAESTIO XLI.

- E**X supradictis quoque quæro, num quid in lucro *l. bac edictali*, nedum filij, verum quoque nepotes; & sic filij alterius filij præmortui concurrere possint, & pro resolutione primo intuitu videtur negandum, ex eo, quod quamvis filiorum appellatione nepotes quoque comprehendantur, ad *sex. l. liberorum de verbor.*
- 2 *signif.* tamen hoc erit deficientibus filijs, ad tradita per *Theſaur. lib. 1. queſt. forens,* *queſt. 91. & queſt. 92.* vbi licet statutum disponat, matrem teneri filijs suis bona relinquere, tamen nequit ipsa non existentibus filijs bona extraneo in præiudicium nepotum donare, quod etiam comprobatur *Gratian. tom. 1. diſcept. forens. cap. 265. num. 3.* cum alijs innumeris per me congestis in addition. *ad Surdum in decis. 73.* At vbi extarent filij, secus, eo enim caſu nepotes non venirent, ex eo, quia cessaret fictio, ob quam nepotes comprehenduntur. *S. cum filius inſtit. de hered. que ab inſtit. defer. Morot. conf. 91. Decian. conf. 63. num. 12. vol. 2.* & latius idem *Theſaur. d. queſt. 91. per tot.*
- 3 *Hinc Merlin. de legitima lib. 3. situ. 2. queſt. 18. num. 4.* inquit, quod si viuente filio auus nepotes instituerit, testamentum erit nulium, sicut si extranei essent instituti, quod etiam notauerat *Vasq. in repet. l. quoniam in prioribus num. 280. cum sequē.* adeo quod licet ex post decesserit filius, nepotes ex iure in eos transmiso possint 4 in officiosum dicere ipsū testamentū, quia cum nullitas ipso iure inducatur, non est necessaria aliqua declaratio, prout latissimè ante *Merlin. tuetur Marescot. lib. 2. varia. resolut. cap. 105. in eius responsō num. 40. cum sequen.* Vnde licet *sex. d. l. bac edi-* *ctali* procedat in nepotibus, & pronepotibus, hoc tamen erit vbi filij non extarent, & in hanc opinionem post *glos. in d. l. bac edictali vers. quam obſervationem.* deuenerat *Belsr. ibi num. 2. Rip. in l. fæmi-*,

ne num. 8. C. de ſecund. nupt. Sard. decis. 73. *num. 10. Cancer. lib. 3. var. resolut. cap. 2. tit. de inuent. num. 197. Alexan. Trentacing. lib. 3. varia. resolut. sit. de matrimon. resol. 4. fol. 344. colum. 2. in princ. Sanchez de matrimon. lib. 7. disput. 89. num. 12. Molſes. ad consuet. Neapol. par. 3. queſt. 18. & queſt. 41. num. 69. & Anna allegat. 117. nu. 13.*

- 6 Quæ conclusio probatur per *sex. in §. quoniam infirmans. Araben. de nupt. vnde quando lex loquitur de solis filijs, non veniunt nepotes l. subemus §. fin. vbi Bald. C. ad Trebell. Bart. in l. liberorum col. 2. de verbor. signific.*
- 7 Sed contrarium verius, nec super hoc ulterius laborandum videtur, cum in terminis sit casus in l. in quibus C. de ſecund. nupt. & then. ad eos solos C. eodem, immo etiam in pronepotibus l. si quis prioris C. eod. in quibus iuribus expreſſe deciditur, quo d. lucra, quæ filijs primi matrimonij reſeruantur, debentur æqualiter filio, & filiis alterius filij præmortui, ex eo, quia in locum patris succedunt.
- 8 Nec obstat d. §. quoniam infirmans, dum inquit *solis filijs*, quoniam ista verba non videntur excludere nepotes, ponuntur autem ad exclusionem extraneorū, ut illa specie respondet *Dec.* qui late hanc opinionem a multis contrariis tuetur in cons. 87. num. 4. usque ad fin. vol. 1. vidend.
- 9 Immo iura in contrarium adducta huic opinioni non contraſicunt, dicunt enim, quod filius in locum patris subingreditur per fictionem, ergo dicitur in eodē loco, in quo sunt alij filij, cum proximitas facta à iure positivo introducta æquiparetur ve- ræ proximitati l. *proximus ff. de verbor. signific. l. 2. §. hereditas ff. de suis legit. hered. glos. sing. in l. cum ita §. in fideicommisso de legat. 2. quam sequuti sunt Soccin. ibi num. 52. col. 15. ac Bald.* & hanc esse communem inquit *Ludouic. in decision. Perus. 11. num. 1. 2. & 3. ea ratione, quia pater, & filius una eademque persona esse censentur l. fin. C. de impub. & alijs subſtit. & propterea leges voluerunt mortuo patre filium in eius locum subintrare §. 1. & §. reliquum Auten. de hered. ab inſtit. ven. Auten. ceſſante C. de legitim. hered. §. cum filius*

- 1 filius. vers. pari ratione, & §. si agitur institutio de bared. qua ab intestato. defer. & hoc siue agatur de successione patrui, siue cui procedit, cum nepos simul cum patruo succedit, ut fit marut Degr. cons. 1. & cons. 217. Rub. cons. 82. num. 5. Socin. cons. 146. lib. 2. & cons. 116. lib. 3. latè post innumeros idem Ludovic. d. decisi. & sequuntur Peregr. de fideicommissis. art. 21. num. 17. Barry de successione de fideicommissis substitut lib. 8. num. 4. tom. 1. Crass. S. fideicommissum qualibet. 11. Intriglio. de substitut. cent. 3. quest. 87. Mantic de conject. lib. 8. tif. 9. num. 3. Menoch. lib. 4. presumpt. 96. nu. p. 1. Surd. cons. 325. vol. 3. Ceuall. comm. conqr. com. quest. 197. Valaq. de iure empbit. quest. 50. plenè Thesaur. decisi. 65. num. 3. Faehin. lib. 4. controv. cap. 84. 12. Gamm. decisi. Lusit. 59. & decisi. 385. quod indinctè procedit vbi sumus in dispositio ne legis, inquit Dec. cons. 87. in fin. quamvis Thesaur. dicat hoc esse siue agatur de dispositio ne legis, siue hominis, ut etiam firmarunt citati DD. & si de hoc dubitet Pereg. d. art. 21. nu. 17. in fin.
- 13 Adeo quod ne dum locum patris filius subingreditur, verum etiam in sexum, ita ut si esset feminina haberetur pro masculo, etiam ad exclusionem amitæ, ut latè tradi di in addit. ad Surd. in d. decisi. 73. vbi sic per S. C. ac per Reg. Collat. Consil. deci sum retuli.

ARGUMENTVM.

Numquid actio ad reuocandum illud plus quod contra formam I. hac edictali vitrico, vel nouerçæ fuerit relictum, competat soli illi, qui minus habuit, an etiam omnibus alijs, & vnicuique iporum.

S V M M A R I V M.

- 1 Actio ad auocandum illud plus vitrico, vel nouerçæ fuerit relictum illi soli competit, qui minus habuit, & non omnibus alijs.

Sed contrarium nu. 2.

- 3 Actio illi competit, eius contemplatione fuit facta dispositio, licet verba ad eum non dirigantur. Amplia etiam in dispositio ne facta nedum in ultima voluntate, & in contractibus, sed in statutis nu. 4. & 6.
- 5 Tutor, legato priuatur, si tutelam non geret illud pupillo applicatur.
- 6 Iniuria omnibus liberis illata presumitur ubi alicui ex eis aliquid minus habuerit, quam vitricus, vel nouerca.
- 7 Lucrum l. hac edictali non potest remitti, nec repudiari ab eo cui minus fuit relictum in praetudicium aliorum filiorum.

QVAESTIO XXXII.

Sed ex predictis alia insurgit difficultas numquid actio ad reuocandum illud plus, quod contra formam d. l. hac edictali vitrico, vel nouerçæ fuerit datum, vel relictum, competit nedum filio, cui minus relictum fuerit, quam etiam omnibus alijs communibus fratribus, ac vnicuique iporum; Pro cuius resolutione breuiter dicendum videtur quod non, ex eo, quod in tantum sit auocatio, in quantum minus alicui liberorum, quam vitrico reperiatur relictum, datum, vel donatum, igitur cum iniuriatus dicatur ille, cui minus fuit relictum, & ob eam causam datur auocatio, in dubium reuocari non potest, quin illi, & non alijs, ad illud plus auocandum actio competenteret.

Nec mouet, quod illud plus cum alijs liberis veniat dividendum, quoniam hoc erit, facta prius per offensum auocatione.

Sed contrarium videtur dicendum, scilicet actionem, nedum cui minus fuerit relictum competere, verum etiam vnicuique ex alijs filiis, ut expressè deciditur in tex. d. l. hac edictali in verbis illis ibi fin. autem non aequi, portionibus ad eosdem liberos memorare transferit facultates, tunc quoque non liceat plus eorum nouerçæ, vel vitrico testamento relinquare, vel donare, seu dotis, vel ante nuptias donationis titulo conferre, quod filius, velfilia habet, cui minor portio ultima voluntate derelicta, vel.

data fuerit, aut donata. Et deinde subdit ibidem in §. *sin vero*, ibi *sin vero plusquam statutum est aliquid nouercæ, vel vitrico re-Elum, vel donatum fuerit, id quod plus reli-Elum, vel donatum, aut datum fuerit tanquæ non scriptum, neque derelictum, vel donatum, aut datum sit, ad personas deferris liberorum, & inter eos diuidi iubemus, ut etiam habeatur in §. optimè Authen.de nupt. Ex quibus verbis satis clare appetet, quod licet vni ex filijs sit minus relictum, tamen quod auocatur omnibus desertur, ergo omnes vendicabunt, prout expresse firmarunt Bald. Butr. & Cyn. in d. l. bac edit. ali, & post eos Angel. in d. S. optime Auth. de nupt. & hanc esse claram, & indubitam conclusionem inquit Beltr. ibid. nu. 66. & 67.*

- 3 Quod probatur auctoritate Bart. in l. 2. §. videndum sub numer. 2. vers. preterea ff. ad Tertullian. ubi quando una dispositio fit alicuius contemplatione, licet expresse verba ad illum non dirigantur, tamen ei competit actio, quod etiam probat in l. seruo legato per illum tex. S. si testator ff. de leg. I. ubi & si statutum dicat, quod femina non succedat extantibus masculis, quamvis expresse non disponat, quod masculi succedant tñ quia fauore eorum factum sit, possint ex ipso statuto, tamquam pro eis factum agere; siquidem ad iudicandum cui actio videatur competere, consideratur ille, de cuius interesse agitur, & ipse actionem habet, ersi alius esset nominatus, ita tex. in l. fideicomissa §. interdum ff. de legat. 3. qui tex. secundum opinionem Bart. in l. si ita stipulatus §. possum ff. de verbor. obligat. nedum in ultimis voluntatibus, & in contractibus procedit, ut tradit Dec. in cons. 407. num. 9. quod pro absoluto tenuerunt Ias. in l. si cui legatur nvi. 3. ff. de leg. I. Mantic. de coniect. ultim. volunt. lib. 8. sic. 4. num. 7. & sequ. Alb. Mandell. cons. 404. num. 4. cum sequ. lib. 3. Aym. Crauelli. conf. 91. num. 6. & 11. Monzer. decis. 36. num. 4. cuen seq. Surd. cons. 140. num. 16. lib. 1. & 291. num. 3. ut de tute dicimus, qui si legato priueretur si tutelam non gerat, legatum pupillo applicatur l. & post legatum §. amittere ff. de his qui ut indigni. Verum etiam in statutis, & lucrus à
- 5

lege prouenientibus, cum quotiescumq; ex iuris dispositione quis à lucro contemplatione alterius remouetur, lucrum illi applicari debet, cuius cōtēplatione alius remouetur, illique etiam ad illud lucrum remouendum actio competit, ut ex multis probat Brun. de Statut. excludent. fand. art. 13. q. 1. nu. 3.

Nec obstat, quod auocatio perueniat ex minus relicto facto vni ex filijs primi matrimonij, & sic actio ad illud plus auocandum ei soli competere cōficitur, quoniam ex relicto, nedum illi, cui minus fuit reliqui iniuria illata existimatur, sed omnibus alijs ex d. primo matrimonio filijs, incompensationem cuius l. bac edit. ali introduxit poenam hanc auocationis illius pluris, ad hoc ut æqualiter inter eos dividatur, quippe dispositio d. l. bac edit. ali non propter aliud introducta sit, nisi ut attingatur cupiditas, ac ineffrenata voritas parentum secundo nubentium, quæ nouis coniugibus nedum eorum bona, sed ipsorum filiorum, eorumque vitam addicunt l. que tutores ves. tex enim C. de administr. tutor. l. 4. ff. de inoff. sebast. Igitur dum prohibitio secundo nubentibus plus vitrico, vel nouercæ, quam vni ex filijs primi matrimonij conferat, principalius facta sit fauore omnium filiorum primi matrimonij, non potest in dabium reuocari, quin omnibus actio non competit. Alias si contrarium dicetur sequeretur absurdum, scilicet, quod filius, cui minus relicto fuit posset in præiudicium aliorum fratrum pœnam hanc remittere, & nolle acquirere.

ARGUMENTVM.

Numquid ex primo matrimonio filij contra parentis dōnantis hæredes, an potius aduersus vitricum, vel nouercam donatariam agere possint pro restituitione mobilium, vel pecuniae donatæ, & consuptæ, vbi eadem quantitas eis relicta non fuerit.

SUMMARIUM.

- 1 Dispositio l. bac edicāli an, & quomodo pro cederet ubi datum vitrico, vel nouerca estē consumptum.
- 2 Hypothecaria filio contra vitricum non competit pro illo pluri, quod ei fuit relatum.
- Item nec personalis nu. 4.
- Item nec saluianum interdictum nu. 1.
- 3 Hypothecaria tollitur sublata personali.
- 5 Dominium consumpta pecunia extinguitur.
- 6 Hypotheca per consumptionem pecunia extinguitur.
- 7 Saluianum interdictum cessat deficiente hypotheca.
- 8 Actio revocatoria filii datur contra vitricum pro illo pluri, quod ei fuit relatum.
- 9 Actio in rem scripta contra tertios posseffores exerceri potest.
- 10 Actio in rem scripta re perempta, vel consumpta exerceri non potest.
- 11 Auocatio contra donatarium non datur, ubi locupletior factus non esset.
- 12 Locupletari quando quis dicatur.
- 13 Actio competens filii ad vindicandum bona per eorum patrem relicta uxori, que trahuit ad secunda vota, non datur contra heredes eius, qui acquisiuit, & consumpsit bona illa, sed contra heredes matris alienatis.
- 14 Dispositio l. femina C. de secund. nups. non habet locum re perempta.
- Intellige nu. 15.
- 16 Pecunia ad emptionem predij, vel domus, & similia destinata, & perempta, non erit ab herede grauato restituenda, si absque eius culpa perierit.
- 17 Actio competens filii ad vindicandum illud plus, quod vitrico fuerit relatum, non erit existēta per consumptionem pecuniae donata, cum ad illius restitutionem teneatur vitricus.
- 18 Actio per consumptionem pecuniae non collitur ubi dominium non est acquisitum.
- 19 Consumans pecuniam, qua ad alium pertinere non ignorat dicitur in mala fide.
- 20 Pecunia mala fide consumpta potest condici, ac si extaret.
- 21 Creditor anterior potest per hypothecariam

revocare solutionem posteriori factam ubi ille dolo desit eam possidere.

Sed distingue inter creditorem ex causa onerosa, vel lucrativa nu. 24.

22 Mala fides in consumptione pecunie quando dicatur inesse.

23 Statum quod à primo creditore pecunia secundo soluta auocari non possit.

Intelligitur dummodo secundus non consumpsit mala fide, & dolo.

25 Rei vendicatio datur aduersus definentem possidere absque dolo, ubi initium effet virosum.

26 Tex. in l. generaliter C. de secund. nupt. declaratur.

27 Surd. in decif. 99. nu. 8. declaratur.

28 Secundus coniux consumens bona filii primi matrimonij reseruata, tenetur in subdiū, scilicet ubi eorum mater non effet solueda.

29 Tex. in l. planè S. 1 ff. de leg. 2. procedit etiam cessante favore ultime voluntatis.

QUESTIO XXXIII.

Pvlchra non minus, quam ardua est præsens questio, numquid ex primo matrimonio filij contra parentis donantis heredes, an potius aduersus vitricum, vel nouercam donatariam agere possint pro restitutione mobilium, vel pecuniae donatae, & consumptae, vbi eadem quantitas eis relicta non fuerit.

- 1 Et difficultas non modica in eo consistit, nam dispositio d. l. bac edicāli in tantum videtur procedere, in quantum donatum, datum, vel relatum existeret, alias verificari non possit in illis verbis, & si plus fuerit relatum datum, vel donatum, pro non dato non relicto, vel non donato baberi volumus, quoniam non entis nullæ sunt partes, & propterea vbi pecunia effet vitrico, vel nouercæ donata, & consumpta tunc remedio l. bac edicāli contra vitricum vti nequeunt, sed contra parentes, seu eorum heredes, tāquam consumptionis causa.
- 2 Filij enim ex primo matrimonio contra vitricum, vel nouercam nullam habēt actionem, nullam inquam, quoniam si de

- hypothecaria dicimus, illa subsistere non potest, venit enim accessoriè ad ius personale, adeo ut sublata personali tollatur
 3 hypothecaria l. contrahitur, & ibi Bart. cæterique scribent ff. de pignor. Surd. t. 2. f. 243. num. 10. & decis. 174. nu. 2. Vinc. de Franch. 4. decis. 30. num. 17. sed contra vitrum personalis non competit, quia cum eo nihil fuit contractum d. l. contrahitur ibi per ali quam obligationem, idem Vinc. de Franch. in decis. 273. nu. 3. ergo.
 5 Præterea, dat quod hypothecaria cōpetet, quod negatur, adhuc esset extinta, quoniam postquam pecunia est consumpta extinguitur dominium l. si alieni nummi ff. de solut. l. cum fundus S. servus eius imprudens ff. si cert. pet. ergo multo fortius
 6 talis consumptio facit exinguere hypothecam, quæ debilior est, ut in specie arguit Gramat. quest. 1. num. 6. post decis. & secuti sunt Rhamuc. de inuentar. par. 5. num. 147. Menoch. conf. 75. num. 5. cum alijs per Surd. in conf. 4. nu. 14. & seq. quibus addo Put. in decis. 34. p. 1. contra Affili. in decis. 162. num. 4. & Statil. pacific. de Saluian. in-
 7 hereditate. 2. c. 3. nu. 303.
 7 Immo nec Saluianum competit interdicatum, illud enim cessat deficiente hypotheca, ut tradit Corn. cons. 198. num. 2. lib. 1. Natt. conf. 474. num. 34. & ita plures per Rotam decisum testantur Scrabin. in decis. 1290. num. 5. Coccin. decis. 17. num. 7. ac Statil. pacif. decis. 9. num. 4. cum alijs eiusdem Rot. decis. in tract. de Saluian. in hereditate. 1. cap. 4. nu. 107. in hereditate. 3. c. 2. num. 44. 46. & 64. & in hereditate. 5. c. vnic. nu. 54.
 8 Sola autem revocatoria cōpetit actio, quæ venit condicione illius legis, ut cauetur ex verbis d. l. ibi pro non scripto, non dato, vel non dato; at cum actio revocato-
 9 ria non sit nisi in rem scripta, quæ etiam contra tertios possessores competit, se-
 10 cundum veriorem, & communiorum opin-
 ionem, de qua latè Ias. in S. item si quis
 11 num. 104. Instit. de act. & actio in re scrip-
 ta re perempta, & consumpta exerceri nō
 potest, igitur ad restitutionem illius, quod
 contra formam d. l. bac edicte dispositum
 12 fuerit, vitricus, vel nouerca non tenen-
 tur; Auocatio enim nunquam datur nisi

vbi donatarius locupletior factus esset, ita probatur in l. si sponsus S. ultimo, alias si mulier S. in donationibus, & l. quod autem ff. de donat. inter vir. & uxor. sed locum-
 12 pletri dicitur, vbi quis ex re illa donata aliquam rem comparauerit, vel alicui eius creditori solverit, vel quovis alio modo cius conditio melior facta erit dictis iuri-
 bus, & firmat in specie Manc. de tacit. ambig. lib. 2. t. 1. n. 1. & 2. ergo quoties-
 cuunque quis locupletior factus non sit, sed pecuniam illam consumplerit, detri-
 mentum illius, qui dedit erit l. si quod &
 d. l. si mulier. ff. de donat. inter vir. & uxor.
 Nec amplius saper hoc laborandum erit, est enim tex. express. in l. generaliter C. de secund. nupt. vbi habetur, quod eti pa-
 13 rem secundo nubendo teneatur refer-
 nare filiis primi matrimonij omnia, quæ à primo viro acquisiuit, attamen si illa in-
 secundum coniugem transstulerit, qui ea
 consumplerit, certè hæredes consummentis
 ad nihil tenerentur, sed ipse parens sic di-
 sponens, quod etiam probat glof. in l. fo-
 mine vers. reintegrabitur iuncto tex. C. de :
 secund. nupt. & decisum quoque in Sacro
 14 Consilio refert Vincen. de Franch. in decis.
 15 595. in fin. scilicet donata vxori à confan-
 guineis viri spectare ad filios primi ma-
 trimoniij, dummodo extarent; quamvis
 casus illius decisionis aliter non fuerit
 decisus. Quicquid esset quando peruenta
 16 ex bonis primi viri absque titulo aliena-
 tionis, vel translationis perierint, quo ca-
 fu inquiunt DD. & signanter Rip. in d. fa-
 mina nam. 72. quod si culpa parentis pe-
 rempta sint, tunc eius hæredes ad estimati-
 onem tenerentur, si absque culpa, &
 secus, ut de pecunia ad emptionem do-
 mus, vel prædiij, ac peculij destinara, &
 perempta, absque ramen cuius, & fraude
 17 hæredis grauati, quod tunc non erit re-
 stituenda, quia de his non erit habenda
 ratio l. deducta S. ante diem, & ibi Alex. ff.
 ad trebell. & firmant Paris. conf. 25. nu. 73.
 & seq. lib. 2. Decian. conf. 44. num. 84. lib. 3.
 plenè comprobant Bardell. conf. 6. num. 11.
 usque ad finem, & secuti sunt Sim. Pres. de
 interpret. vlt. vol. fol. 351. nu. 12. & Intriglio.
 de substit. sent. 3. q. 74. nu. 111.

Sed

- 17 Sed contrarium dicendum videtur, scilicet vitricum, vel nouercam ad illius pluris restitutionem teneri, siquidem verisimilium est, parentes prohibitos esse in secundos coniuges disponere plus quam vni ex filiis primi matrimonij relictum sit, & secundus coniux pariter est prohibitus ultra portionem relictam, vel data vni ex dictis filiis recipere, Cū in illo pluri incapax sit, ex hac igitur prohibitione clara sequitur consequentia, dominium illius pluris, quod à d.l.hac edictali prohibitum reperitur non esse vitrico, vel nouerçae acquisitum; at vbi dominium non acquiritur, actio per consumptionem pecuniae non tollitur l. sed & si pater §. 1. & §. seq. & ibi etiam DD. ff. ad Macedon cum alijs per Surd. cons. 4. nu. 43. igitur consumptio pecuniae respectu pluris non facit actionem filiis competenter extinguere.
- 18 Præterea in dubium reuocari non potest ultra prædicta in cōsumptione ipsius pecuniae donatæ malam fidem consumenis internenisse, dum ad alium pecuniam prædictam pertinere non ignorabat c. si diligenti, & ibi DD. de rescript. sed vbi mala fide pecunia sit consumpta poterit considerari, ac si extaret gloss. sing. in l. si filius vers. conditionem ff. si cert. petat. quod etiam firmavit Ias. in l. rogasti §. fin. n. 5. ff. si cert. pet. reddens rationem, nam quando mala fide consumitur, dicitur quis dolo desistere possidere, quo casu fingitur pecunia extare; ergo, & hac de re Bart. in l. pupillus ff. de his que in fraud. cred. inquit, quod creditor anterior possit per hypothecariam reuocare solutionem posteriori factam,
- 20 21 quando posterior dolo desistit possidere, & allegat tex. in l. si fundus §. in vēdicatio- ne ff. de pignor. per quem inquit Io. Andr. ad specul. in tit. de oblig. & sol. in rubric. vers. ex quo vidimus, quod sicut auocari potest per hypothecariam pecunia soluta, quando extat, ita pari modo cum creditor posterior desinat dolo possidere, & hāc opinionem veriorem, & communiorem profitetur Paris. cons. 69. num. 1. volum. 4. sic etiam Stracc. de decott. part. ultim. num. 28. & 31. Afflīct. decis. 190. num. . . Farinac. decis. 595. num. 4. tom. 2. Surd. cons. 4. nu. 14.

Ioseph. Ludovic. decis. Perus. 45. num. 20. Io.
Andr. de Georg. alleg. 39. num. 11. Statil. Pa-
cic. de saluian. interd. inspect. 3. cap. 2. num.
248. & seq. & Thesaur. lib. 2. qq. for. quest.
16. num. 13. vbi malam fidem in consum-

- 22 ptione tunc inesse inquit, quando creditor posterior ultra scientiam anterioris creditoris statim exactam pecuniam expenderet, ad quod etiam respexerunt Afflīct. in d. decis. 190. & Couar. pract. q. cap. 29. & ob id concludit Surd. in cons. 48. & 49. lib. 1. statuto disponete, quod a primo creditore pecunia secundo creditori so-
23 luta reuocari non possit, intelligatur dummodo secundus non consumpsit mala fide, & dolo, quia stante huiusmodi caussa non gaudebit dicto statuto, quod recipit interpretationem à iure commun. vt gradatim de mun. & honor. l. quamuis de in ius vocand. hanc etiam pro absoluto firmat Tell. Fernand. in l. 32. taur. nu. 9. ad uetus creditorem lucrativo titulo pecuniam recipientem, de qua quoque distinctione inter vnum, & alterum casum meminerunt Costa de remed. sub/sid. remed. 37. illat. 2. Thesaur. d. quest. 16. num. 10. & de Georg. alleg. 39. nu. 11.

Etsi in præsenti questione parum referat, si vel nè cum dolo vitricus, vel nouerca desinerint possidere, cum ad hoc, vt filij d. l. hac edictali, remedio uti possint, sufficiat acquisitionem pecuniae malum, & vitiosum habuisse initium, vt in specie probat Ias. in S. omnium num. 80. vers. ad 25 uerte tamen per tex. in l. si me vi deiecerit ff. de vi, & vi armat. dū inquit, quod ad hoc, vt dari possit vendicatio sufficit initium malum, & vitiosum fuisse, quamvis absque dolo, & culpa desinat quis possidere, quod notabile dicit ibi Faber. at cum vitricus, & nouerca incapaces erant dictæ donationis respectu illius pluris, & sic vitio pecunia ad eos peruenit, non erit filiis deneganda actio contra vitricum ad æstimationem, vel ad tantundem, quod importaret illud plus, quamvis consumptum.

- 26 Nec obstat tex. l. generaliter, ibi enim non supponitur bona primi viri in secundum alienata, & translata fuisse. Immo prohi-

- 26 prohibitio consistit solum in parente binuba, ut omnia ea, quae ex primo acquisiuit viro illius filiis seruare teneatur.
- 27 Et quamvis Surd. in decis. 99. num. 8. loquatur in dispositis in secundum coniugem, & tamen firmat vxorem sic alienantem teneri, hoc fuit, quia bona illa à primo viro vxori relicta fuerunt in dotem estimata secundo viro tradita, & sic absque vitio, sed cū onerosa cauſa ad virum peruererunt, quo casu solum in subsidium teneretur, scilicet, ubi binuba
- 28 soluenda non esset per sex. in l. fin. ff. de eo per quem fact. erit, & ibi late Alex. cum quo concordat sex. in l. plane la seconda. S. I. ff. de legat. secundo, qui sex. & si nonnulli dicant procedere fauore ultime voluntatis, tamen glos. in l. 2. vers. tu respondeas,
- 29 iuncto sex. C. de hæredit. vel act. vend. inquit, quod sex. ille procedat etiam cessante fauore ultime voluntatis, tempore quo ipsa nedum de legatarijs, verum etiam de creditoribus loquitur, quae glos. communites est approbata, ut inquit Alex. in d. fin. sub num. 2.

ARGUMENTVM.

Numquid vitricus, vel nouerca possit relictum ab altero ex coniugibus non acquirere, & repudiare in præiudicium filiorum primi matrimonij.

S V M M A R I V M.

- 1 Hereditas inuitio non acquiritur.
- 2 Vitricus, vel nouerca non possunt relictum ab altero ex coniugibus repudiare, & non acquirere in præiudicium filiorum primi matrimonij.
- 3 Pœna l. hac editali non consistit in acceptatione, sed in dispositione.
- 4 Prout ipso l. hac editali penitentia coniugum impediri non potest.
- 5 Donans etiam cum consensu illius cui donatum fuit, non potest donationem secundo

- coniugi factam revocare in præiudicium filiorum primi matrimonij.
- 6 Ius ex contractu tertio queſitum, non potest in eius præiudicium ab eo recedi, quamvis re, vel spe etiam per dispositionem legalem efficeret ius queſitum.
- 7 Parenſ, babens filios utriusque matrimonij, & eosque in medietate institueris, & in altera medietate vitricum, vel nouercam, cum conditione, quod si totum capere nequisset, quod illud plus restitueret filii secundi matrimonij, non euitas pœnam l. hac editali.
- 8 Institutio ubi vii contra formam l. hac editali facta non sustineretur, neque substitutione valeres, etiam vulgaris. Amplia quamvis secundus vir nolle baredem esse num. 9.

QVÆSTIO XLIV.

- 1 Circa hanc quæſtionem, quamvis prima facie videatur affirmandum, ex eo, quod hæreditas inuitio non acquiratur l. 1. & 2. ff. pro derelicti. & propterea posse quem in præiudicium suorum creditorum, etiam hypothecariorum hæreditatem, legatum, legitimam, & similia (licet ipso iure in eum transerant) reproduci, & non acceptare, ut late dixi in additio ad Surd. in decis. 140. per sex. in l. qui autem ff. que in fraud. credit.
- 2 Nihilominus veritas ipsa in negatiua residet opinione, ex eo, quia pœna l. hac editali ipso iure committitur, ubi per parentes plus vitrico, vel nouercæ relinqueretur, vnde parum intereat, si vitricus, vel nouerca acceptaret, vel non, cum pœna non consistat in acceptatione relieti, sed solum in dispositione, ut expressè determinatur in d. l. hac editali. Si vero, in verbis illis, si vero plus quam statutum est aliquid nouercæ, vel vitrico relictum, vel donatum, aut datum fuerit, tanquam non scriptum, aut derelictum sit, prout in specie tenuit Beltran. in dict. l. hac editali in d. S. si vero num. 19. & consuluit ipsem in cons. 56. & sequitur Boer. decis. 201. num. 6. circa med. vers. quod si vitricus, videns liberos primi matrimonij, subdens sic iudicatum

- catum fuisse, ibique etiam veram appellat, quod ante eum tradit Bald. in l. si constante per illum tex. fin. vers. machinari C. de donatio. ante nupt. dicens, quod prouisio l. hac edictali non potest ex poenitentia coniugum impediri, ut etiam in terminis disponit tex. d. l. si constante in fin. vbi late etiam glos. Vnde cum per mortem testatrix cum tali dispositione sit iam ius liberis primi matrimonij quæsumum, non potest vitricus, vel nouerca ex repudiatione aliquod præiudicium eis inferre. S. quia vero hactenus de nupt. vbi glos. specificè hoc videtur determinasse in verbo ab initio, dum inquit, quod donans etiam cum consensu illius, cui donatum fuit, non possit donationem secundæ coniugi facta reuocare in præiudicium filiorum primi matrimonij.
- 6 Et ad hoc facit tex. singul. in l. fin. ff. de pact. & l. si post mortem s. si ff. de contratab. vbi, quod si occasione contractus sit ius tertio quæsumum, non potest recedi in eius præiudicium, quamvis re, vel spe, etiam per dispositionem legaliter sit ius quæsumum, vt tradit Bald. in d. l. si constante, uers. ibi exceptis.
- 7 Hinc dixit idem Bald. in conf. 146. vol. 3. quod si mater habens filios ex primo, & secundo matrimonio, eosque in mediatae instituat, & in altera secundum virum, cum conditione, quod si totum capere nequeat, illud plus iure legati relinquebat filii secundi matrimonij omni modo, via, & forma; tamen hoc non obstante filiis primi matrimonij illud plus dari concludit, ex eo, quia id in eorum fraudem fecisse censetur, subdens hanc esse veritatem, quod etiam affirmauit in conf. 161. volum. 1. quem in specie sequitur Mart. de success. legal. par. 3. quest. 12. art. 2. num. 28. & faciunt adducta per eundem Bald. in conf. 336. volum. 3. vbi non solum institutio facta secundo viro contra formam l. hac edictali habetur pro nulla, immo & substitutio, licet vulgaris, ex eo, quia, cum institutio in tali casu habeatur pro non scripta, eodem modo substitutio, quod etiam admittunt Surd. conf. 250. volum. 2. Handed. conf. 14. lib. 1. & ita se respondisse

inquit Cancer lib. 3. var. refat cap. 15. num. 338. cum multis sequ. & ad stipulatur Boer. decis. 201. num. 6. circa med. & late dixi in quæst.

- 9 Et hoc, quamvis secundus vir nolle bæres esse, quia præsumeretur in fraudem filiorum ex primo matrimonio repudiare, vt in specie notat Rip. in l. 1. na. 88. ff. de vulg. & pupill. substit.

ARGUMENTVM.

Numquid lucrum ex dispositione l. hac edictali proueniens, possit filius in præiudicium creditorum repudiare.

S V M M A R I V M.

- 1 Tex. in l. qui autem ff. que in fraudem creditorum non habet locum in ijs, qua ipse iure acquiruntur, vel debentur, ut in legitima.
 - 2 Lucrum l. hac edictali ipso iure absque ministerio hominis filiis defertur.
 - 3 Legatum pro non scripto habetur, ubi legarius eum acceptare noluerit.
 - 4 Legitimum in præiudicium creditorum filius repudiare potest, quamvis ipso iure ipse debetur, & absque agnitione transmitatur.
 - 5 Frater potest in præiudicium creditorum admittere sororem à Statuto per eius existentiam exclusam, ad equaliter succedendum.
 - 6 Lucrum l. hac edictali in præiudicium creditorum à filiis repudiari potest.
 - 7 Tex. in l. qui autem ff. que in fraudem creditor habet locum in omnibus lucris à legge prouenientibus, & nu. 9. & ibi in lucro Authen. bona damnatorum C. de bon. proscript.
 - 8 Bona Ausb. bona damnatorum C. de bon. proscript. debentur agnatis absque titulo hereditario.
- Et transmittuntur absque alia agnitione num. 10.

QVAE-

QVÆSTIO XLV.

IN præcedenti quæstione diximus, vitrum, vel nouercam non posse in præiudicium filiorum ex primo matrimonio donationem, legatumque repudiare. Nunc vero quæro an idem sit in filiis respectu eorum creditorū, ac possint ne beneficium d.l. bac edictali in eorum fraudē repudiare.

- Et pro resolutione, prima facie videtur negandum, per tex. in l. qui autem ff. quæ in fraudem creditor. vbi illa, quæ de patrimonio non detrahuntur, renunciari possunt, & sic non acquirere, at secus, quæ patrimonio cohærent, nā repudiari nequeunt, vt in iis, quæ ipso iure acquiruntur, vel debentur, vt de legitima dixerunt Ancharam. consil. 101. Bero. cons. 43. num. 1. lib. 1. Pascial. de virib. patr. potest. part. 2. cap. 4. num. 137. Peregrin. de fidei commiss. art. 3. num. 128. & multis sequente. Manic. de tacit. & ambig. lib. 13. titu. 38. num. 19. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 4. glos. 9. par. 5. num. 122. & sequen. Merlin. de legitim. lib. 3. xitu. 2. quæst. 29. num. 10. usque ad fin. At beneficium l. bac edictali ipso iure absque hominis ministerio filiis primi matrimoniū defertur, & acquiritur, ob quod alia agnitione ad hæredes transmititur, ergo.
- Sed contrarium verius esse puto per tex. in l. a T itio ff. de furt. vbi & si dominū legati recta via in legatarium transeat, tamen intelligitor, si legatarius voluerit, at quoties noluerit, legatum haberetur pro nullo l. legatarius 38. ff. delegat. 1. l. hoc iure s. non potest. ff. de donatio. De Ponte consil. 347. num. 12. lib. 2. & hoc non per fictionem, vt sentierunt glos. Barc. & alij in d.l. qui autem, sed secundum veritatem, acquisitiones enim rerum, quæ dominus acquirunt robūt, & nomen ab acquirentis animo l. 1. & 2. ff. pro derelict. l. non statutum s. contra nusum ff. de pecul. d.l. hoc iure s. non potest.
- Hinc videmus, quod legitima est ipso iure filio debita, & in ipsa filius viuente, patre dicitur quasi dominus, & transmititur absque agnitione, & tamen filius cā

repudiare etiam potest in præiudicium creditorum ex apert. glos. in l. scimus vers. ipso iure C. de inaff. testam. prout decisum refert T besaur. lib. 3. questio forens. cap. 74. & late in addit. meis ad Surd. in decis. 140, num. 9. cum seq.

Quicquid in contrarium supra dictum fuerit, cum hæc sit verior, & communior opinio, & rationibus magis fulcita.

Hinc Bald. in l. 1. C. de bis, qui ante apert. tabul. & in l. maximum vitium C. de liber. preterit. dicit, quod licet per statutum foemina per existētiā masculi excludatur, tamen poterit ipse masculus in præiudicium suorum creditorum sororem aliquin à statuto exclusā ad simul, & equaliter succedendū admittere, vt ēt in terminis notat. Gabriel. cons. 20. n. 70. ub. 2. & Seraphin. in decis. 396. num. 6. cum alijs per me in d. decis. Surd. 140. num. 11. ea ratione, quia non dicitur diminuere patrimonium, sed solū nolle acquirere, cum post statutum illud non censeatur ius quæsumum filiis masculis irrevocabiliter, adeo quod renunciando dicantur aliquid de patrimonio diminuere, prout etiam tunc tur Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glos. 9. p. 5. num. 94.

Neq; hæc opinio caret auctoritatibus, quoniam in materiali lucri d.l. bac edictali prouenientis, in specie id firmavit Faber in suo Codic. lib. 5. tit. 5. de secund. nupt. defin. 11. nu. 4. per tex. in l. pen. C. de pact. & l. patrum 46. ff. cod.

Et hoc indistinctè procederet in omnibus lucris à lege delatis, inquit Rol. de lucro dot. q. 40. & Phanuc. co. tit. glos. 8. n. 16. ac Mägil. q. 4. n. 21. & q. 117. nu. 16. de imput. prout dicimus de bonis, p. Auth. bona damvatorum C. de bon. proscript. quæ licet debentur agnatis ipso iure, absq; titulo hæreditario, vt ait Surd. in decis. 289. tamē agnati, alijque successores non prohibent illa repudiare, Vinc. de Francob. dec. 102. post nu. 27. in princ. & tamen verum est ius illud trāsmitti absque alia agnitione, Pinel. de bon. mater. l. 1. p. 1. nu. 36. post Ias. in l. si arrogator nu. 15. ff. de adopt.

ARGUMENTVM.

Numquid lucrum l. hac edictali transmittatur.

S V M M A R I V M.

- 1 *Lucrum ex l. bac edictali proueniens ante mortem parentis, & nu. 7. & 13. & ibi quid de pena l. fæmina & nu. 18. 19. 22. & 26.*
- 2 *Ius delatum ex legis prouidentia titulo singulari transmittitur, & hoc indistinctè in quocunque lucro à lege delato extra tamen nomen hæreditatis nu. 3. & 5.*
- 3 *Lucrum viro à statuto delatum transmittitur absque agnitione.*
- 6 *Transmissio ad hoc, ut fieri possit sufficit secundum suisse quæsumum.*
- 7 *Actio filij primi matrimonij erga vitricum vel nouercam ex dispositione l. bac edictali non competit nisi in morte parentum.*
- 8 *Spes quæ potest deficere non transmittitur.*
- 9 *Alienatio à patre facta de lucris filiorum in tantum infirmatur, in quantum illi patri superuixerint.*
- 10 *Ius quod non competit nisi post mortem, ante non transmittitur.*
- 11 *Monasterium loco filij non habetur ubi monaco superuixerit pater.*
- 12 *Vidua si monasterium ingrediatur, in repetitione dotis, monasterium in tantum habebit priuilegia illi concessa, in quantum ipsa viueret.*
- 14 *Pœna secundo nubentium per filium remissa censetur, ubi intestatus decederet.*
- 13 *Filij primi matrimonij proprietatem eis per secundas parentis nuptias acquisitam transmittere possunt ante mortem parentum & nu. 16.*
- Sed contrarium nu. 29.
- 15 *Binuba proprietate non priuatur si filio superuixerit.*
- Sed contrarium nu. 16.
- 17 *Successoris nomen, successorem bonorum importat.*
- 20 *Dispositio l. bac edictali in nepote locum ba-*

- bet, non iure transmiso, sed proprio.*
- 21 *Inter dispositionem l. bac edictali, & l. fæmina nulla constituitur differentia. Sed contrarium nu. 28.*
- 22 *Dispositio l. bac edictali tunc locum babet, ubi filius superuixerit parentibus.*
- 23 *Fiscus ab eo non auferit, qui tempore testamenti in capax erat, tempore vero mortis capax.*
- 24 *Capacitas in legatario satis est tempore, quo dies legati cedit.*
- 25 *Exclusio fæmina ab existentiam masculi, cessat eo mortuo.*
- 27 *Tempus mortis attendi debet, an plus vitri-co, quam nouercæ relictum sit.*
- 30 *Parens decedentibus filijs ex primo matrimonio, iure reuersionis, & non successio-nem ad proprietatem, qua ob secundas nu-ptias priuatus erat, admitteretur.*

Q V A E S T I O XLVI.

- V**erissima est iuris conclusio, scilicet binubum, & binubam non posse plus vitrico, vel nouercæ conferre, quam vni ex filiis primi matrimonij, quo casu illud plus pro non dato non relicto, vel non donato, habetur, applicaturque filijs primi matrimonij, hoc dicit d.l. bac edictali.
- His igitur suppositis, quæro numquid facta per binubum in nouercæ beneficiū dispositione sit adeo filij ex primo matrimonio ius quæsumum, vt illis parenti præmorientibus, hoc ius eis delatum, ad suos transmittant hæredes.
- Pro cuius resolutione primo intuitu videtur fatendum quod sic per Bartol.
- 2 traditionem in l. si arrogatus in 5. oppof. sol.
 - 2 ff. de adopt. dicentis quod ius delatum ex legis prouidentia titulo singulari trāf-mittatur ad hæredes absque agnitione ex eo, quia dicitur effici de patrimonio viri, vt etiam inquit ibi Ias. nu. 15. & Bar. communiter secuti sunt post infinitos Phanuc. de lucr. dot. glof. 5. num. 7. & seq. & Rol. d. tract. quest. 47. ubi hanc veriorem, & magis communem, ex multorum mente appellat. Bec. conf. 77. num. 19. quam pluri-

- plurimi apud Surd. cons. 81. num. 17. vol. 1.
& cons. 257. num. 33. Thesaur. lib. 1. qq. for.
quest. 49. num. 8. Monter. decis. Aragon. 53.
num. 83. Guttier. canon. qq. lib. 2. cap. 26. &
4 hoc esse generale in quocunque lucro à
lege delato extra nomen hæreditatis, in-
quit post multos Pinell. de bon. matern. in l.
1. p. 1. nu. 36. & Surd. d. cons. 253. num. 33.
in fin. quod firmat Suarez in l. quoniam in
prioribus, quem etiam allegat Pinell. in d.
nu. 36. dicens, quod lucrum ex Auth. bona
5 damnatorū ascendētibus, & descēdētibus
delatum transmittitur absq. agnitione; At
cū Ius ex d. l. bac edictali proueniens titu-
lo particulari, & extra nomē hæreditatis
filijs deferatur merito trāsmittitur. Quod
probatur per tex. in l. videmus ff. quod met.
6 caus. vbi ad hoc, vt fiat transmissione sufficit
ius semel esse quæsitum, vt etiam tradit
Vinc. de Franch. in decis. 32. num. 7. at per
dispositionem contra formā l. bac edictali
factam; ius statim dicitur filio quæsitum,
cum poena illius legis tunc committatur
ergo.
- 7 Sed contrarium verius esse videtur, ex
eo, quia filij primi matrimonij nil aliud
habere dicuntur nisi solam spem, cum
eis nihil debeatur nisi post mortē paren-
tum, & sic in casu, quo superuueret illis,
vt in specie sic d. l. bac edictali proce-
dere declararunt post Bald. Salic. & Iac. de
Sancto Georg. Beltr. in d. l. bac edictali vers.
ff. vero plus num. 15. & in 4. quest. num. 36.
idem Bald. in cap. 1. extr. ut lit. non contest.
ac in cons. 299. vers. de prescript. col. 2. vol. 4.
Cremens. hng. 87. cum addit. Bertachin. in
verbo maritus lucratur volu. 3. & sequitur
Faber. in suo codic. lib. 5. sit. 5. de secund. nup.
definit. 16. ac decisum testatur Caualc. deci.
1. num. 60. p. 3. sed spes, quæ potest defi-
cere non transmittitur l. sed s̄ plures in
8 princ. & l. qui babebat ff. de vulg. & pupill. l.
si ex pluribus in fin. ff. de suis legit. bæred.
igitur.
- 9 Et fundatur hæc conclusio in tex. S. in-
firmans Authen. de nupt. vbi alienatio à pa-
tre facta de lucris filiorum, in tantum in-
firmatur, in quantum patri superuinant,
ergo præmoriéibus filijs valida erit alie-
natio, & sic cessaret dispositio d. l. bac edi-

tali, & consequenter nulla fieret trans-
missio, & propterea Vital. de Gambacort.
in tract. de claus. clausul. in quibus renunciari
posse S. quando filia repellitur à successione
ex status. col. 9. vers. dabatur tamen de le-
gitima, inquit, quod iura, quæ alicui com-
petunt post alterius mortem, & nō ante,
10 interim transmissionem non recipiunt.
Hinc singulariter dixit Ias. in Autb. Is qua
mulier in 5. col. 7. limit. 2. num. 20. C. de
11 Sacr. sanct. Eccl. quod monasterium non
semper habetur loco filij, nisi in casibus à
iure expressis, vnde mortuo monaco ante
parentum obitus, monasterium ad dictum
lucrum non admittitur, cuius etiam dictū
in specie sequitur Beltr. in d. l. bac edictali,
cum duo copulatiū requirantur, quod
sit filius, & illius matrimonij, ob quod
Bald. in cap. post cessionem num. 15. vers. sed
ecce pone quod vidua de probat. per tex. quē
sing. reputat. in Autben. vt ex ac. instant. dot.
in princ. inquit quod si vidua monasteriū
ingrediatur in repetitione dotis monaste-
rium in tantum habebit priuilegia illi cō-
12 cessa, in quantum ipsa viuat, cum tunc
habeatur loco filij, alias si esset mortua,
secus.

13 Verū ab hac secūda opinione nōnul-
li recedendum putarūt, per tex. in S. igitur
legitime filius Autben. de nupt. & in S. cum
igitur vers. siquidem masculus, vel fæmina
Autben. de non eligend. secund. nub. vbi re-
spectu parentum differentia constituitur,
quando testatus, vel intestatus decederet
filius, cum in primo casu dicat ibi Imper-
ator, quod quicquid filius eis reliquerit
accipient quoad vslum, & proprietatem;
in secundo vero casu in omnibus succe-
derent, iuxta dispositionem Auth. defunct
C. ad Tertull. ex quibus iuribus appareat
quod ita demum, id quod ex poena binu-
bi ad filium peruererit apud parentes re-
maneret vbi intestatus decederet filius,
at si testatus secus, cum tunc ad hæredes
spectaret, & ratio differentiæ ea esse vide-
tur, nam vbi intestatus decederet filius
14 cēseret ut iniuriam parentibus remisisse,
vt tradit Rol. cons. 81. num. 9 cum seq. lib. 3.
Menoch. cons. 155. num. 16. in fin. & cons.
237. num. 28. lib. 3. & cons. 308. num. 15.
cum

15 cum seq. lib. 4. sed quando testatus dece-
deret locus esse videretur, prout ita latè
declarat Bologn. in addit. ad Matthes. in
tract. de success. ab intest. art. 2. num. 22. vbi
contra eum satis exclamat, dum tenet
quod etiam in casu testati parens pro-
prietary non priuetur, quasi cessante cau-
sa, prout etiam post Bologn. firmarunt Io.
de Garon. in auth. ex testamento num. 56. C.
de secund. nupt. Gabriel. Comm. conclus. lib. 3.
cod. tit. conclus. 7. nu. 31. Merlin. de legit. lib.
4. tit. 2. q. 2. nu. 13.

Quod aperte videtur probari in §. ge-
neraliser auth. de nupt. vbi loquendo Im-
perator de poenis secundo nubentium, &
16 de proprietate, quæ filijs per secundas
acquiritur nuptias, inquit, quod filij quo-
ad eam sunt veti domini, & in §. sed quod
sancitū vers. illas quidē erubescit, ait, quod
si pater de pprietary prædicta aliquid alie-
nauerit, vel in aliud transtulerit, quod eo
casu nedum eisdem filijs datur védicatio,
sed eorumq; hæredibus, & successoribus,
ibi vendicabunt, enim ea omnino filij ba-
rederisque eorum, & successores, ab hæredi-
bus illorum, & successoribus; successoris
17 autem nomen, successorem bonorum
importat l. hereditatis ff. de verbos. signific.
l. quedam §. interest ubi Alex. & alij ff. l. de
edend. Zaneb. in l. hæredes mei. §. cum ita nu.
230. ad trebell. Mantic. de conict. vñim.
vol. lib. 8. tit. 14. num. 18. Peregr. decis. Pa-
tanin. 101. num. 1. vers. secund. ergo non mo-
do ius prædictum ad filios, quam ad quo-
cunque alios extraneos træmittitur; Et pro-
inde non videntur obstare cōtraria quod
filius nihil habeat præter spem, cum suffi-
ciat dispositionem parentum in benefi-
cium vitrici, vel nouercæ esse factam té-
pore, quo viuebat filius, nam illa disposi-
tio ex tunc ipso iure, ipsoque facto pro-
nulla, & non scripta haberi voluit ibi I m-
perator applicauitq; eam filijs ex primo
matrimonio, & sic eis plenum ius quæsti-
tum esse voluit.

18 Et licet nonnulli dixerint transmissio-
nem fieri solum in liberos liberorum pri-
mi matrimonij, non autem in extraneos,
vt firmarunt Beler. in d. l. bac edictali vers. si-
vero plus num. 18. Gabriel comm. conclus. tit.

de secund. nupt. conclus. 4. Nicol. Noal. tract.
de transmiss. cap. 13. num. 1. 2. & 3. Cancer.
lib. 3. var. resol. sit. de inuent. cap. 2. nu. 195.
& sit. de transmiss. cap. 21. num. 255. cum
seq. Crauett. conf. 142. num. 3. Alex. Trenta-
cinq. lib. 3. var. resolut. sit. de matrim. resol. 4.
fol. 344. col. 1. in fin.

19 Tamen eorum opinio non videretur sa-
tisfacere, tuu quia contradiceret iuribus
superius allegatis, ex quibus apparet esse
vocato's non solum filios, sed eorumque
hæredes, & successores, tum etiam quia
filius filij primi matrimonij, & sic nepos
non succederet in casu prædicto iure
20 transmesso, sed iure proprio, cum l. bac
edictali nedum locum habeat in filijs, sed
in nepotibus, vt dicam in particolari que-
stione.

Nec etiam mouet, quod iura prædicta
loquantur in terminis l. famina, & non l.
bac edictali, & sic in diuerso casu, quoniā
21 inter vnum, & alterum calum nulla datur
differentia, in vtroque enim eadem est
ratio. idemque ius esse debet l. illud ff. ad l.
aquil. & in specie tradit. Surd. conf. 196.
num. 55. vol. 2. circa med. vers. ex his ig-
nitur nam per l. famina dispositum est pa-
rentes ad secundas conuolantes nuptias
ipso iure de proprietarijs respectu bono-
rum, quæ ex antiquis coniugibus perue-
nerunt effici vñfructuarios, & hoc pro-
pter iniuriam filijs illatam, & tamen filius
ante illorum mortem hanc proprietatem
ad suos hæredes transmittit, vt supra pro-
batum est, sed per l. bac edictali idem vide-
tur dicendum, quoniam ipso tunc, quo fa-
cta est dispositio contra formam per d. l.
traditam habetur pro non scripta, & ap-
plicatur filijs primi matrimonij, similiter
propter iniuriam eis illatam, & sic filij ip-
so tunc dicuntur de illo pluri veri domi-
ni, & vti tales beneficium illud transmit-
tunt, immo si recte consideretur maioris
difficultatis esse videtur casus d. l. famina
quam l. bac edictali, ex eo, quia in termi-
nis l. famina filius proprietarius tantum
efficitur, at in casu l. bac edictali, nedum
proprietarius, sed vñfructarius.

22 Verum quoad me saluo semper melio-
ri iudicio à secunda opinione recedere

V non

non putarem, scilicet d.l.hac editali tunc locum obtinere, quando filius superuixerit parentibus, sic contra illius formam disponentibus, non autem, quando illis filius præmorereretur, siquidem alterū de duobus, scilicet, an dispositum sit in vitricum, vel nouercam in vltima voluntate, aut inter viuos, primo casu, & tunc etsi mater talem non mutauerit voluntatem, adhuc per mortem filij sustineretur dispositio, tanquam superueniente in vitrico capacitate, & hoc probatur per *tex. sing. in l. non intelligitur S. quando autem ff. de iure fisc. vbi licet quis tempore testamenti sit incapax*, & tamen tempore mortis sit capax, cessat poena, & fiscus ab eo non auferit, cum inspici debeat id, quod prodest, & non id quod nocet, inquit ibi Bart. & in specie firmarunt *Peregr. de iure fisc.lib.3.sit.19.num.18.vero quero, & nuf. se.ac Lup.de illegit.comment.2.S.2.num.67. vers similiter non obesse*, vt etiam probatur in *l.interuenit ff.de leg. præst. vbi habetur*, quod capacitas in legatario satis est *tempore quo legati dies cedit, & sufficit, quem tempore mortis esse capacem, in tantum enim incapacitas respectu vitri- ci, vel nouercæ consideratur, in quantum extant filij, ne eis iniuria fieret, at illis præmorientibus cessat causa incapacita- tis, & sic cessat eius effectus, vt de sorore per masculi existentiam exclusa, illo enim mortuo cessat exclusio, vt latè tradidi in addit.ad Surd.decis.95.. Vltra quod testa- mentum quantum ad dispositionis effe- ctum trahitur ad tempus mortis cap. cum mort. de celebr. missar. l. cum hic status S. ait oratio ff. de donat. inter vir. & uxor. & perinde habetur, ac si factum esset, quan- do decepsit testator l. si alienum S. in extra- uis ff. de bared. instiit. S. in baredibus insti- de bared. qualit. & diff. & non dicitur te- stamentum nisi post mortem Domin. in cap. quamquam de usur. in 6. cum alijs per Cephal. cons. 402. num. 14. & 406. ergo in- terim per filium nihil transmitti potest cum nihil acquisivit.*

26 Si autem inter viuos parens disposue- rit, adhuc nullum ius filio plenè acquisi- tum dicitur, tum quia parens poterat in

- vltima eius voluntate tandem filio relinquere, & sic pñnam d. l. bac editali evitare, cum illa non committatur nisi vbi plus in vitricū, quam in filios disponitur; tum etiam, quia etsi alia bona interim nō haberet præter in vitricum, vel nouercam disposita, tamen poterat vsque ad eius mortem alia acquirere; vnde idcirco ait *27 Imperator in S. quia vero bac tenus Auth. de nupt. vbi etiam glos. quod tempus mor- tis attendendum sit, ad hoc vt æstimari possit, an plus vitrice, quam filio sit reli- ctum, vt latius dicemus in particuli- quæstione, igitur dum filius, superexisten- tibus parentibus ius aliquod formatum non habeat, ad quid transmissio?* *28 Et propterea non obstat id quod supra dictum est, scilicet differentiam nullam constitui posse inter dispositionem l. fæ- minæ, & l. bac editali.* *29 Vltra quod respectu l. fæmina opinio illa, quod proprietas transmitti possit tu- ta non est, cum contrarium in specie fir- marunt *Matthes.in tract. de success. art. 2, nu. 22. Aretin:de testam.in verbo nolens in- testatus in 2.art. num.9. Soccin. sen. cons. 34. sub num. 11. vers. 4. mouetur lib. 1. Mangil. de imput. quest. 7. & ita decisum in Sebu- siano Senat. refert Faber in suo Codic. lib. 5. sit. 5. definit. 16. alias etiam in casu inte- stati parens iure successionis, & non re- quiescione ad proprietatem admitteretur, quod verum nō est, vt probat. Fab. de Ann. in cons. 47. per tot. lib. 1.**

ARGUMENTVM

Quod tempus inspiciendum sit, donationis, vel mortis in ma- teria l.hac editali.

S V M M A R I V M.

- 1 *Tempus mortis inspiciendum est an plus vi- trico, vel nouercæ datum, vel relictum sit, in material.bac editali.*
- 2 *Fortuna sapè contrarios operantur effectus.*
- 3 *Querela inofficiose dotis à matre data non com-*

- competit filio, nisi soluto matrimonio.
Amplia etiam de iure Consuetudinis nu. 4.
Sed contrarium nu. 6.
Prima opinio verior nu. 7.
Sed declara nu. 8.
- 5 Parens potest secundo coniugi constituere dotem, cum pacto de ea lucrando usque ad tempus eius mortis in præiudicium filiorum primi matrimonij.
- 9 Dispositio l. hac edictali habet locum etiam in donatione, quæ à principio inofficiosa non erat, licet ex post talis fuerat.
- 10 Actus, qui sequitur declarat intentionem precedentem.

Q V A E S T I O XLVII.

- V Erissima videtur conclusio, tempus mortis inspiciendum esse, an plus vitrico, quam filio datum, vel donatum sit, vt determinat Imperator in S. quia vera bacenus Authen. de nupt. qui tex. nedum loquitur quando esset relictum, sed etiam vbi esset donatum, & redditur ibi ratio, quia fortuna sæpè contrarios operatur euencus; siquidem potest esse, quod plura coniux acquiret bona, vel illa quæ habet diminuet, vt etiam tradiderunt Cyn. Salic. I. af. Butr. & Bald. in d. l. hac edictali in 2. lectrur. in princ. C. de secund. nupt. sic etiam firmavit Faber in suo Codic. lib 5. sis. 5. de secund. nupt. definit. 11. dicens, quod inspici debet tempus mortis ad instar legitimæ, ex eo, quia dum Imperator in d. l. hac edictali inquit, quod inæqualiter non debeant iudicari vitricus, & priuignus, ita vt quarta pars, quæ filijs debetur non minuatur, tamen id erit tempore mortis, cum eo casu appareat, si, vel nè quarta pars, id est legitima filiorum diminuta sit, id quoque expreßè videtur sentire glo. in d. l. hac edictali S. fin aut, vers. vel data fuerit, vel donata, scilicet quod inspicitur tempus mortis binubi, & glo. d. S. quia vero bacenus vers. homines.
- 3 Ad quod facit tex. in l. 1. C. de inoff. dot. vbi filijs nulla querela aduersus inofficiosam dotem à matre datam competit, nisi soluto matrimonio, ex eo, quia potest esse, quod eo tempore dos non sit exces-

sua, prout etiam notauit ibi glo. fin. dicēs, quod demum mortua matrē ager hic filius, prout etiam pro absoluto firmauit Vinc. de Franch. in decis. 170. etiam attento iure consuetud. subdens sic fuisse deci- sum.

Hinc dixit Alex. Trentating. lib. 3. var. resol. tit. de matrim. resol. ultim. fol. 348. col. 2. vers. in primo casu, quod valet constitu-
5 tio dotis facta à coniuge ad secundas cō-
ualante nuptias secundo coniugi cum pa-
tio de lucrando in præiudicium filiorum
primi matrimonij usque ad tempus mor-
tis coniugis dantis, ex mente Cyn. in d. l.
hac edictali in 1. quest. cum hoc modo erit
marito consultum, vt viuente uxore om-
nia eius bona administrare possit, vt etiā
ex mente Romani tradit Dec. in conf. 246.
post princ.

- 6 Nec huic conclusioni opponi potest de l. si constante §. C. de donat. ante nupt. vbi videtur attendi debere tempus donationis, & non mortis, ad hoc vt donatio dici 7 debeat inofficiosa, nam contrarium di-
sponitur per §. de augumentis Autent. de
nupt. Ultra quod tunc attēditur tēpus ip-
sius donationis, & non mortis, vbi tēpore
quo fuit facta donatio nullo modo dici po-
terat inofficiosa, quāvis ex post efficiatur
8 inofficiosa ex eo, quia sumit statum irreuo-
cabilem, secus vero si à principio ipsa do-
natio esset inofficiosa, nam tūc conside-
randum est tēpus mortis, quia potest de-
finere esse inofficiosa, cū post donationē
pater tantudem, vel longē plus possit ac-
quirere d. S. quia bacenus, licet ibi glo. in
verbo non ab initio velit ll. prædictas con-
cordare, & cum hac distinctione transit
Rip. in l. si unquam quest. 33. num. 91. &
Bald. cons. 167. col. 3. vol. 5. quod pro sin-
gulari notauit Anna in sing. 242.

- Etsi hoc in præsenti casu nō deseruiat, siquidem, & si à principio donatio secun-
9 do coniugi facta non fuerit inofficiosa, cum multa supererint bona, attamen, si
donator deinde de reliquis non in filium,
sed in alium disponeret, ita vt tādundem
filio non remaneret, reuocaretur donatio
nedum ut inofficiosa à principio extitisset
sī glo. singular. in l. 1. in 9. q. C. de inoff. dos.

V 2 ex eo,

10 ex eo, quia ex ijs, quæ postea gesta sunt datur intelligi donatorem à principio habuisse animum fraudandi filium sua legitima, ut considerauit Paul. de Caſtr. in Authen. unde si parens num. 3. vers. 5. vero illud C. de inoff. sestam. & in conf. 356. volum. 2. Rub. in l. Titia S. Imperator nūn. 73. & ff. de leg. 2. cum filijs per Mangil. quest. 94. num. 9. sed etiam ut in fraudem l. bac edictali, cum enixa Imperatoris mens sit, ut vitricus non sit melioris cōditionis, filio, & sic ut plus non haberet quam ille consequeretur.

ARGUMENTVM.

Numquid creditores binubi, posteriores donatione secundæ coniugi contra formam l. hac edictali facta p̄ferantur filijs primi matrimonij.

S V M M A R I V M .

- 1 Creditores posteriores donationi in beneficium vitrii, vel nouerae facte contra formam l. bac edictali non p̄feruntur filijs ex primo matrimonio in illo pluri.
Sed intelligu. 7.
- 2 Plus illud, quod vitrico, vel nouera erit donatum, non dicitur amplius de bonis donantibus, sed ipso iure in filios transire.
- 3 Disponere contra formam l. bac edictali est delictum.
- 4 Tempus delicti, & non condemnationis in iure querendo circa paenam attendi debet.
- 5 Actio ad paenam tempore delicti oritur.
- 6 Prouentus, qua ex condemnatoria sententia oriuntur, spectant ad dominum tempore delicti, & non condemnationis.

QVAESTIO XLVIII.

Sed non minus pulchra ex supradictis oritur controversia, scilicet, numquid creditores posteriores donatione factæ contra formam d. l. bac edictali pre-

ferantur filijs primi matrimonij, & difficultas cōsistit in eo, quod inspici debeat tempus mortis, an sit contra formam d. l. bac edictali dispositum, quo tempore cum reperiantur credentes donantis, illud plus, quod filijs applicaretur, illis spearet.

- 1 Sed pro resolutione veritas ipsa est, credentes donantis, & contra formam d. l. bac edictali disponentis nullum ius, nullamque actionem in eo pluri acquirere, & propterea nulla prælatio aduersus filios primi matrimonij competet; quoniam si liberorum fauor non obstareret, totius donationis emolumentum donatarius retineret, & successione nihil eorum interesse videretur arg. l. paterfamilias 12. vers. corumque nūbil interfuerit ff. de priu. creditor. & ea potissimum est ratio, siquidem facta dispositione contra formam d. l. bac edictali ius statim ipso iure est filijs quæsitum, & sic amplius non dicitur de bonis donantibus, & consequenter creditoribus nulla in eos actio nata videtur; Quod probatur, ex verbis d. l. bac edictali S. si vero plus. ibi si in vero plus quam statutum est aliquid nouerca, vel vitrico relictum, vel donatum, aut datum fuerit, id quod plus relictum, vel donatum, aut datum fuerit, sanguinum non scriptum, neque derelictum, vel donatum, aut datum sit, ad personas liberorum deferri, & inter eos diuidi iubemus.
- 2 Et hæc opinio fundatur ratione, siquidem disponere contra formam d. l. bac edictali est delictum, ob quod in poenam illud plus filijs applicatur, ut communiter DD. in l. bac edictali, at vbi agitur de iuriu acquisitione, tempus delicti, & non condemnationis inspici debet l. quæcumq; actiones ff. de act. & obligat. vbi in specie loquitur in materia actionis iniuriarum, prout est hæc l. bac edictali, & habetur in l. si is, qui in puteum S. si postea ff. quod vi, aut clam, nam tempore delicti oritur obligatio ad poenam l. ultima C. de sentent. pass. Traq. de retrati. S. 5. glo. 4. num. 34. igitur cum tempore dispositionis in illo pluri, quod reperitur dispositum cōtra formam d. l. sit iā ius quæsitum filijs, non est quid in eo donantis coniugis credentes pretendere possint.
- 3 Hiac

Hinc Vinc. de Franch. in decis. 76. inquit per illum tex. quod si commissum sit de-
6 licatum tempore vnius domini, & postea-
feratur sententia, qua mediante fiunt pro-
uentus tempore alterius domini, quod illi
spedient ad primum dominum; finis enim
condemnationis habet necessariam de-
pendentiam à causa delicti, & ideo ad il-
lud principium reducitur ad sex. in l. quod
ait §. 1. vbi Bart. ff. de adult. & cap. ultim.
extr. de sentent. excommun. vbi Panorm. no-
tat, & hāc esse communem inquit Tiraq.
loco cit. & ita bis iudicatum fuisse tradit
Cassan. ad Consuet. Burg. in 1. rubric. §. 7. glo.
2. num. 6. communem quoque dixerunt
Bertaz. in cons. 155. num. 1. cum seq. volu. 1.
& cons. 458. num. 11. volum. 2. Surd. consil.
57. num. 19. vbi ita pluries iudicatum vi-
diffe testatur, & sequuntur Amod. de Pont.
quest. 38. Baiard. ad Clar. quest. 78. nu. 144.
Sol ad Constit. Sabaud. tit. de pen. temer. ap-
pell. num. 10. fol. 196. Rim. iun. cons. 33. num.
11. vol. 1. Boer. decis. 5. nu. 20.

Nec obstat, quod tempus mortis in-
spiciendum sit, quippe hoc est ad scien-
7 dum estimationem donationis, si plus,
vel minus, quam per d.l. prohibitum est,
donatum reperiatur, non autem ut ex tūc
filij actio nata nō sit §. ex conditionali ins.
de verbor. obligat. cum ipso iure filijs ap-
plicetur.

Nec opinio prædicta caret auctorita-
te, siquidem ita in specie tuetur Faber. in
suo Codic. lib. 5. tit. 5. de secun. nupt. defin. 11.
circa med. licet in fine dicat, casū indeci-
sum remansisse, & hoc alibi non inuenies.

A R G U M E N T V M.

Num filius consentiens disposi-
tioni in beneficium secundæ
coniugis à patre factæ videa-
tur lucrum l. hac edictali re-
misisse, si dispositio sit contra
formam illius legis.

- 1 Filius consentiens patri donanti nouerice, cen-
setur lucrum l. hac edictali remisisse.
Sed contrarium num. 16.
- Prima opinio verior, ubi cōsensus aliud ope-
rari non posset num. 38. & nu. 42.
Amplia siue in potestate, siue emancipatus sit
num. 46.
- Sed contrarium indistincte, nisi certioratus
fuerit num. 46.
- Limita si filius esset Doctor num. 55.
- 2 Volenti nulla fit iniuria.
Intellige num. 25.
- 3 Filia consentiens secundis nupijs matris pœ-
nam secundo nubentium remisisse cense-
tur.
Sed contrarium nu. 26.
- 4 Prohibitum fauore alicuius, per eius consen-
tium efficitur licitum.
- 5 Consentiens alicui actui obligatur perinde,
ac si ipse actum gereret.
- 6 Consensus non debet esse superuacuus.
- 7 Consensus in actu voluntario praestitus, iuris
remissionis operatur.
- 8 Consentiens actui videtur remittere iura con-
tra illum actum.
- 9 Filius consentiens in actu testamenti se à pa-
tre exheredari, illud querelare non posst.
Et hoc indistincte tam in exheredatione, quā
in prescriptione nu. 11.
- Sed contrarium nu. 28.
- Nisi vbi voluntas filij à principio interuenie-
rit voluntis institui contra patris volun-
tatem, volentem eum instituere, & bac
causa in testamento inseratur.
Amplia etiam de iure præterito, & siue
ab intestato successuri, siue extranei insti-
tuti sint num. 29.
- Sed intellige nu. 30.
- 10 Filius absque causa exheredari non posst.
- 11 Filius scribens se exheredatum contra te-
stamentum venire non posst.
Sed intellige num. 31. & 32.
- 13 Patronus consentiens donationi factæ à li-
berto, non posst eam fauianare uocare.
- 14 Filius consentiens patri donanti omnia sua
bona nequit donationes illas tamquam
inofficiosas reuocare.
- 15 Vassallus licet possit feudum alienatum re-

- 36 Extendi non debet, quod singulari iure reverendum est.
- 37 Extensio de persona ad personam, nedum in odiosis, verum in favorabilibus nunquam sit, licet de casu ad casum admittatur.
- 38 Casus fideicommissi impeditur in casu alienationis, ubi consensus illius, cuius favore factum est interueniret.
- 39 Amplia etiam ubi consensus resultaret ex personam cum taciturnitate nu. 40.
- 40 Fideicommissarius consentiens alienationi rei probitatem, censetur alienasse.
- 41 Consensus transit in pactum, ubi ad eius beneficium fuit praeditus praesens erat.
- 42 Consensus transit in pactum, ubi ad eius beneficium fuit praeditus praesens erat.
- 43 Filius familias inter viuos absque patris consensu donare potest.
- 44 Beneficium l. bac editi bali miserationis causa introductum fuit.
- 45 Consensus alicuius ubi ad validandum actum requiriatur ex certa scientia praestari debet.
- 46 Filius per renunciationem l. 1. & 2. ff. & C. quod cum eo absque certioratione illius beneficio non priuatur.
- 47 Mater disponens de nouem partibus ad filium de iure consuet spectantibus, post mortem ipsius filii cum consensu viri, & promittentis suon venire contra testamentum, talis consensus non praedictas viro post mortem filii.
- 48 Renuntiatio Velleiani per mulierem facta absque certioratione non vales, quamvis iurata.
- 49 Mater ob secundi coniugis amore in propriâ filiorum vitam addicat.
- 50 Disensus potius quid consensus presumitur, ubi actus fit, per eum cui debetur reverentia.
- 51 Consentire non presumitur, qui loqui erubescit.
- 52 Consensus per filium praeditus donationi per patrem factae in beneficium novatum, non vales absque alio patris consensu, ex dispositione Regiae pragmaticæ ad Macedonianum.
- 53 Pater num in causa propria possit filio consensum prestare.
- 54 Illi dicitur datum, cuius contemplatione fuit datum.
- 55 Gratian. som. 2. discept. forens. cap. 247. nu. 47. impugnatur.

QVAE.

Q V A E S T I O X L I X .

DVbiū tamen adhuc per pulchrum
in hac materia suscitari videtur,
numquid filius consentiens dispositioni
factæ per patrem, vel matrem in benefi-
tium vitri, vel nouercæ, censeatur lu-
crum *l. hac edictali* remittere, quatenus
dispositio esset contra formam illius legis
facta.

- 1 Et quamvis ad hanc quæstionem con-
ferant dicta in quest. 22. tamen illis omis-
sis pro eius resolutione videtur affirmandum;
siquidem dispositio *d.l. hac edictali*
ad aliud introducta non fuit, nisi in com-
pensationem iniuriæ filii primi matrimo-
nij illatæ per parentes in secundos con-
iuges, ultra portionem eis tangétem dis-
ponentes, sed vbi talis dispositio fieret
- 2 consentiente filio, iniuria cessaret, quoniā
volenti nulla iniuria, nec dolus inferri
videtur *l. cum donationis C. de transact.* ergo
cessat prædicta *l. dispositio*, quod apertè
probat *glos. singul. in Authen. de non eligend.*
secund. nub. in verb. compellantur, quæ dum
tex. loquitur de pœnis mulierum secun-
do nubentium in fauorem filiorum im-
positis, inquit, *Iuuita filia*, quasi velit, quod
- 3 si volente filia, matrimonium fiat, non est
quod matri possit filia obijcere, nec con-
tra eam aliquid de pœnis secundo nuben-
tium vindicare, cum facto, & voluntate
sua exclusa videatur, vt alias in d. quest. 22
diximus, ergo idem dicendum, vbi pa-
rens in secundum disposuerit coniugem,
ultra portionem vnius ex filijs, ipsis tamē
consentientibus, cum verissimum sit pro-
hibitionem *l. hac edictali* eorum fauore
- 4 introductam esse, at quia alicuius fauore
prohibitum per eius consensum efficitur
licitum *l. nibil 123. S. 1. vbi Bart. ff. de leg. 1.*
igitur filius consentiens, vt pater in se-
cundam disponat coniugem remed. *l. hac*
edictali vti nō pōt, cēletur enim eam par-
tem, quam ex dispositione *d. l. hac edictali*
habiturus esset nouercæ donare, & pro-
- 5 pterea contra tales consensum venire
non potest, ita *Bart. in l. cum pater S. liber-*
tis ff. de leg. 2. Surd. decis. 264. num. 14. vbi
consentiens alicui actui obligarunt perin-

de, ac si ipse actum gessisset, nee illud im-
pugnare valet, maxime quando consen-
sus aliud quam dicti lucri remissionem
operari nequiret, quo casu habetur, ac si
6 expresse illi renunciasset, alias esset super-
vacuus, quod minime dicendum est, ita
Tiraquell. de retract. lignag. S. 1. glof. 9. num.
135. per tex. in l. si stipulatus ff. de usur-
7 quod absque difficultate admittunt DD.
vbi actus super quo consensus interuenie-
rit esset voluntarius, vt tradit *Cuman. in l.*
se fundum nu. 4 ff. de leg. 1.

Ad quorum comprobationem faciunt
multa iura, scilicet *l. fideiussor S. pater ff. de*
pignor. l. 2. C. de remiss. pignor. l. cum quadam
C. de administr. tutor. & l. sicut S. venditionis
8 *ff. quib. mod pign. vel hypothec. soluit l. qua-*
ritur ff. de edil. edict. in quibus habetur,
quod qui consentit actui videatur remit-
tere iura contra illum actum.

Nec hæc cōclusio, aliquas patitur dif-
ficultates, illa enim decidi videtur à *glos.*
9 *in l. si quādo S. generaliter C. de inoff. testam.*
vbi filius si consenserit in actu testamenti
se à patre exhæredari, illud querelare non
poterit, & tamen verum est filium absques-
10 causa exhæredari non posse *S. hoc quoque*
capitulum Autb. vi cum de appell. cognos. quæ
glos. communiter est approbata, vt per
Bart. in d. S. generaliter, & ibi Salic. & Imol.
in l. si quis posthumos ff. de liberis, & postb.
& in l. fili. posthumos sol. 30. ff. de iniust. te-
stam. Alex. in autb. non licet colum. 2. C. de fil.
presbit. & hanc esse communiorem post
cæteros proficitur Roderig. Suarez. in l. quo
niam prioribus ampliat. 10. num. 32. quam

11 *opinionem tam in præteritione, quam*
ex hæredatione veram esse testatur Go-
mez. lib. 1. var. res. cap. 1. num. 14. & probat
tex. in l. non putauit S. si quis sua manu ff. de
12 *bonor. poss. contr. tab. vbi si quis se exhære-*
datum scripsit, contra testamentum ve-
nire non posset.

Præterea in puncto hanc quæstionem
expresse determinat *Cin. in l. 1. quest. vls.*
num. 12. post Jacob. Ra 1. C. si quid in fraud.
patron. per tex. in l. non videtur ff. eod. æqui-
13 *pārando patronum, & filiū, scilicet, quē-*
admodum patronus expressè consentiēs
donationi factæ à liberto non posset eam
postea

14 postea Fauiana reuocare; ita & filius si expressè consenserit patri donanti omnia sua bona nequiret donationes illas tanquam inofficiofas postea reuocare, cuius dictum secuti sunt Paul. de Castr. in d. S. generaliter num. 5. quæst. ultim. in fin. Tiraqu. de retract. lignag. §. 1. d. glo. 9. nu. 136. Suarez d. ampliat. 10. num. 46. vers. ecce ergo, & Gratian. tom. 2. discep. forens. cap. 247. num. 46.

Et ad hoc tex. apertus est in cap. Titius filios, & ibi glo. Bald. & alii si de feud. defunc.

15 contr. si inter domin. & agnat. vbi licet filius vassalli possit reuocare feudum alienatum restituto pretio, tamen hoc nequiret, si alienationi consenserit, vt etiam habetur in cap. 1. tit. qui succed. ten. & cap. 2. quo tempore miles, a contrario sensu, & sequitur Paul. de Castr. in cons. 290. num. 2. vol. 2. in nouiss.

16 Sed contrarium videtur dicendum, scilicet ex consentu predicto nullum filio inferri præiudicium, cum in iure verissimum sit, consensum non posse confirmare, quod iure nullum est l. 6 debitor S. in venditione, & ibi Bart. ff. quib. mod. pign. vel hypothec. solu. at cum dispositio contra formam l. bac editali sit prohibita, & ipso iure nulla non potest consensu fieri licita, & valida, quod aperte videtur probate Bart. in l. filio præterito num. 25. ff. de insisto, & rupto testam. dum inquit filium præte-

17 ritum non posse approbare testamentum de iure nullum; legi enim prohibitoriae.

18 renunciari non potest, maximè legi formam introducenti per verba aliter non fiat (prout est hæc) l. nemo potest ff. de legat.

1. & admittit idem Bart. in l. si quando S. & generaliter numer. 3. C. de iuoffic. testement.

19 dum ait, filium eius consensu non posse solenitates à legibus introductas remittere: vnde dicendum erit consensum filij in parentis dispositione præstitum, lucri aliquam non operari remissionem, sed tantum censi præstitum, vt disponat parentis seruata forma iuris, scilicet attenta dispositione l. bac editali, vt probatur ex d. l. si quando vbi Paul. de Castr. C. de inoff. testam. qui ait, si Princeps consentiat, vt fidjusfamilias testetur, quod intelligatur.

20 seruata forma iuris, & sic cum debitibus solemnitatibus, sed latius id probat Ludo-uis in decis. 384. dum asserit determinasse

21 Rotam coniens matris in alienatione bonorum fideicommissorū præstitū (vbi quis alienare prohibitus esset absq; matris consensu) non operari validitatem illius, nisi vbi alienatio esset facta in casibus permisis.

22 Rursus consensus iste ex alijs dici potest talis lucri non operari remissionem, quoniam certissimum est, lucrum l. bac editali filio nō deberi, nisi in morte, vt alias diximus, quia in ipsa morte constat, an collatum in secundum coniugem sit contra formam d. l. bac editali, vbi autem res eo tempore ad consentientem non per-

23 tineret consensus nunquam præiudicat, quia non habet vim renunciationis l. 1. S. quod ait prætor ff. quor. legat. & ibi Barto. Bald. & alij contra glo. & habetur in l. fin. C. de pact. & cap. quamvis pactum, & ibi cōmuniter DD. eod. tit. ergo.

24 Quod etiam probatur in tex. cap. constitutus de integr. restit. vbi filius licet consenserit alienationi factæ à patre, admittitur tamen ad ius retractus virtute statuti; ergo consensus non præiudicat.

25 Et propterea non obstant in contrariū aducta, & primo quod volenti nulla fieri iniuria, quoniam regula illa multas habet fallentias, & signanter vbi id, quod à lege prohiberetur publicum concerne: et favorem arg. l. sestament. ff. de testamen. & sic vbi talis facultas testandi de publico introducta sit, prout in d. l. bac editali.

26 Nec refragatur opinio illa, quod consensus filij in secundis matris nuptijs præstitus faciat cessarem poenam l. feminæ C. C. de secun. nupt. quoniā vera nō est, vt latè traditum est in quæst. 21. nu. 44. cum seq.

27 Et l. cum quidam de administr. tutor. l. 2. C. de remiss. pignor. cum alijs supracitatis iuribus unica solutione tolluntur, siquidem militant, vbi quis dissentiendo poterat actum impedire, vt habetur in l. fin. ff. de furt. glo. in l. filius familias S. inuitus ff. de procurat. quod in præsenti casu dicendum non est.

28 Nec opinio glo. in l. si quando S. generali-
ser

ut C. de inoff. testam. ita simpliciter procedit, sed vbi voluntas filij à principio interuenierit nolentis institui contra patris voluntatem volentis eum instituere, vt aper- tè colligitur ex d. glof. & optimè per di- scursum probat Roderiq. Suarez in d. ampliat. 10. nu. 37. & 38. cuius etiam sensus fuit Napod. in Consuet. si qua moriens num. 28. & seq. fol. 201 in nouiss. & ante eos Bar. in d. l. si quando vbi adeo veram hanc pro- fitetur opinionem, vt hæc causā, in testa- mento inseri debere tradit, scilicet, filium fuisse exhæredatum, quia noluit institui, alias ei daretur querela non obstante cōsensu, & secuti sunt ibi Fulgos. & Castr. ac Barbos. de filijs famil. quest. 18. num. 24. sed vbi à principio patris cōcurreret vo- luntas priuandi filium à legitima, tunc cō sensus filij non efficit, vt testamentū que- ralare nequeat, vt ex Suarez d. nu. 38. ergo eademmet ratione erit dicendum, vbi vo- luntas patris esset priuare filium lucro I. hac edictali, & ob id eum consentire per- miserit, quod talis non noceat consensus.

Et hæc opinio vera videtur, nedum attenta iuris ciuilis dispositione, sed equi- tate prætoria, tam in exhæredatione, quā in præteritione, sive extranei, sive ab in- testato successuri instituti fuerint, vt latè probat Faber de error. pragmatic. lib. I. de- cad. I 3. error. 3. num. 9. vbi falsam reputat Clari opinionem in §. testamentum quest. 43. & 45. afferentis de æquitate prætoria validum esse tale testamentum, vbi ante, vel in ipso actu testamenti filius præteri- tionis consenserit; quam denique opinio- nem sequitur Vasq. de potent. testat. S. 10. num. 530. vbi distinguendo casum præte- rationis, à casu exhæredationis inquit, quod præteritio nocet filio de æquitate prætoria vbi cōsensus esset præstitus post mortem patris, & non antea, vel in ipso actu, vt etiam firmat Guiac. ad I. ius publi- cum ff. de pact. & post multos Barr. de- success. lib. 10. tit. de præter. liber. num. 23. vers. quid nos dicemus, dummodo testamen- tum sit omni solemnitate vallatum; alias etiam in hoc casu nullus erit consensus, & sic nulla præteritio, & ita procedere di- xerunt tex. in l. filio præterito ff. de iniust. te-

stamen. Sed in casu exhæredationis secus, nisi vbi pater filium instituere voluerit, & ipse se exhæredari permiserit; quoniam eo casu cum exhæredatio poterat esse filio vtilis, ideo testamentum impugnare non posset. si ramen filij consensus usque ad mortem perseverasset, alias daretur reuocatio, per quam nullum esset testa- mentum vbi patrī illa notificata esset, vt ut tradit ipsemer de succff. resol. lib. I. S. 8: num. 29.

31. Nec obstat tex. in l. non puit autit §. si quis sua manu ff. de bonor. poss. contr. tab. quoniā vt dicit Vasq. in d. S. 10. num. 529. ille non excludit quædam, licet nullum dicere non possit filius testamentum; Quamuis Suarez in d. ampliat. 10. sib. num. 37. dicat illum procedere prout glof. in d. S. genera-

32. Æter, scilicet vbi contra voluntatem pa- tris filium se exhæredatum scripserit.

33. Nec obstat quod dispositio I. hac edictali filiorum favore facta sit, & propterea a illi renunciari posse, nam & ipsa legitima, & querela eorum favore introducta fuerit, & ramen per simplicem consensum filij in exhæredatione à patre facta (quod est fortius) non dicitur priuatus, vt etiam probat Franc. Marc. in desis. & 53. p. 1. ultra quod hoc erit in cōsensu præstito ex cer- ta scientia, vt inferius dicetur.

Cessant etiā tradita per Cyn. in d. I. 1. q. ult. quoniā extensio illa de patrono ad filium vera non est, cum titulus in fraudem

34. patroni non habeat locum in patre alie- nate in præiudicium legitimæ, nec econ- verso, nisi essemus in filio arrogato, ita Bart. in l. 2. in fin. vers. circa istam partem C. si in fraud. patr. per sex. in l. non usque adeo ff. si à par. quis fuer. manum, & probat glof. in dict. l. 2. in fin. quam singularem repu- rat Suarez in d. I. quoniam in prioribus am- pliat. 10. nu. 47.

35. Et ratio, quæ in contrarium à Gratianis afferitur in tom. 2. discept. forons. cap. 247: num. 47. scilicet quod eademmet ratio, quæ militat in patrono, militat in filio, nō est vera, quoniam extensi non debet, quod iure singulari receptum est I. ius fin- & gulari, & ibi glo. & l. quod vero contraff. de- legib. ultra quod extensio de persona ad per-

- personam nūnquam fit, nedum in odiosis, sed etiam in fauorabilibus, licet de casu
 37 ad casum admittatur l. si quis ita §. pen. ff.
 de testament. tut. Natt. conf. 47. num. 9. Rol.
 conf. 56. num. 24. lib. 3. Mantic. de coniect.
 vñim. vol. lib. 3. tit. 19. nu. 8. & Surd. decis.
 85. num.
- 38 Verum à prima opinione recedi non
 videtur, vbi consensus filij ad aliud refer-
 ri non posset, & hoc per sex. in l. quoties ab
 omnibus C. de fideicommiss. & l. cum pater S. li-
 berti ff. de leg. 2: vbi quotiescumque fidei-
 commissum committeretur in casu alien-
 nationis prohibitæ in poenam alienantis,
- 39 quod tunc per consensum illius, cuius
 fauore facta fuit prohibitio impediretur
 fideicommissi casus, & sic cessaret pœna;
 quod etiam pro absoluto firmant post
 Bald. & Bart. ibi Peregr. de fideicommiss.
 art. 40. num. 82. & Tiraquelli de retract. di-
 gnag. S. 1. glof. 9. num. 137. quam opinio-
 nem secuti sunt Natt. conf. 531. num. 35.
 Bursat. conf. 173. num. 62. lib. 2. Siord. consil.
 347. num. 26. lib. 3. Intrigoli. de substit. cent.
 3. quest. 73. num. 140. Vnu. decis. 28. nu. 13.
 & decis. 185. num. 5. & seq. Magon. decis.
 Lucens. 59. num. 23. & post cæteros Fusar.
 de substitut. quest. 719. vbi id ampliat etiā
 40 in consensu resultante ex præsentia cum
 taciturnitate ex glo. in l. cum proponas vbi
 Caſtr. C. de pac. cū alijs ibi; at cum dispo-
 sitione l. hac editiſtali non committatur, niſi in
 casu dispositionis factæ in beneficium vi-
 trici ultra portionem vnius ex filijs primi
 matrimonij tāgentē, ipsius tamē fauore,
 nulli dubium videtur, quin per eius con-
 sensum nulla committatur pœna, tāquam
 cessante illius legis ratione, videtur enim
 41 filius per eius consensum omne id, quod
 dispositione d. l. ex tali donatione habitu-
 rus esset, nouerçæ, vel vitrico donasse, vt
 de consensu fideicommissarij in aliena-
 tione rei prohibitæ præstito dicunt DD.
 scilicet quod per eum dicatur alienasse,
 42 vt singulariter post Bald. Cephal. & alios
 innumeros firmat Fusar. de substitut. quest.
 560. nu. 1. cir. finem.
- 43 Nec mouet sex. in l. 1. S. quod ait prætor
 ff. quor. legat. quoniam ibi consensus non
 transiuit in pactum, quod in præsenti casu

dici nō potest ratione stipulationis à No-
 tario interpositæ cum iuramento in con-
 tractu, vt mox est, & propterea etiam id
 quod ex futuro veniret, comprehendenderet
 secundum DD. post tex. in l. 1. & fin. C. de
 44 pac. C. quamvis pactum ead. tit. maximè
 vbi consentus fuisset præstitus donationi
 per parætem factæ in beneficium nouer-
 çæ tūc præsentis, quoniam consensus ille
 fatis dicitur transire in pactum, ita in pun-
 eto tenet Peregr. de fideicommiss. artic. 40.
 num. 80. sum seq. ac Surd. conf. 70. nu. 4. lib.
 1. quia per præsentiam illius, ad cuius be-
 neficium consensus præstatutur inducitur
 acquisitione, ita Paul. de Caſtr. in l. cum pater
 S. libertis ff. de leg. 2. & Petr. de fideicommiss.
 quah. 8. num. 502. vers. breuiter, & nu. 515.
 ob quod communiter dixerūt DD. quod
 consentiens alienationi rei fideicommiss.
 cōditionali subiectæ sibi præiudicat, ita ut
 purificata conditione reiudicatio non
 cōperat, vbi consensus præstaretur à præ-
 sente præsenti, quoniam eo casu ille in
 pactum deduceretur, vt post inumeros,
 sic conciliando hinc inde opinones con-
 cludit Fusar. de substitut. q. 560. nu. 8.

Minus obstat, quod consensus nō pos-
 sit actum nullum confirmare, & propterea
 ex consensu in donatione vitrico, vel no-
 uerçæ facta à filio præstito nullum ei in-
 feratur præiudicium, cum dispositio in
 secundum coniugem facta ultra formam
 à dicit. l. bac editiſtali traditam sit ipso iure
 nulla. Quoniam id erit vbi contractus es-
 set aliunde nullus, quam ex defectu con-
 sensus, eo enim casu nullitas, quæ militat
 in ipso contractu, militat quoque in con-
 sensu accessorio, vt tradunt Graues. de
 idemmit. mulier. num. 6. Menoch. conf. 58. nu.
 68. & alij apud Gallerat. de renunciation. lib.
 5. cap. 9. num. 9. sed cum dispositio in se-
 cundum coniugem facta non aliter sit
 nulla, niſi quatenus inducat præiudicium
 filijs ob eorum inæqualitatem, tunc, cum
 nullitas ipsa causetur ex persona ipsorum
 filiorum, in dubium reuocari non debet,
 quin per eorum consensum cesseret ipsa
 nullitas, & sic valida erit dispositio à pa-
 rente in beneficium nouerçæ facta, &
 successivè d. l. bac editiſtali non subiecta.

Quod

46 Quod indistinctè procederet, siue filius esset emancipatus, siue in potestate, quoniam in potestate constitutus inter viuos donare non prohiberetur absque alio patris consensu, ita Bart. in l. 1. num. 24. C. de Sacr. sanct. Eccl. quicquid sit causa mortis l. tam is §. 1. ff. de donat. cauf. mort.

47 Ego verò dicerem, veritatem potius quam iurum subtilitates attendi debere, & propterea filium per tales consensum non priuari beneficio l. bac edictali, quoniam certum est filium ignorare hoc beneficium, quod vix apud DD. est cognitum, & idcirco iniquum esset filium ad persuasionem patris nouercæ donationi consentientem, esse priuatum beneficio miserationis causa à lege introducto, abs-

48 que illius certioratione, per tex. in l. 1. & ibi glof. & Bald. ff. si quis in ius vocat. non ie- rit vt alias diximus in materia renuncia- tionis in quest. 12. siquidem vbi ad vali- dandum actum consensus alicuius requi- 49 ritur, semper ex certa scientia præstari debet, ita Dec. per illum tex. in l. in totum num. 1. ff. de reg. iur. Molin de Hispan. prim. genit. lib. 2. cap. 7. num. 10. & tenuit Rot. apud Ludouij. in decis. 584. num. 6. & apud Farinac. decis. 225. nu. 4. to. 2.

50 Hinc videmus beneficium l. 1. & 2. ff. & C. quod cum eo filiorum fauore intro- ductum esse, & tamen per solam renun- ciationem illius, quod est fortius non tol- li, nisi illius præcederet certioratio, ita Giurb. decis. 45. num. 16. Vincen. de Franch. decis. 181. & iunctis aulis decisum testatur Dom. Regens Rouit. ad pragmat. 1. ad Senat. Consult. Macedon. num. 44. cum seq. ibique etiam habes formam renunciationis.

Igitur si expressa beneficij, quod cum eo renunciatio absque illius certioratio- ne non sufficiat, quanto magis erit dicen- dum de tacita renunciatione ex con- sensu resultante.

Et ob id Napod. in Consuetud. si qua moriens num. 28. fol. 201. in nouiss. querit nun- quid mater stante dicta consuetudine, per quam de eius dotibus de decima- 51 tantum possit disponere (cum nouem ad filium spectet) disponens de prædictis nouem partibus post mortem filij, cum-

consensu viri promittentis non venire contra testamentum; talis consensus præ- iudicet viro post mortem filij, & facta hinc inde discussione concludit quod non, ex eo, quod inuerisimile non sit quem voluisse renunciare, quod ignorabat sibi co- petere, nisi certioreretur, & sic videtur in- nuere, quod si vir sciuisset matrem id fa- cere non posse, & quod post mortem filij dictæ nouem partes ad eum iure succe- sionis peruenturæ erant Autbent. defuncto C. ad Tertull. vtique, vel non confensisset, aut tanquam certioratus, non erit quid contra tales consensum obijcere potu- set, tanquam ex sua voluntate, & facto id præcesserit.

52 His etiam adstipulatur glof. in l. fin. §. pen. in verbo non usuram ff. ad Velleian. dnm inquit quod mulieris renunciatio beneficio Velleiani non valet, nisi prius de eo sit certiorata, quæ glof. opinio co- muniter approbatur, vt per Gaill. lib. 2. ob- feru. 77. num. 3. Thesaur. decis. 222. nu. 3. & Griuell. in decis. dol. 132. quamvis talis re- nunciatio esset iurata, vt per Thesaur. loc. sit.

Nec obijci poterit, quod argumentum beneficij, quod cum eo ad hanc questio- nem adaptari non posset, ex quo illud mi- serationis causa introductum fuit, siqui- dem, & ipsa legis hac editati dispositio miserationis causa introducta fuit, ne pa- rentes ob secundi coniugis amorem illos spoliarent, cum nedum eorum bona, sed vitam pro secundis addicant coniugibus l. lex quætutores C. de administr. tutor.

Vltra quod vbi actus sit per eum, cui debetur reverentia, consensus aliquam lucri remissionem non operatur, quoniā dissensus potius præsumeretur, ita Barto- cæterique DD. in l. qua dotis colum. fin. ff. foliis. matrim. in puncto Joan. Nicol. in re- petit. l. generaliter num. 133. Cod. de secund. nupt. & Viu. decis. 9. num. 4. par. 1. quod optimè tradit Glos. sing. in l. filius familias S. inuitus ff. de procurat. vbi non censetur consentire (inquit) qui loqui erubescit, licet cessarent prædicta, vbi consentiens esset legū Doctor, præsumeretur enim sci- re quid talis consensus operari possit, per ea,

ea, quæ tradit D. Regens Rousus in pragm. 1. ad Maced. num. 46. in materia renunciationis beneficij, quod cum eo.

Quamvis etiam hæc opinio titubare me faceret, vbi dispositio fieret in nostro Regno, in quo viget Regia Pragmatica ad Macedon. per quam prohibetur filius contrahere absq; consensu, & patris præsentia, vnde dicerem consensum filij nihil operari (etiam data certioratione) nisi expresse in illo consensu per filium præstanto pater consentiret, & de tali patris consensu in contractu particularis fieret mentio.

Licet ex hoc etiā incideremus in illam tam grauem, & perplexā cōtrouersiā, nū pater possit in causa propria consensū filio præstare, de qua quæstione ultra DD. qui hinc in demulta dixerunt, distinguendo an consensus patris pro eius interesse requiratur, vel ad integrandam personam filij, de quibus late Peregrin. in decis. 51. Vincen. de Franch. in decis. 14. num. 1. 2. & sequen. & decis. 81. T. besaur. lib. 2. question. forēs. quæst. 37. Amat. decis. March. 46. Clar. in S. donatio quæst. 6. num. 7. Tusc. conclus. 565. in verbo autorizari, Mastrill. decis. 186. num. 22. & sequen. Mus. decis. 94. Pascual. de virib. patr. potest. par. 1. cap. 6. num. 111. cum sequen. Farinac. decis. 580. par. 1. & 2. Cancer. lib. 2. varia. resolut. cap. 1. de minor. nu. 67. cum sequen. Molfes. cons. 42. Gratian. decis. 95. & tom. 4. discept. forens. cap. 647. Alexan. Trentacing. in cons. 35. par. 1. Regens Rous. ad pragmat. 1. ad Maced. num. 52. cum sequen. Carauit. ibidem S. 5. cum alijs per me congregatis in addit. ad Surdum in decis. 53. non semel fuit diuersimodè in Sacro Concilio decisum, tam pro filio, quam contra. In quo quidem articulo pro filiis familias doctissimas allegationes edidit optimus, ac disertissimus Iuriscons. Lelius Gizzius. Ardua sane quæstio, cuius veritas, vt magis eniteret per D. Præsidem Vrsinum, doctrina, & religione præstantissimum, fuit conuocatum vniuersum Sacrum Concilium.

59 Nec in dubium revocaretur, si talis patris consensus factum proprium respice-

ret, quoniam dum donat secundo coniugi, & permittit ad illius validitatem filii consentire, certum erit dicere, renunciationem, quæ ex tali consensu resultaret, licet in nouercæ beneficiū tenderet, contemplatione patris esse factam; & propterea illi diceretur donatum, siue renunciatum, & ab eo breui manu nouercæ, ad sex. in l. sed & plures S. in arrogato ffide vulg. & pupill. vbi DD. & l. fidicommissa S. interdum ff. de leg. 3.

ARGUMENTVM.

Fraus l. hac edictali num consideretur, vbi testator iussit stari simplici verbo nouercæ super redditione computorum, & quid si dixerit, quod stetur eius iuramento.

S V M M A R I V M.

- 1 Potest quis mandare, ut circa aliquid faciendum stetur dictio alicuius.
- 2 Conuentio inter contrabentes, quod circa damna, & interesse stetur dictio alterius valet.
- 3 Conuenio inter dominum, & administratorem, quod circa redditionem computorum eius assertio stetur, valet.
- 4 Partes possunt facere, ut unico credatur testi.
Amplia, quamvis talis testis effet infamis num. 5.
- Item ut inualida probationes valida sint num. 6.
- 7 Preceptum testatoris, quod de gestis, & administratis per tutorem stetur eius dictio, non valet.
Amplia, ut neque à libro rationum liberatus erit nu. 9.
- 8 Fraus l. hac edictali consideratur, vbi pars iussit stari simplici verbo nouercæ circa computorum rationem.
- 10 Bart. in l. ff. de prætor. stipul. declaratur.

Tex.

- 11 Tex. in l. Theopompos ff. de dos. praleg. explicatur.
- 12 Quisquis est rei sua moderator, & arbitratur.
- 13 Preceptum testatoris, quod circa computorum rationem stetit dicto tutoris, quid operetur, & nu. 16.
- 14 Tutor, curator, & similes de neglectis tenentur.
- 15 Negligentia dicitur dolus presumptus, qui potest remitti a testatore.
- 17 Dolus futurus remitti non potest, etiam expressum, 23.
- 18 Legatum future liberationis non valet.
- Amplia, quan. uis testatur mandauerit se tutori legari omne id, quod contingit condemnari ratione administrationis nu. 19.
- Etiam si testator mandauerit, ut heres eum liberaret num. 20.
- Limita in administratione iam facta nu. 21.
- Item limita, ubi cui liberatio legatur esset pater, patruus, sacer, vel mater, si tamen secundo non nuper sit nu. 22.
- 24 Verba a testatore protata, quod circa redditionem computorum stari debeat assertio- ni administrationis, habent eandem interpretationem, quam habet simplex libera- ria reddendi rationem.
- 35 Dicto alterius iurato stari debet.
- 26 Vbi aliquid alicuius conscientia relinquitur, intelligitur, dummodo iuret.
- 27 Fraudis suspicio per iuramentum tollitur.
- 28 Exceptio simulationis per iuramentum tol- litur.
- 29 Iuramentum est species probationis.
- 30 Pactum, quod circa damna, & inservisse stetit iuramento damnum passi valet.
- Amplia nedum in contractibus, sed in ultimi- mis voluntatis num. 32.
- Limita in muliere volente iware nu. 37.
- Sed intellige ubi prius damna essent probata num. 44.
- 31 Statutum mandans, quod circa damna illa- ta stari debeat iuramenta alicuius seruari debet.
- Inscilige ubi damna prius essent probata num. 44. cum seq.
- 33 Actus simulatus, & in fraudem factus iu- ramento non firmatur.
- 34 Iuramentum regulatur secundum naturam contractus, super quo interpanitur.
- 35 Contractus ubi esse suspectus, iuramentum illud magis reddit suspectum.
- 35 Iuramentum ob cauetarum multiplicatio- nem suspicionem auget.
- 38 Dicta alicuius iurato stari non debet, si contra eum aliqua iuris presumption ad- bebet.
- 39 Iurans debet esse omni exceptione maior, & carere omni suspicione.
- 40 Iuramentum in tertii praividicium non operatur.
- 41 Vxor mandans, quod impensarum sui fune- ris modus ex mariti arbitrio constitua- tur, adeo ut de eorum quantitate eius iu- ramento stari debeat, fraudem legi facere videtur.
- 42 Legatum alimentorum quomodo dispositioni l. hac edictali subjiciatur.
- 43 Transactio alimentorum fieri non potest absq; iudicis autoritate.
- 45 Iuramentum ad probationem damnorum, & interesse passorum praestandum non est.
- 46 Remittens se voluntati alterius, intelligitur arbitrio boni viri.
- 47 Vassallus remittens se gratia, & misericor- diae baronis circa eius compositionem, in- telligitur se bene arbitratus fuerit.
